



**Refutatio pia & perspicua criminacionum, calumniarum et  
mendaciorum, quibus Stanislaus Hosius non solum  
Prolegomena Joannis Brentij, verumetiam universam verè  
piam doctrinam contaminare conatus est.**

<https://hdl.handle.net/1874/406927>

# Refutatio pia & perspi-

CVA CRIMINATIONVM, CALVMNI,  
ARVM ET MENDACIORVM, QVIBVS STANIS-  
laus Hosius non solum Prolegomena Ioannis Brentij,  
uerum etiam uniuersam uerè piam doctrinam  
contaminare conatus  
est.

AUTORE IACOBO ANDREAE,  
Theologo & Pastore Ecclesie  
Göppingen sis.

VNA CVM PRAEFATIONE  
Ioan. Brentij.

FRANCOFORTI IN OFFICINA PE-  
tri Brubachij, Anno M. D. LX.  
MENSE MAR-  
TIO.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.  
19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.  
28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.  
37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45.  
46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54.  
55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63.  
64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72.  
73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81.  
82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90.  
91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.  
100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108.  
109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117.  
118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126.  
127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135.  
136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144.  
145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153.  
154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162.  
163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171.  
172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180.  
181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189.  
190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198.  
199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207.  
208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216.  
217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225.  
226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234.  
235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243.  
244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252.  
253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261.  
262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270.  
271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279.  
280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288.  
289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297.  
298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306.  
307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315.  
316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324.  
325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333.  
334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342.  
343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351.  
352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360.  
361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369.  
370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378.  
379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387.  
388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396.  
397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405.  
406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414.  
415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423.  
424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432.  
433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441.  
442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450.  
451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459.  
460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468.  
469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477.  
478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486.  
487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495.  
496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504.  
505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513.  
514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522.  
523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531.  
532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540.  
541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549.  
550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558.  
559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567.  
568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576.  
577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585.  
586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594.  
595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603.  
604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612.  
613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621.  
622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630.  
631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639.  
640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648.  
649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657.  
658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666.  
667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675.  
676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684.  
685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693.  
694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702.  
703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 7010. 7011.  
7012. 7013. 7014. 7015. 7016. 7017. 7018. 7019. 7020.

# Illustriſſimiſ principibus

AC DOMINIS, DOMINO ALBERTO SENIORI  
MARCHIONI BRANDENBURGENSI, PRUSSIAE, STETI-  
NÆ, Pomeraniae, Cassuborum & Sclauorum Ducis, Burg-  
graui Nurenbergensi, & Rugiorum Principi, &  
D. Christophoro Ducis Vittenbergensi ac  
Teccensi, Comiti Mompelgartenſi &c.

Dominis suis Clementissi-  
mis.

**L**LVSTRISSIMI Principes, Domini  
Clementissimi, De hydra Lernæ fabulantur  
poetæ, quam alij centum fuſſe capitum a-  
iunt, alij octo, ex quibus unum fuerit immor-  
tale. Cūn hoc monstro multum cōflictatus  
perhibetur Hercules, quod uno reciso capite, plura rena-  
ſerentur. Hęc poetarum narratio, siue simpliciter sit My-  
thologica, siue etiam allegorica, certe per pulchre regnum  
pontificium adumbrat. Quod uniuersum pestiferum  
cum sit corpus, & uenenatum, multorumq; capitum, qui-  
bus herculeo labore recisis, unum tamen eius immortale  
est, cuius uirtute alia renascuntur capita. Superioribus  
quadraginta annis, Romanæ, quam uocant, Ecclesiæ im-  
pietas in lucem producta est, ut uerè pijs dubium non  
sit, Romanos degeneres Episcopos & Pontifices cum re-  
liquis eius ordinis capitibus, ex serpentis antiqui, qui im-  
mortale huius hydrę caput est, deceptione, doctrine Euā-  
gelicæ sinceritatem & uerum sacramentorum usum in  
Ecclesia Dei uiciasse & corrupisse,

E P I S T O L A.

Cum hac diu multumq; confliciti sunt magno numerro Dei Martyres, quos suo spiritu, hisce nouissimis temporibus, ad repurgandam Ecclesiam suam, excitauit DOMINVS. Sed accidit eis, quod de Hercule commoratum est, ut uno reciso capite alia renascantur. Pro uitâ huius hydræ pugnarunt Eccius, Cochleus, Roffensis, Faber, Catharinus, & alijs similes multi, ut sanarent plagam, quam à uiro Dei Martino Lutherô piæ memoriaz et collegis eius accepit Bestia. Sed prostratis et rescissis his capitib; tantum abest, ut gladio S. Spiritus sese submitat, quin uirtute capitâ immortalis, subinde alia excitet capita, quæ aduersus Herculem insurgentes, pro incolvitate sui corporis pugnant. In hoc certamine uictoria se penumero nō dubia solum et anceps apparet, sed succumbere etiam interdum uidentur sancti Dei Martyres, sola ueritate Agni superiores. Quo euentu cum in abecilliorum animi non parum concutiantur, oracula Diuina Ecclesiam Dei monuerunt: fore scilicet ut prosperetur ad tempus, dolus in manu Bestie huius, & sanctos Dei uincat & occidat. Potens enim est & uenenata hydra, quæ homines uel aspectu, hoc est, externo Cæremoniarum splendore, qui in oculos incurrit imperitorum, uel potentia & tyrannide conficiat. Et quia super capita eius posita sunt nomina blasphemiarum; hinc fit, ut quo magis intentur, eo plus uirus blasphemiarum, Mendaciorum et calumniarum euomant.

Id uidere licet in Stanislao Hosio, pseudo Episcopo Vuarmiensi, quem Prolegomenis Brentij Reuerendus uir Petrus Paulus Vergerius Episcopus Iustinopolitanus irritauit. Is Hosius rabie & furore, uirtute immortalis ea

pitis

N V N C V P A T O R I A.

Pitius hydræ percitus, quas horrendas in Deum pariter, & sacro sanctum eius Euangelium, quod beneficio Dei in Ecclesijs nostris sonat, blasphemias non euomit: cui ordini hominum parcit: Renatam Euangeliæ doctrinam, nō alia, quam Sathanismi aut Cacangelij appellatione dignatur. Pios principes à studio cognoscendæ iure religionis reuocat, idq; eis nullo neq; diuino neq; humano iure liceat affirmat, & qd amplius est, Erasmi testimonio abusus, Omnem humanitatem exuissè uociferatur, quotquot hanc nostram doctrinam amplexi sint. Scripturā sacram traditionibus humanis subiicit, et plus perspicuitatis in cōciliorum decretis & patrum scriptis eise docet, quam in scriptura sacra, Eásq; plus facere ad permouendos animos ad ueram pietatem, quam ipsam scripturam sacram diuinitus inspiratam, & similia multa, quæ suo loco commemorabuntur.

Hunc eius librum, cum superiore anno ad Comitia Augustana mihi eundum esset, comitem adiunxit Bren-  
tius, ut ibi h̄erens, per ocium legerem, & breuiter blasphemias, Mendacia, calumnias, sophismata & manifestas scri-  
pturæ sacræ depravationes annotarem. Ipse enim longè utilioribus studijs & laboribus occupatus erat, quam ut idem facere liceret, quod ipso nemio melius præstare potuisse, ut qui suorum uerborum optimus interpres esset, Pontificiarum imposturarum non ignarus. Præstitit hoc semel aduersus Petru à Soto fraterculum Dominicanū, ut uerae Christianæ Catholicæ doctrinæ piam confessio nem, ab eius sordibus purgatam assereret. Voluit ergo, ut cum ego sim in eadem piæ doctrinæ professione, hoc onus in me reciparem, Conditionem accipio, & Hosj in-

## E P I S T O L A

gens uolumen perlego. Etsi uero aliquoties parum absit  
it, quin me horrendis suis blasphemis & impudentissi-  
mis macadacis repellerer, molestiam tamen hanc supe-  
randam duxi, ut certò cognoscerē, quid aduersus uerita-  
tem manifestissimam, & solem in medio coeli constitutu-  
tum adferret Hosijs, de quo aduersa pars tantopere glori-  
aretur, tanque sanctissimo opere & scripto, aduersus Luthe-  
ranos, quos sit uocant, in lucem edito.

Cum autem in mensa clariss, ac præstantissimis viris,  
quibus itineris comes adiunctus eram, aliquoties lecti-  
onum mearum in Hosio, & perditi temporis rationem  
redderem, quam enormes hoc Bestie caput euomuerit  
blasphemias, quam impia & horrenda scriberet, narra-  
bam, Et quoniam plerunque ea afferebam, à quibus mens  
hominis Christiani, non potest non uehementer perhor-  
rescere, dictis meis uix fidem habere poterant, nisi idem  
ipsi quoque legerent. Libet pro exemplo unum saltem cō-  
memorare: Nulla, inquit Hosijs, potest apud Deum ma-  
ior esse abominatione, quam si quis firmiter credat et certò  
statuat, sibi propter Christum remissa esse peccata sua. Id  
confirmare conatur dicto Christi, Quod altum est coram  
hominibus, id abominatione est coram Deo, & similibus  
scripturæ sacræ horribiliter depravatis testimonijs, sicut  
suo loco dicetur, His & similibus multis ex Hosij scripto  
recitatis, omnes ex aequo, pontificis quoque non exceptis,  
qui in hoc Imperij conuentu nostris aliquoties conuia-  
erant, hominis enormem impietatem detestantur, Mihicque  
pariter omnes hortatores sunt, ut superato molestissi-  
mo lectionis labore, etiam refutationem eius suscipere.  
Hoc modo excitatus & confirmatus ad hunc laborem  
accessi,

N V N C V P A T O R I A.

accessi, & qua potui breuitate & perspicuitate, quę ab Ho-  
sio aduersus ueritatem doctrinæ nostræ allata sunt, refu-  
taui.

Etsi autem præter expectationem & uoluntatem me-  
am excretit opus, tamen, quam nō prolixus fuerim, scri-  
ptime cum Hosij ingenti uolumine, docebit facta colla-  
tio, si tantum operæ in ea collocare uoluerit diligens le-  
ctor. Spero autem hac summa breuitatem mea & sine erita-  
zem doctrinæ Ecclesiarum nostrarum contra corrupte-  
las Hosij assertam: & Brentij innocentiam aduersus con-  
uicia & contumelias Hosianas vindicatam esse; ac simul  
Hosij uanitatem & impietatem ita in lucem productā,  
ut Polonus & causæ, quam nostri (diuino mandato, cui  
parendum est, permoti) defendēdam suscepereunt, paulo  
æquiores fore confidam. Singulorum uero capitū doctri-  
nae nostræ, in quibus à pontificia Religione secessionem  
fecimus, explicatio copiosior, ex præceptorum nostro-  
rum, Lutheri, Philippi, Brentij & aliorum petatur scri-  
ptis. Mihi fatis fuit, bretissimis ad propositum responde-  
re argumentum, ne quis putet, tam fruolis rationibus ni-  
ti doctrinæ nostræ certitudinem, quam ab Hosio malicio-  
se proponitur.

Cur autem Principes Illustrissimi, Vestris Celsitud.  
hunc meum laborem inscribere, ac sub uestri nominis au-  
spicio & patrocínio in lucem edere ausus fuerim, ut cle-  
menter & benignis auribus percipiatis humiliter oro.

Sub tuae Celsitud. nomine Princeps Illustrissime ac  
piissime Dux Christophe, Anno 1551. Veræ Christia-  
næ Catholicæq; doctrinæ confessio conscripta et concilio  
Tridentino, quod tum temporis celebrabatur, exhibita

E P I S T O L A

est. Hanc D. Brentius aduersus Petrum à Soto, publico scripto defendit, ut totus Christianus orbis cognosceret, piam, Apostolicam, Catholicam & orthodoxam esse doctrinam, quā Celsitudo tua per gratiam Dei amplexa est. Defensionis summi & praecipua capita continet Prolegomena eius in Cels. Tuę confessionē scripta, Ea diuulgato scripto, non solum impię ac sceleratę exagītavit Hosius Vuarmiensis pseudoepiscopus, sed Serenissimo Polonię quoq; Regi, adeoq; totius Regni, p̄teribus & subditis persuadere conatus est, Cels. Tuam à uera Christiana Catholica & orthodoxa Ecclesia, eiustp doctrinæ puritate ad impianam sectam, et quandam in doctrina Sathanismum defuisse, hoc est, talem nunc sequi doctrinam, quę satana authore in Ecclesiam inuicta sit.

Quę maior quoq; princeps piissime potest esse in Cels. Tuam contumeliam, & in Deum blasphemiam: quia non solum tuum nomen, in toto Christiano orbe, propter uestra pietatis amore, celebre, obscurare, proscindere & contulcare conatus est impius hypocrita, sed doctrinam q; coelestem, quam Cels. Tua profitetur, tanq; impiam & Sathanicā exteris exosam reddere conatur.

Cū autem nullius in uera religione erroris Cels. Tua sibi conscientia sit: sed ueræ pietatis amore flagrās, in eaq; propaganda, quod in primis Christiani principis officium est, prouirili labore, committere non potui, quin iuxta ueritatis doctrinæ nostræ assertionem Cels. Tuæ nomen, contra maledicas huius Hosij calumnias & contumelias vindicareim. Idq; ut faciam, non solum Cels. Tuæ mereatur singularis in Deum pietas, & erga ueram Christi Ecclesiam zelus ardens, sed accedunt singularia Cels. Tuæ in me

N V N C V P A T O R I A.

in me collata beneficia, quibus Cels. Tuæ deuinctus, non  
solum hoc officium me debere, grato animo agnoscam,  
quin etiam intelligam, si gratiæ & beneficiorum cumu-  
lum cōsidero, quib. Cels. Tuæ me clementer dignata est,  
hoc ipso uix grati animi significationem me editurum.

Omnem enim meorum studiorum cursum, post De-  
um, cui quaeso, quām illustrissimo Principi ac Domino  
Domino Vdalrico Duci Vuirtenbergēsi, ac Teccēsi &c.  
Cels. Tuæ patri, piè & in Domino defuncto, Tuæq; Celsi  
tudini adscribere possum: Celsitudinis Tuæ patris libera-  
litate & gratia collegij factus sum alumnus, quod in incly-  
ta Tubinga constituerat princeps pīssimiūs, cuius nume-  
rum Celsitud. Tuæ auxit pietas, ut quotannis nunc cen-  
tum alantur adolescentes, qui temporis progressu subin-  
de & Ecclesiarum & scolarum compleant defectus, atq;  
hoc modo posteritati idoneis & Ecclesiarum & scolarum  
prospiciatur ministris. Accesserunt ad hunc numerū non  
solum instituta pædagogia, sed et Monasteriorū reforma-  
ta collegia, quibus longe maiore & plus quām duplicato  
numero præclara iuuantur ingenia, quæ propter inopī-  
am negligenterunt et ad Mechanicas detruderentur artes,  
studijs & ingenij dotibus ad Rempub. aut Ecclesiam gu-  
bernandam nata. Quod exemplum utinam omnes pīj  
imitarentur prīcipes & Episcopi. Sic enim Ecclesiæ non  
propianarentur bona, ac plus benedictionis sentirent in  
consilijs, & redditibus suis, nec posteritati barbaries metu-  
enda esset, Cuius passim non obscura apparent argumen-  
ta, quæ secutura est, nisi sapientia & pietate prīcipum &  
Episcoporum in tempore prospiciatur.

Celsitud. Tuæ patris liberalitate educatum, & ad Ec-

## E P I S T O L A

clesiæ ministerium adhibitum, Cels. Tua me ab eo tempore, quo diuina sauente gratia ad aucti & paterni Ducatus Vuirtenbergensis administrationem peruererat, singulari complexa est clementia. Eamq; quam plurimi erga me declarauit beneficijs, ut omnem pietatem pariter & humanitatem abieuisse merito uideri possem, nisi gratæ erga Celsitud. Tuam uoluntatis meæ publicum testimonium ederem,

Etsi uero in re alia magisq; grata Celsitud. Tuæ animi mei gratitudinem declarare maluissem, tamen quia ita sors tulit, non ingratum spero meum hoc officium, quo aduersus impium Hosiuin Cels. Tuæ nominis celebritatem & ueram in Deum pietatem apud exterorū vindicauerim; ac simul uera Ecclesiæ doctrinam, & scripturæ sacrae dicta restituam ab Hosio misere & impiè depravata. Atq; hoc modo Sereniss. Poloniæ Regem perspecturum confido. Illustriss. Celsitud. Tuam non incertā aut dubiā, multo minus Sathanicam Religionem & fidem sequi, nec Brentio aut cuiuīs homini addictū esse, sed aeternam ac manifestissimam coelestis doctrinæ ueritatem amplecti ac tueri, quæ uera Christianæ Catholicæ est Ecclesia, nō unius aut alterius prouinciae, sicut Hosius uociferatur. Contra uero, quando Serenissima eius Maiestas uiderit, Hosium suū nō nisi blasphemias crepare uanitati studere: synceritatē doctrinæ coelestis corrumpere, eamq; omnis generis sophismatis, uerbōrumq; prestigijs inuoluere: Desperationem docere: scripturæ sacrae authoritati & perspicuitati detrahere; uerū Sacramentorum usum peruertere, fortasse nō solum poenitebit in hominem adeo ingratum tot contulisse beneficia (quæ enim maior ingratitudo esse potest

## N V N C V P A T O R I A

Potest, quam benemeritum aditu & ingressu Regni Coe-  
lorum excludere: quod Hosius facit, dum impudenter af-  
firmat, ei per nullas neq; diuinis neq; humanis leges lice-  
re, de uera religione cognoscere & iudicare, sine qua cog-  
nitione et iudicio nemine saluum iri aeterna pronunciat  
ueritas) quin sui officij esse cogitabit, si populum saluum  
uelit, munere docendi in unsuersum huic pseudoepisco-  
potamdiu interdicere, donec saniorem doctrinam attu-  
lerit, quam hic eius blasphemus & contumeliosus liber  
continer.

Si alicubi uero, quædam paulo liberius in eum scripsi,  
cogitet princeps illus. Cels. Tua, mihi Apostoli uocem ex  
cidere non potuisse, qua Barlehu, qui & Elimas uocabatur Aff. 13!  
tur, exceptit. Is cum Paulo & Barnabe resisteret, & procon-  
sulem Sergium à fide auertere quereret, audit a Paulo: O  
plene omni dolo, & omni uersutia, fili diaboli, inimice  
omnis iusticæ, non desinens inuertere uias Domini re-  
tas. Idem prorsus cùm apud Serenissimum Poloniae Re-  
gē Hosius hoc suo blasphemō & maledico libro egerit, q;  
conatus est Regē à fide auertere, & eius uera cognitione,  
& quia metuit, ne uestra pietate & authoritate abiecta Po-  
tifica impietate, ad amplectēdam sincerā doctrinam cō-  
moueretur, nō ueritus est impius hypocrita uobis princí-  
pibus pījs detrahere, & in suspicione adducere, tanq; Sa-  
thanica sequeremini fidē & religionē; cur nō ipse q;q; audi-  
ret: filius diaboli, hoc est, blasphemus, mēdax, calūniator,  
sophista, & scripturę sacrę depravator. Hęc si quem offen-  
dunt nomina, is ut prius Hosij impia et peruersa doctrina  
offendatur rogo, qua ad normā & regulā scripturę sacrę  
enēdata, eundē permutatis nominibus, & Bariehu & E-  
limas, aut si quę sunt augustinora uocabula, appellabimus,

## E P I S T O L A

Quod autem eodem scripto Tuam quoq; Cels. Dux  
Alberte compellaui, id Cels. Tuam minimè ægrè latu-  
ram confido.

Non sanè metuere potui, animum Cels. Tuæ, hoc Ho-  
sij contumelioso scripto perculsum, ut de ueritate eius do-  
ctrinæ tantillum dubitares, quam multis annis secutus es  
Iudicio & uera scripturarum cognitione instructus. Sed  
quia hic Bariehu in uicinia Cell. Tuæ Ducatus dedit, cu-  
ius iugulum hoc meo scripto petij, de patrono mihi in il-  
lis quoq; partibus circumspiciendum existimauit. Quod  
Cels. Tuæ minus ingratum fore sperauit, cum hoc scripto  
etiam uestris Ecclesijs gratificatum confidam, in quas nō  
minus iniurius est & contumeliosus Hosius, quam in no-  
stras. Ac nisi me animus fallit, id potissimum Hosium  
spectasse existimo, cum ex Celsitud. Tuæ Ducatu solem  
iusticiæ gratia Dei per revelationem Euangelicæ doctrinæ  
exortum, in Poloniā usq; radios suos emittere uide-  
at, uestram potissimum fidem Poloniæ suis suspectam redi-  
dere conatus est, ad quam uidet animos suorū ppender  
re & inclinari. Quod si Hosio Sereniss., Poloniæ Rex cre-  
dit, caput salutis nostre ignorare Brutenicas Ecclesias, fal-  
so persuasus est, dum odiosissimè controversiam exagitat  
de iustificatione exortam. Hanc notā ut elucrem, cum de  
pia uestra confessione constaret, eam quoq; controversiu-  
am, quantum ad clamores Hosij refutandos satis esset, at-  
tingere uolui; ut non tam Sereniss., Poloniæ Regis Mai-  
stas, quam etiam omnes uicinæ Ecclesiæ inteligerent,  
quam constans in præcipuo Religionis Christianæ articu-  
lo D.D. Philippi & Brentij cum uestris Ecclesijs esset con-  
sensus, quo piè credunt & unanimiter confitentur; Homi-  
nem

N V N C V P A T O R I A.

nem peccatorem coram Deo iustificari, hoc est, Deo gratum et acceptum fieri, & habere remissionem peccatorum, per solam fidem propter solam obedientiam Christi. Deinde docent eundem hominem donari Spiritu sancto, Regenerari & Renouari per Spiritum Dei inhabitantem, Diuinitatis templum fieri, & æternæ Dei iusticiæ, quæ Deus ipse est, participem, cuius participatione in æternum sit uicturus. Hic, inquam, est de hoc articulo Saxonum, Brutonicarum, Sueuicarum, aliarumq; Ecclesiarum cōfensus, quæ scripture sacre authoritate permotæ, in explanationē doctrinæ Christianæ cōfenserūt, Inuictis Imperatoris Carolo v. Augustæ Vindelicorum Anno 1530. exhibitam. Huic nihil aliud opponit Hosius quam desperatio nis doctrinam & horrendam blasphemiam supra positā. Hęc si Poloni legerint, diligēti utriusq; scripti collatiōe facta minus Hosio credituros spero in alijs, qui in re tā seria & manifesta non sophisticatur modo, sed calumniatur, & mentitur & blasphemat.

Cum igitur uestrarum Celsitud, animos, unus Christi spiritus coniunxerit, atq; unum in Regno eius, utriusq; sit indefessum erga ueram religionem propagandam studium, Ab Hosio quoq; pseudoepiscopo simul petiti, spe rauii uestris Celsitud. non ingratum, si hac inscriptione cōiungerentur. De quorum pietate hoc mihi polliceor, fore ut aduersus Hosianæ Impietatis assertores non mei, sed causæ, quam sustinetis communem, haud grauatim partacionum sitis suscepturn. Offero autem qua possum sub iectione & humilitate, si opus fuerit & Hosius Celsitud. uestris sua impietate molestus esse perrexerit, omnia uocationis meæ officia, quæ ut uestris Celsitud. grata & Ec-

E P I S T O L A

æclesiæ Christi salutaria sint, ex animo precor.

Deus optimus Maximus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Celsitud. uestras, quām diutissimē seruet in eolu-  
mes, suęq; Ecclesiæ excitet similes Heroas multos, qui ea  
fide, pietate & zelo de conseruanda ac propaganda fana  
doctrina sint solliciti, que Celsitud. uestræ suum studiū  
filio Dei cōprobarunt. Bene & feliciter ualete. Göppin-  
gæ XIII Calend. Februarij Anno 1560.

Celsitud. Ve-  
strarum.

Obseruantissimus

Iacobus An-  
dreas D.

# PIO LECTORI

IOANNES BRENTIVS

S. D.

**C**VM initio scriptum Petri à Soto, aduersus Confessionem Illustriss. Principis ac Domini, D. Christophori, Ducis Vuirtenbergensis etc. in publicum prodijisset, et si sua ipsum uanitate ruiturum non dubitabam, excitatus tamen officio, quod me & Principi tam pio, & Confessioni tam pię debere agnoscebam, suscepimus Apologiam Sotico scripto opponendam, & ne mihi in hoc *επιτελεσθαι* repurgando diu hærendum esset, usum fuit Apologię premittere Prolegomena. Videbam enim tam caput ē calcem Sotici scripti reprehendere consiliū Principis, & ipsum a Subsellio Pōtificū, tanq; Sathanam, contumeliosissimè abigere, quod instituisse publica confessione, ratione in fidei suæ uniuerso Christiano orbī redere. Videbam etiam Sotum, quoties implicatus hæret, & animipendet, configere et conferre se frequentissime nunc ad eleuandam autoritatem sacrae scripturæ, tanq; preceptoris muti, & literę occidentis, nunc ad cōmendas Pontificias suas traditiones, tanq; certissimum fundatum fidei, nunc ad iactandam maiestatem suæ Ecclesiæ, tanq; incorruptæ sponsæ filij Dei. Volui igitur de his capitibus præfari, & lectorem admonere, ut si ea recte & iuxta sententiam Spiritus sancti intelligeret, haberet iam refutationis Sotici scripti plusq; dimidiā partem. Ac

P R A E F A T I O

protectio quæ mea est bene de quo quis hominum genere  
sperandi facilitas, arbitratus sum, eā adhuc reliquam esse  
inter Ecclesiasticos Prælatos (Sic enim uocari solent) ho-  
nestatem & prudentiam, ut magna pars eorum detesta-  
rentur ipsi impudentiam ac uanitatē Sotii, & conferrent  
sua inter se, pro uirili consilia, ne pessima, quam habent,  
causa, scriptis tam frivolis & nugatorijs multo peior ac  
turpior redderetur. Quid enim malæ ac ideret causa, cū  
mendacia, calumnia, et blasphemia, quibus solis artibus  
scriptores isti Papistici ueritatem oppugnant, etiam bo-  
nam, malam, aut ut minimū, suspectā facere soleat? Sed  
uide mihi obsecro, quām plane sim spe mea falsus. Postq[ue]  
enim Prolegomena mea in lucem exiūscent, defensores  
Papistice impietatis, infimi summi, ædilium, episcopi, tan-  
to ardore inflammantur, ut ne expectata quidem Apolo-  
giæ absolutione, aduersus Prolegomena, tanq[ue] ad cōmu-  
ne incendium restinguendum, nauibus & quadrigis, ut  
dici solet, inuehantur. Phocyonem, aiunt, Athenien-  
sem, cum orationem apud suos ciues haberet, & ita popu-  
lo placeret, ut ab omnibus applauderetur, conuersum ad  
amicos dixisse. Quid? Num malī quippiam dixi impiu-  
dens? De meis Prolegomenis longè diuersum agitur,  
Cum enim tot impii & mendaces Papistæ omni impetu  
in ea ferantur, dubium non est, quin ibi uerè pia doctrina  
contineatur. Ac merito dicere possum, Quantum boni  
dixi, quod tot malii oppugnant. Grammaticus quidam  
Embricensis, primus, nō fallor, ē cauea sua prodit, & ma-  
uult sententiam Caiaphæ & collegarum eius aduersus  
pronunciare, quām permettere, ut autoritas Papisticorū  
conciliorum

IO ANN. BRENTIL

Concilioꝝ, uel aliqua saltem ex parte periclitetur. Sed  
habet ille iam suum iudicem, & re ipsa cognoscetur, quod  
longe aliud sit, causam coram tribunalı Dei dicere, q[uo]d ueri  
tatem e scholasticis pulueribus oppugnare. Mox sequitur  
Sotus ipse, siue ille prior Assertor, siue alius quispiam De  
fensor, qui, ut est insignis calumniarum architectus, ita  
non pudet eum ullius uanitatis. Sed quia & huic libuit di  
cere, quae uoluit, audiet etiam, quae non uult. Ecce autem,  
priusq[ue] hic suam fabulam perageret, ac plausus daretur,  
ac Ruerend. Dominus Petrus Paulus Vergerius, pro sin  
gulari suo in propaganda pia doctrina studio, mea Prole  
gomēna Serenissimo Regi Polonię dicasset, dereptè in  
proscenium magno impetu & clamore procurrit Stanis  
laus Hosius źyſos ἄλος ἡρακλῆς: (Hoc enim epitheto celebrat  
ipsum encomiastes eius) aut potius Atlas, qui metuens,  
credo, ne coelum Papisticum in regno Poloniæ ruat, aut  
ne Asotus ad illud sustinendum non sufficiat, aut fortal  
sis, quod uerisimilius est, ne ille suo calumniandi & men  
tiendi studio non satis gnauiter defungatur, non ad con  
culcanda tantum mea Prolegomena, uerum etiam ad  
depascendam & uastandam uniuersam uineam Domi  
ni, tanq[ue] aper Calydonius, cuius Sanguine & igne mi  
cant oculi, riget horrida ceruix. Et setæ densis similes ha  
stilibus horrent, aut tanq[ue] singularis, (quemadmodum  
sacræ literæ loquuntur) ferus, rabiose incurrit. De huius  
scripto, breuiter (Copiosius enim & eruditius Doctor Ia  
cobus Andree) in præsentia dicendum est, ut prij Lectores  
admonentur, quales Episcopos Papistica impietas pare  
re, & qualem Religionis doctrinam nobis tradere soleat.  
Principio igitur, ut Hosius piam Euangelię doctrinam,

P R A E F A V I O

quæ hisce temporibus, per Lutherum, sanctum Dei orga  
nō, Ecclesiæ aduersus antichristianisimū, diuinitus pate  
facta est oppugnandā, bono, ut sibi uidetur, auspicio susci  
piat, aut ut minimum, apud bonos viros suspectam red  
dat, enumerat, nescio quot Euangelia ( Sic enim ipse lo  
quitur) ac hæreses, & dissidia, quæ inter doctores noui  
Euangelij (nam & hoc scommate honesti illi scilicet viri,  
piæ doctrinæ insultant) hisce annis exorta esse longis lo  
gis affirmat. Etsi autem sycophantæ illi, in multis rebus,  
quas nec intelligunt, nec præcepit, & furore mentis suæ  
intelligere possunt, discordiam inter professores piæ do  
ctrinæ temerè configunt, multa etiam sceleratè calum  
niantur, quemadmodum aliás copiosè demonstratur, ne  
gari tamen aut dissimulari non potest, quin sua sint dis  
sidia inter eos, qui alioqui unanimi consensu cum Papis  
mo seu Antichristianismo pugnat. Sed illud mirandum  
est, quæ amentia, quæ uerordia Hosiu & collegas eius in  
uaserit, quod existimet, uel eam doctrinam, quæ Papistas  
impietatis, Magie, & Idolomanie arguit, esse impiam, uel  
Antichristianismū suum esse pium, propterea quod suæ  
sint inter nos, qui uobiscum de uera religionis doctrina  
belligeramus, contentiones. Imo uero hæc dissidia non  
obscuro sunt argumēto, quod splendor piæ doctrine, quæ  
hactenus traditionibus Antichristianismi & obscurata &  
oppressa fuit, nunc hisce temporibus, in Ecclesia uerè luceat.  
Nota est parabola, quam filius Dei apud Matthēum reci  
tat, quod regnum cœlorū simile sit homini, qui seminauit  
in agro suo bonum semen, cum autem dormirent homi  
nes, uenit inimicus eius, & superseminauit zizania in me  
dio tritici, Nunquid ideo non est bonum semen iactum,  
nec

nec bonum fructum ferre potest, quod superiniecta sint,  
 ac simul quoq; crescant zizania: imo potius, quia apparēt  
 zizania, possumus haud uanā cōiecturā facere, q; paulò  
 ante bonū semē in agro sparsum fuerit. An nō inīcio reue  
 lati Euangeliū aduersus Antichristianisimum, omnes nos  
 uno ore & uno sacrae scripturā sensu uestras Papisticas  
 impietates coarguimus? Quid ergo nunc nobis dissidia  
 que postea exorta sunt, cōmemoras? Non em̄ mirādum  
 est, si Sathan uarijs offendiculis remorā cursui p̄e doctrī  
 ne obijcere conetur: illud autē mirandū esset, si cessaret, &  
 nō cœlum terræ ad impediendum cursum eius, misceret,  
 ac uos ad persequēdam eam nō excitaret. Filius ipse Dei  
 dixit, Necesse esse, ut ueniāt offendicula. Et Paulus, Opor  
 tet, inquit, hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fi  
 ant. Etsi autē uę homini illi denunciatur, per quem offens  
 dicula & hæreses ueniant, tamen nos qui sumus, qui caue  
 repossimus, ut in patefactione p̄iae doctrīne, nō eueniat,  
 qđ Christus & Apostolus eius euenturum prædixerunt?  
 Paulus discessurus ad Hierusalē, cōuocat ad se Episcopos  
 Ecclesię Ephesinę, & uaticinatur futurū, ut inter ipsos exo  
 riantur dissidia, Noui, inquiens, hoc quod ingressuri sunt  
 post discessum meū lupi graues in uos, nō parcētes gregi,  
 Et ex uobis ipfiss(hi autem erant Episcopi) ex orientur uiri  
 loquētes peruersa, ut abducant discipulos post se. Nō du  
 biū est, quin qđ Paulus hic cōmemorauit, in Epheso eue  
 nerit, quēadmodum etiam Apocalypsis Ioannis signi  
 ficit. Quid ergo? Num, quia excitata sunt dissidia  
 inter Episcopos Ephesios, impij seu Ethnici, seu alij  
 uerbi Dei contemptores iustum causam habuerunt con  
 demnādi & abiisciendi eam p̄iam doctrinam, quam &  
 Apostolus & Episcopi initio uno ore docuerunt, & quæ

P R A E F A T I O

in medio dissidio, adhuc in quadam eorum parte diuinis-  
tus conseruabatur: Ioannes Apostolus & Euangelista,  
in sua Epistola scribit: Nouissima, inquiens, hora est, & si-  
c ut audiuitis, quod Antichristus uenturus sit, etiam nunc  
antichristi multi coeperunt esse. Dicet ergo quispiam, siue  
Asoticus, sive Hosioticus, Si in predicatione Euāgelij de  
Christo, multi exorti sunt Antichristi, certe Euāgelion  
ipsum erit impium, & Antichristianum. Quid autem ab  
firidiis, aut magis blasphemum dici posset? Solent qui-  
dem sycophantae illi in nos torquere, quod in Ioanne se-  
quitur, E nobis egredi sunt, sed non erant ex nobis, non  
dum autem probarunt, doctrinam uerè Apostolicam, e-  
qua egredi letiferum est, ab ipsorum partibus stare. Nos  
uero autoritate scriptorum Propheticorum & Apostoli-  
corum probamus & confirmamus, quod ipsi ex Aposto-  
lis egredi sint, ac doctrinam uerè Apostolicam deserue-  
rint, & à Christianismo ad Antichristianismum defece-  
rint. Quæ & aliæ perspicue demonstrata sunt, & nos in no-  
stris pericopis luculenter explicuimus. Pergemus igitur  
in nostro hoc præsenti instituto. Manifestum est, quod  
post diuulgationem Euāgelij de filio Dei Domino no-  
stro Iesu Christo, maria genera schismatum & herescon in  
orbe eruperint. Quot, quoq[ue], & quam horribiles comme-  
morat hæreses Irenæus, Tertullianus, Epiphanius, Augu-  
stinus, & alij uetustiores scriptores? Quid igitur? Dixit ne-  
tunc p[ro]f[ess]or Ethnicus quispiam, quod ille alias, in alia causa  
dixerat, Quem fugiā, scio, quem sequar, nescio: & habuit  
uit uniuersam doctrinam Christianam, propterea quod  
Christiani ipsi grauissimas inter se de religione contro-  
uersias

## I O A N N . B R E N T I L

versias & hæreses habuerint; Et an Ethnicismus fuit pius,  
 quia Christianismus in uarias sectas fuit dissectus? Sed ite  
 rum uociferaberis, nondum certum & comprobatum  
 esse, quod uestra Lutheranorum (Sic enim à uobis audi-  
 mus) doctrina sit uerè Christiana & Apostolica. Non ig-  
 noro uestros clamores, Ego uero in præsentia non hoc  
 ago, quod iam antea copiosè, eruditè, piè & grauiter ab  
 alijs actum est, ut singula doctrinæ nostræ capita, aduers-  
 sus uestrum Antichristianismum commemorem, & ea  
 esse uerè Apostolicam doctrinam confirmem, Sed illud  
 ago, ut ostendam, quanta rerum infictio, quanta  
 ruditate, Tu Hos, & tui collegæ diuinitus cæcati si-  
 tis, quod uociferamini, nostram doctrinam aduersus  
 uestrum Antichristianismum idcirco impiam esse, quia in  
 ter nos sint dissensiones & sectæ. Postquam enim non po-  
 testis amplius uestras Magias et Idolomanias testimonijs  
 & autoritate sacræ scripture tueri, conuertitis uos, partim  
 ad calumnianda nostra scripta, partim ad amplificanda  
 nostra dissidia, & existimatis ualeitudinem nostram pau-  
 lo imbecilliorem, esse uestrarum alopecia rum, carcino-  
 matum, elephantiseon, epilepsiarum, morborum galli-  
 corum, phthiseon, febrium, pestilentiarum, aut si quid  
 est his morbis deterius, sanationē. Sed de hoc loco hacte-  
 nus. Progredior ad capita meorū Prolegomēw. Sotus  
 reiecerat contumeliose pios Principes à cognitione & lu-  
 dicio de doctrina religionis. Ego contrā doceo, Iudicium  
 de uera doctrina religionis, non pertinere tantum ad Pre-  
 latos Papisticos, imo ne quidem ulla ex parte ad hos per-  
 tinere, quippe quod magna eorum pars, partim nullo  
 prolsu uere Ecclesiastico officio defungantur, partim do-

P R A E F A T I O

Etrinam uere piam summo odio, et qua possunt crudelitatem persequatur, sed pertinere ad Ecclesiam ipsam, ad eum inquam, coetum, qui ex ministris Ecclesie, ex Princibus Ecclesiæ nutritoribus, & ex doctis ac pijs aliorum ordinum viris, in nomine filij Dei conueniunt. Addo et illud, quod priuatus quisque pius, non debeat quemvis sacrificiorum dicta pro oraculis spiritus sancti, absque iudicio, agnoscere, sed necesse habeat probare Spiritus, iuxta Apostolum, num sint ex Deo. Hic, immane, quantum in messe uiant Sotus & Hosius. Quantam ego blasphemiam, Soto & Hosio, designauerim. Videas Caipharam oboculos positum, & uestem suam, propter hanc intollerandam blasphemiam in mille partes discerpere. Et haud immerito augetur rei indignitas, quod tribuerim Venerabilibus illis Papisticis patribus ( De his enim sermo erat ) cognomen Mancipiorum. Haec uox ab Hosio ita excipitur, perinde ac si parricidium nullis hecatombis expiandum commissem, & filium ipsum Dei crucifixissem. Non dubito, quin Hosius hoc suo furioso in me impetu fecerit suis collegis officium gratissimum, Sed que obsecro, est illa iudicij æquitas & rectitudo, quod cum possint aequo animo & assensu in Asoto ferre, ut tribuat pijs Princibus cognomen Sathanæ, mihi uero conniuere non possint, ut tribuam illis suis patribus cognomen Mancipij: Quasi uero ignotum sit, ex quibus sordibus & quib, seruissimis, ne dicam impudicissimis officijs multi eorum ad suas illas dignitates emergant. Quia si uero non ipsimet agnoscant se Romani sui Pontificis Mancipia. Et si nihil aliud, profecto, quia sentio eos esse satellites Antichristi, & piam doctrinæ extremo odio persequi

JOANN. BRENTII.

Persequi, nō possum nec debeo in hoc animi sententia aliter de ipsis iudicare, q̄ quod s̄int si nō externa hominū, certe uera & yv̄nōtia Sathanē Mancipia. Inūc Hos̄i, & absterge a uobis hoc epithetō. Sed quę de officio pior̄ Principū in Prolegomenis dixi, nō dubito, qn lector equus et diligēs cognoscat, quod Sotus & Hosius, possint quidem ea calū niari (Hoc em̄ artificio sunt insignes) non possint autem firmis argumentis refutare, ac ualeant quidem loquacitatem, destituantur autē ueritate. Ne uero omnino uidear in nocens, fateor me, hac in re non admodum consideratē, ac disertē locutum. Etsi enim sententiam meam nō obscurē significauī, tamen quia nolunt intelligere, nisi crasse loquaris, age, explicabo id magis perspicue. Cum de secularibus Principib⁹ sermo est, quod uidelicet officium habeant in Ecclesia, Sciamus duplēcēm esse Ecclesiam. Alia est Antichristi, quam uocare solemus Pontificiam seu Papisticam, Alia Iesu Christi, DOMINI nostri, & unigeniti filij Dei. Si igitur sermo est de Ecclesia Antichristi, fatemur apertē & ingenuē, quod Principes, qui eam agnoscunt, & se ei captiuos tradunt, non debent se iuxta suam ipsorum professionem & religiōnem immiscere cōtui Prælator̄, nec iudicare de doctrina religionis, sed debeant esse trunci, stipites & caudices, ac omnia Pontificum & Prælatorum suorum decreta pro oraculis Spiritus sancti agnoscere, & si quem ipsi hereticios damnauerint, confessim sine ulla inquisitione & tergiuersatione igni tradere. Quia scriptum est, Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis moriatur. Et Legem requirent ex ore Sacerdotis, SACERDOTIS, inq̄ non ex ore Davidis indocti, Salomo

P R A E F A T I O

nis insipiētis, Ezechiae laici, sed Annæ & Caiaphæ, ē spiritu sancto prophetantium, & iudicij ueritatem, etiam cōtra Christum filium Dei pronunciantium. Fatemur amplius, quod tales Principes debeat se ad pedes Pontificis abiecere, & eos osculari, ac si forte Pontificibus libet, liceat ipsis Principes pedibus conculcare, Iuxta illud scripturæ: super aspidem & basiliscum ambulabis, & concubabis leonem et draconem. Fatemur amplius, quod tales Principes debeat agnoscere Pontificem Romanum esse legitimū hāredem Imperij, & cuicunq; uoluerit, illud posse tradere. Iuxta illud Danielis, Ipse mutat epora & ætates, Transfert regna atq; constituit. Quid amplius? Fatemur & illud, quod si Pontifex Romanus, & Prælati, exigant à Regibus & Principibus, ut cedant suis regnis, & tradant ea sedi Apostolicae, necesse habeant aut obediēre, aut diris deuoueri, ut non solum à finitimis Principiis, uerum etiam à suis ipsorum subditis deserantur, et exturbentur. Iuxta illud Esaiæ, Gens & regnum, quod non seruierit tibi, peribit. Et illud Danielis, Regnum & potestas & magnitudo regnorum quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes Reges seruient ei & obedient. Nam si Apostoli possunt in cœlo ligare & soluere, certe in terra quoq; possunt imperia, regna, principatus & quicquid habent mortales, auferre et dare. Hęc enim sunt uerba execrationis, qua Gregorius septimus, Henricum Regem deuouit. Ac breuiter fatemur, quod si Pontifex Romanus seduceret seculi innumerabiles caterus populorum, eterno gehennę incendio mancipandas, nullus nec Cesar nec Rex, nec Princeps audeat ad eum dicere; Quid facis?

Iuxta

IOANN. BRENTIE

Juxta illud: Vade post me Sathanæ, Et, Quicquid solueris  
in terra, erit solutum in cœlis, & quicquid retinueris in ter-  
ra, erit & in cœlo retentum. Ecce igitur tibi Hosî, an non  
habes Brentium, non solum errorem suum perspicie cō-  
sentem, uerum etiam potestatem uestram summâ erga  
Reges & Principes uestros testimonijs sacrae scripturæ  
comprobantem? Quod si cui dicta scripturæ non satis ap-  
pele accommodari uidentur, quid ad uos? Penes uos est, si-  
cūt omnipotens autoritas in Reges, Principes, ac omnes  
populos, ita etiam arbitraria potestas interpretandi, et tra-  
hendi scripturam, quo libet, ac damnandi omnes alios  
interpretationes, quantumuis cum uniuerso scripturæ  
statu consentientes. Huc etiam pertinent uerba ipsa ue-  
stra, Penes uos esse mandandi autoritatem, penes alios  
obediendi necessitatem. Atq; hæc quidē de potestate ue-  
stra Ecclesiæ, ac de officio Regum ac Principum in ea,  
quod certè hi, qui uos Ecclesiæ proceres ac heroes agnos-  
cunt, aut omnino uobis præstare debent, aut rei sunt læse  
cœlestis maiestatis, Iuxta illud Pauli, Contestor omnem  
hominem, qui circumciditur, quod debitor est Totius le-  
gis seruandæ. Et, Maledictus omnis, qui non permanet  
in omnibus sermonibus legis. Nec enim licet Principi-  
bus uestrum Thronum agnoscensibus, nonnulla exue-  
stris legibus, nonnulla ex nostra doctrina, pro sua libidine  
excerpere, & sibi accommodare, aut in utramq; partē, sicut  
Elias dicit, claudicare. Aut TOTVS Baal, aut TOTVS  
DOMINVS Deus sequendus est. Sed, ut dixi, de hoc ue-  
strorum Principum officio haec tenus. Vera autem Eccle-  
sia Christi filij Dei & ueri ministri eius longè alios habent  
mores, & multo aliter suos Principes tractant. Nam si in

P R A E F A T I O

stituenda est dijudicatio de doctrina Religionis, tantum  
abest, ut uera Christi Ecclesia & ministri eius excludant  
ab ea dijudicatione suos Principes, ut potius agant sum-  
mas gratias Deo, quod dederit ipsis Nutritores, qui et ipsi  
piam doctrinam agnoscunt, & studium suum ad eam co-  
seruandā cōferunt. Nō est igit̄ ulla causa, cur hi Principes &  
cognitione eius reūciantur. Si, n. de doctrina ipsa Prophē-  
tica & Apostolica dicendū est, nō amat ea tenebras, sed lu-  
cem, nō cupit se abscondi tanq̄ sacra Eleusinia, sed uult po-  
ni super candelabrum, ut luceat omnibus, q̄ sunt in domo.  
Quid ergo & Principes ad hanc lucē intuēdam, & si quid  
obscuri inciderit, emungēdam & illustrandam, nō admit-  
terent? Num Ecclesia & ministri eius metuunt sibi, ne si  
habent in dijudicatione doctrinæ Principes auditores,  
adūtores, et socios, Sp̄ritus sanctus desertis ipsis rectā ob-  
illorū præsentia cœlū petat? Atqui, filius Dei dicit: Qui fa-  
cit ueritatem, nō odit lucem, sed uenit ad lucem, ut mani-  
festentur opera eius, quod per Deum sint facta. Si autē de  
externa Principum uocatione dicendum est, uocantur  
a Sp̄iritu sancto, Nutritores Ecclesiae, & Diaconi Dei. In  
qua ergo re possunt rectius & utilius officiū suum Eccle-  
siæ probare, & diaconiam suam filio Dei præstare, q̄ ut  
operam iudicij sui ad discernendam ueram doctrinam &  
falsa conferant? Si uero in priuatam ipsorum Regeno-  
rationem intiendum est, sunt & ipsis unā cum alijs pīs  
hominibus in Christo renatis, non amplius in corz catalo-  
go, de quib. Paulus ait, χριστοῦ ab alienati à rep. Israe-  
lis, extranei à testamentis, promissionis spem nō habētes,  
Deoq̄ carentes, sed in illoꝝ numero, qui facti sunt à Deo  
idonei ad participationem fortis sanctorum in lumen. &  
de quibus

## IOANN BRENTII.

de quibus scriptū est, Vos estis genus electū, REGALE  
 SACERDOTIVM, gens sancta, populus acquisitus, ut  
 uirtutes predicetis illius, qui ē tenebris uos uocauit in ad-  
 mirabile suā lucē. Et iterum. Dilexit nos, & lauit nos à pecca-  
 tis nostris, per sanguinē ipsius, et fecit nos RR GES et SA  
 CERDOTES Deo et patri suo. Si ergo Principes in Chri-  
 sto tenati participes sunt ueri Christiani sacerdotij, quid  
 est, quod non licet ipsis, pro iure Sacerdotij, de  
 doctrina religionis, tam priuatim, ad suam ipsorum  
 salutem, quam publicē inter ministros Ecclesie & alios ui-  
 ros pios & docios, ad publicam uniuersę Ecclesie utilitatē  
 judicare, & suam de ea sententiam dicere? Itaq; tantum  
 abest, ut uera Ecclesia filij Dei abiiciat ipsos à tali dijudica-  
 tione contumeliose, ut potius humiliter petat, admoneat,  
 hortetur, & qua debet reverentia exigat, ut non solum  
 cognitioni presto adsint, et sententiam dicant, ueq; etiam  
 coetū pro sua autoritate gubernent, quo omnia decenter  
 & secundū ordinē fiant. Deinde, quia iam olim predictū  
 est, futuros impios homines, qui translata in luxuriā gra-  
 tia Christi, Dominos spernant, & Magistratum blasphem-  
 aria afficiant, uera Christi Ecclesia & Ministri eius, non  
 solum nō exigunt à Magistratu seruilia illa & externa pe-  
 dum oscula, nec conculcāt Magistratū pedibus, sed etiā  
 tota mēte ad tale spectaculū cōtremiscūt. Exigūt aut, ut  
 Principes osculentur, iuxta psalmū, filium Dei, & seruiat  
 ei in timore & tremore. Nec illud in uera Ecclesia Christi  
 agit, ut exturbatis ē suo regno Principib. ministri eius ex-  
 ternā dominationē arripiat, sed si qd mūdanarē facultatū  
 Principes ad alēdos Ministros & pauperes cōferūt, grato  
 animo accipit. Si rursus, qd collatū est abstulerint, equo

## P R A E F A T I O

animo toleratur. Numq; enim defuturi sunt Ecclesia, be-  
neficio Dei, nutritores & tutores. Itaq; etiam si alij diripi-  
erint opes, quas uocant, Ecclesiasticas, tamē alij diuinitus  
excitabuntur, qui ministros Dei uel in speluncis abscon-  
ditos, sicut oīm Abdias, liberaliter, & pūrili sua pascāt.  
Qui dixit, primum querite regnum Dei & iusticiam eius  
& hæc omnia adiūcentur uobis, recte curabit, ut fideles  
ministri eius, etiā sine ullis externis regnis, et mūdanis do-  
minationibus, quas penè solas Pontifices Antichristianæ  
Ecclesia spirat, cōseruentur. Et si autem Principes, in uera  
Christi Ecclesia, sui officij admonētur, & si quando pecca-  
uerint peccati excōmunicatione dignū, nō minus q; alii  
peccatores, coelesti regno indigni, p uero & legitimo Ec-  
clesiastici ministerij iure censentur, tamen ob hanc rem  
non excitantur subditi eorum ad seditionem, non enē-  
untur ipsi ē regnis suis, sed honorantur, ut magistratus,  
coluntur, ut in eminentia diuinitus constituti, & expe-  
ctatur Iudicium Dei. Hi sunt mores uerae Ecclesiae, sicut  
docuit eam uetus Pastor eius, unigenitus filius Dei, DO-  
MINVS noster Iesus Christus. Sciamus igitur quod cum  
Sotus, & Hyperaspistes eius Hosius, ac reliqui id genus sy-  
cophantæ propugnant potestate, & autoritate Papisticor-  
um Prælatorum, & iudicant pios Principes indigniores, q;  
quibuscum de doctrina religionis conferant, non tuean-  
tur econominiam uerae Ecclesie Christi, sed contentur sta-  
bilire tyramidē Ecclesie Antichristi, ut oppressis tandem  
Principib; oīa subiectā, sicut psalmus loquit, sub pedibus  
suis, oues & boues universas, insuper & pecora campi.

De autoritate, perspicuitate, & perfectione sacræ scriptu-  
ræ non dubito me, prop'cio Deo, & pia & claris testimoni-  
iis coniuptobata, tam in Prolegomenis, q; in pericopis  
dixisse.

IOANN. BRENTIL

dixisse sed uanitati nunc deest loquacitas, & sycophantia.  
nunq̄ desunt calumniæ. Inueniunt ubiq̄ Sotus & Hosius,  
us, par heroicorum sycophantarum, quod arrodat, &  
quod cauillentur, non autem inueniunt. Si quidem de sta-  
tu meæ sententiæ sermo fuerit (quod firmis argumentis  
refutare queant. Videntur quidem & ipsi sacram scriptu-  
ram plenis buccis extollere. Vocant eam Oraculum Spir-  
itus sancti. Sed reputa, queso, amiciss. mi lector cum anis-  
mo tuo, quanto honore maiestatem Spiritus sancti cele-  
brent. Dicunt sacram scripturā esse spiritus sancti oracu-  
lum. Interea autem uociferantur, sacram scripturam esse  
dubiam, ambiguum, præceptorem mutum, literam oc-  
cidetem, literam mortuam, adeoq̄ si Reuerendis illis Pa-  
tribus libuerit, fabulas esse Aesopī. Hoc, qd, amabo, aliud  
est quam si dicerent, spiritum ipsum sanctum, cuius ora-  
culum etiam ipsi sacra scripturā fatentur, esse ambigu-  
um, dubium, mutum, hominem idam, fabulatorē, adeoq̄  
mortuum. Et, hæ sunt laudes, hæc sunt encoria, quibus  
satellites Antichristi spiritum sanctum, spiritum uerita-  
tis, spiritum uitæ, illustratōrē Christi & maiestatis eius or-  
nat. Et audent scelerati illi tenebriones, in tam horrendis  
blasphemijis, quas in sacra scripturam, adeoq̄ in spiritū  
ipsum sanctum, uiuenter euomunt, sibi blādiri, perinde  
ac si essent catholicæ fidei propugnatores. Recitaueram  
in Prolegomenis, ad comprobandum scripturæ perspicu-  
itatem, illud dictum Petri, Habemus firmorem sermo-  
nem Prophetieū, cui dunt attenditis ceu LVCERNÆ  
apparenti in obscuro loco, recte facitis. Ibi, cum Hosius ce-  
re studio mihi contradicendi tenetur, magno animi furo-  
re in Petrum ipsum Apostolum nescius aut fortassis be-

P R A E F A T I O

inescius inuehitur. Si tam clara sunt (inquiens) & illustria prophetica scripta Brenti. Si nihil in eorum oraculis, si nihil in figuris legis obscurum est, cur umbræ uocantur? cur lucem uocamus Euangelicam &c. Hæc et id genus plura dum se insanus homo aduersus me recitare putat, non cogitat se aduersus dictum Petri Apostoli euomere. Dixit enim Petrus, Sermonem propheticum, hoc est, scripta prophetica esse LVCERNAM apparentem in OBSCVRORO LOCO. Sed contrâ Hosius, Quid est inquit, si tam clara sunt & illustria prophetica scripta, si nihil in eorum oraculis, si nihil in figuris legis obscurum est, cur umbræ uocantur? cur lucem uocamus Euāgelicam? Sequitur ergo, iuxta Hosij sententiam, Petrum Apostolum mentitur esse, cum dicit sermonem Propheticum esse Lucernam apparentem in obscuro loco. Alioqui enim, cur tot pugnatio cum uerbis & sententia Petri commeinoraret? Nam quæ uerba ego recitaui, ex Petro recitaui. Rixatur ergo Hosius non mecum, sed cum Petro. Cū uero adoret Romanum Pontificem, successorem scilicet Petri, in irandum est, quod Petro Apostolo ne quidem propter suum Pontificem pepercerauit. Interea nihil dicam (non enim suscepimus in præsentia copiosam Hosianarum stropharum refutationem) de manifesta illa calumnia, qua uanus homo dicit nos affirmare nihil esse in Propheticis scriptis obscurum. Nec enim Petrus Apostolus, nec ullus nostrum quod ego sciām usque dixit, OMNIA, inquam, loca sacræ scripture esse cuiuis perspicua. Nec n. quia Eunuchus AEthiops, non intellexit locum Esaiæ, quem (ut habent Acta Apostolica) in currulegebat, idcirco ignorauit Messiā Patriarchis promissum, & nō credidit in Melisā, quem

## IOANN. BRENTII.

Quem Prophetę uenturum promiserant & sacrificia legis adumbrauerat, Qui solus est præcipius scopus scripture, ut qui Messiae cognitionem autore Spiritu sancto habet, is intelligat uniuersam scripturam, etiam si ne literas quidem sciat. Quod idcirco dico, ut tu Hos, pro ingenio tuo, habeas satis amplam materiam carlumniandi. Sed illud affirmamus & probamus, quod ea quae sunt ad æternam nostram salutem cognitū & creditū necessaria, habeant in sacra scripture, sa- tis clara, manifesta, & perspicua testimonia, ut non sint nobis necessariae uestræ ἀγραφαι & confictæ tra- ditiones. Non enim ignoramus, quo consilio uos obscuritatem scripture urgeatis. Videntis ipsi, sacram scripturam manifestè cum uestra, Hos, impietate, ma- gia & Idolomania pugnare. Quare prætexitis obscu- ritatem, & ieuiunitatem scripture, ut locus sit uestris confictis traditionibus, & impīis interpretationibus. Quo autem id successu à uobis fiat, nostra scripta pa- lam testificantur, & iudicium Dei, ac euentus rei haud du- biè demonstrabit. Sed pergamus. Hosius profiteſ se Epis- copū Vuarmiensem. Officiū aut̄ Episcopi, iuxta Paulū, est, ut sit potens exhortari per doctrinā sanam, & cōuince re cōtradicentes. Audiamus igitur insignē ad sanā doctri- nā exhortatorē, et cōtradicentiū uictorē. Nihil est, inq̄t, qđ maiore cum periculo sit coniūctum, quam si quis de scri- pturis cū Sathanā certamen inire uelit. præcipue qđ tēpore grauiſ agoniſ stat, cū aia uenit à corpore separāda. Tū ue ro tutissimū fuerit EXEMPLVM sequi CARBONarij cuiusdā, ex quo cū animi cauſa uit̄ quidam doctus quæſi uiflet qđ crederet. Symbolū recitauit. Cū interrogaret ille qđ preterea credere, trespōdit, qđ ecclesia credit catholica.

Pag. 193.

P R A E F A T I O

Ille tunc, quid credit Ecclesia? Quod ego, inquit, credo:  
Cumq; subinde ille quereret, circulo hoc usus Carbonari  
us, nihil aliud respōdit, nihil aliud se credere, quam qd Ec  
clesia credit, Ecclesiam credere quod ipse crederet, nec alii  
ud ab ipso elicere potuit. Et mox (ne in fabula Hosijs rei  
tanda, diutius immoreret) narrat doctum illum virum in  
certamine, quod cum Sathanā de fide inierat, nec se expli  
care potuerat, exclamasse, Ut Carbonarius, eaq; uoce signi  
ficasse, quod non alio sibi configiendum esse duxerit, qd  
ad fidem Ecclesiæ Catholicæ, tanq; ad Asylum unum o  
mnium turissimum, quodq; plus in ea præsidij tum inue  
nerit, qd in OMNI SCRIPTVRARVM EXERC  
TATIONE, quas tota uita sua meditatus erat diligēter.  
Habes concionem Episcopi de fide Carbonaria. Et quid  
quaeso, hoc aliud est, quam homines, iuxta prouerbium  
de Caldaria in Carbonariam deducere? Multa inepta,  
stulta, impia & blasphemæ de multis Papisticis Episcopis  
narrant, sed haud scio num quis alias ineptijs et blasphem  
ijs hunc Episcopum supereret. Expectauimus, ut in hoc  
argumento commendaret nobis, iuxta Episcopi uocatio  
nē, autoritatem sacrae scripturæ. Quid enim in Ecclesia fu  
lij Dei aliud, qd quod Spiritus sanctus in sacra scriptura no  
bis tradit, docendum est? Et an non Apostoli ipsi & qui  
proxime eos secuti sunt pñ Episcopi, conciones suas testi  
monijs scripturæ comprobarunt & munierunt? Ecce au  
tem, cum ad illius Hosijs Vuarmiensis Episcopi concio  
nes properamus, ut in uera pietate erudiamur, uerē inue  
nimus pro thesauro (quod dici solet) Carbones. Expectau  
imus, ut doctrina sua armaret nos in summis periculis  
aduersus Sathanā, gladio spirituali, qm est uerbum Dei,  
quod

JOANN. BRENTIL.

Quod in sacra scriptura continetur. Nam & Christus ipse filius Dei, sese hoc gladio munit, non solum cum in deser-  
to monomachiam cum Sathanā susciperet, uerum etiam cum in passione sua trahijs temptationibus affligeretur. Quo modo implebuntur, inquit, scripturæ? Et, Hoc totum factum est, ut adimplerentur scripturæ prophetarum. Ecce autem in hac expectatione, Hosius ille pro gladio Spir-  
itus tradit nobis in manus Carbones: Confugiendum est (inquit) ad fidem Ecclesie Catholice. Vanissime hominū.  
Quæ est illa fides? Quæ est illa catholica Ecclesia? An est alia uera fides, quam quæ ex sacra scriptura hauritur? An est alia uera Catholica Ecclesia, quam quæ agnoscit Oraculæ Spiritus sancti, quæ sunt scripta prophetica & Apostolica? Paulus dicit, Fides ex auditu est, auditus autem per VERBVM DEI. Hoc uerbum illud est, quod in scriptis propheticis & Apostolicis continetur. Vide ergo mis-  
hi blasphemiam, & impietatem Hosij: Primum enim, cum dicit, Nihil esse, quod maiore cum periculo sit coniunctum, quam si quis de scripturis cum Sathanā certamen inire uelit, præsertim, quo tempore grauis agon in-  
stat, cum anima uenit à corpore separanda. Loquitur, opinor, non præcipue de hac questione, Num scriptura ueteris & Noui testamenti sit inuiolata & sacrosanctæ autoritatis acueritatis. Etsi enim Sathan solet homines etiam de hac questione sollicitare, In presentia tamen non de ea inter nos agitur, & si Hosius de hac tantum loqueretur, quid à proposito alienius? Sed de illa loquitur, Num in grauibus temptationibus pugnandum sit cum Sathanā in verbis & dictis sacræ scripturæ? Ibi affirmat Hosius nihil maiori cum periculo coniunctum esse, quam sic cum Sathanā pugnare. Quanta autem est hæc blasphemia ad-

P R A E F A T I O

uersus oraculū Sp̄iritus sancti, quod est Scriptura: Sathan  
enim sollicitare solet homines nunc ad incredulitatem,  
nunc ad impatientiam, nunc ad desperationem, nunc ad  
externa scelerā. Sacra autem scriptura data est nobis  
diuinitus, ut ex ea in tantis periculis remedium petam  
mus. Quęcūq; (inquit Paulus) pr̄escripta sunt, in nostrā do  
ctrinā pr̄escripta sunt, ut per patientiam & cōsolationē  
scripturar̄, spem habeamus. Et iterū. Omnis scriptura di  
uinitus inspirata, utilis est ad doctrinā, ad redargutionē,  
ad correctionē, ad institutionē, quae est in iusticia, ut inter  
ger sit Dei homo ad omne opus bonū apparatus. Hic docet  
Paulus, quod scriptura sit nobis diuinitus in hūc usum  
data, ut petamus ex ea in aduersis consolationem, in affli  
ctionibus, patientiam, in tentatione desperationis spem,  
in affectibus carnis, institutionem, quae est in iusticia.  
Et aliás munit se Paulus ipse aduersus mortem, ex  
scriptura, cūm ex Elsaia & Osea recitat: Absorpta  
est, inquiens, mors in uictoria. Vbi est mors uicto  
ria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Paulus docet,  
hunc esse sacræ scripturæ usum, ut ex ea sumamus re  
media in grauissimis nostris periculis. Hosius autem  
affirmat hac renihil esse periculosius. Quid est blasphem  
ia in Paulum, in sacram scripturam, immo in Sp̄iritum  
ipsum sanctum, si haec nō est? nisi forte Hosius existimat  
nos, cum sollicitamur ad incredulitatem, ad impatientiam,  
ad desperationem, ad impium metum mortis, non tēra  
xi à Sathanā, nec nos in ihs certaminibus cum Sathanā lu  
ctari. Quod de ipso, tanq; cæcato Sathanæ mancipio su  
spicari, non esset absurdum. Deinde, cum dicat Carbona  
xiū recitasse Symbolon, & postea retulisse se ad fidem  
Eccle

## I O A N N . B R E N T I I .

Ecclesiæ catholicæ, mox autem distinguat ea ab omni scri-  
 pturarum exercitatione (Ait. n. doctum illum virum plus  
 præsidij in fide catholicæ Ecclesiæ, q̄ in OMNI scriptura-  
 rum exercitatione, quas tota vita sua diligenter fuerit me-  
 ditatus inuenisse) quid aliud significat, quam quod sentiat  
 Symbolon & fidem catholicæ Ecclesiæ non constare testi-  
 monijs sacræ scripturæ, nec opus esse, ut fidem è scri-  
 ptura aut concionibus eius haurias, sed satis esse, si  
 uerba Symboli numerare, & fidem catholicæ Ecclesiæ uo-  
 ce crepare scias? Illud ergo agit Hosiusr, ut homines reñci-  
 ant omnem religionis curā in Papam, Cardinales, Episco-  
 pos, & Prelatos (Hi em̄ dicuntur ipsis Ecclesia catholicæ)  
 ipsi autem interea sint stupidi, bardi, stipites, trunci, & ex-  
 cussa è manibus & mentibus ipsorum sacra scriptura,  
 obijciantur Sathanæ in summis temptationibus & pe-  
 riculis planè inermes & desperati. Non enim aliò catho-  
 lica illorum Ecclesia respicit. In hac enim vulgatis,  
 sumum est, & aliquoties ab Hosoio repetitum, non  
 esse maiorem apud Deum abominationem, q̄ docere ad  
 consequendam salutem necessarium esse, ut firmiter cer-  
 toq̄ statuamus, peccata nobis propter Christū remitti. Ex-  
 pende igit̄ nunc quò nos Hosiusr deducere cupiat. Remit-  
 tit nos ad fidem Carbonarij, & catholicæ suæ Ecclesiæ. In  
 hac fide dicit plus præsidij esse, q̄ in omni exercitatione  
 scripturæ. Habes excussam & abiectam scripturam. Dein  
 de hac catholicæ fides sentit abominationem esse coram  
 Deo, statuere, quod certo habeas remissionē peccatorū, p/  
 ter Christū. Habes ablatā & excussam certitudinē fidei,  
 ad quam tamen nos uniuersa sacra Scriptura uo-  
 cat. Quid ergo ab his Sathanæ mancipijs & organis

P R A E F A T I O

aliud relinquitur hominibus, q̄b ut inermes, stupidi, uacillantes, dubitantes, & desperantes, Sathanæ perpetuo desuorandi obijciatur. Hæc est Hosij, hæc est Papistarum omnium Theologia. Et sic scilicet, itur ad astra. Sed obseruemus aliam quoq; doctrinam magis Episcopalem, de signo crucis. Sicut enim Hosius docuit nos antea fidem Carbonariam, ita nunc docebit nos fidem σκατινην την, hoc est, umbraticam seu imaginariam. In Prolego menis negauit cōsignationem crucis manu effectam, esse Apostolicam traditionem, quod cum Apostoli hortatis, non possit esse uerisimile, ut iussent eos crucibus se manu effectis signare. Hic iterum magnus ille Hercules, Catholicæ Ecclesiæ propugnator, haud aliter graditur, q̄ si uenabula taurus, corpore fixa gerat, & Brentiū adorit. Quid aliud sunt, inquiens, Traditiones, quam uiuum quoddam Euangelion? Hoc ipsum, cuius primo loco meminit (Brentius) signum crucis, quid aliud est, quam summa totius Euangeli? Et mox. Imò uero Brenti, inquit, Omnis Euangelica disciplina, quin & uera pietas OMNIS, hoc uno signo crucis quodammodo comprahenditur, & explicatur. Et pergit (libet enim uerba ipsa Hosij adscribere) Quod cum (inquiens) apud nos ne pueri quidem ignorent, est ne uerisimile te nescire Brenti? Sic apud nos Matres puerulos instituunt, simul ut inceperint qualē qualē rationis usum habere. Posteaq; somno fueris expergefactus, surgens è lecto cruce te signa. Similiter facies, cum iueris cubitum. Duces autem signum hoc à uertice capitis seu à fronte, ad umbilicum usq;, simul cogitationem tuam ad Christum referes, qui de summo cœlo egressus descendit in uiscera matris, atq; ex purissimis illius sanguinibus carnem nostram assumpsit. Deinde collocabis manum in sinistro brachio, & duces ad dextrum, simul causam animo tecum repetes, quamobrem eò se demittere Dei filius dignatus fuerit, ut relinqueret dominum suam, dimitteret hereditatem suam, daret dilectam animam suam in manus inimico rum suorum in cruce pro nobis moriens. Fecit enim hæc, ut nos, qui

JO ANN. BRENTIE

qui pro meritis nostris cum hædis à sinistris eramus collocandi,  
transferret ad dexteram inter oues suas, ubi uocem illam desidera-  
tam nobis audire liceret, Venite benedicti patris mei, possidete pa-  
ratum uobis regnum à constitutione mundi. Facies autem hoc lig-  
num TRIBVS digitis, ad significandum Trinitatis mysterium, &  
uteris ijs uerbis, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, quo sic in  
recordationem eius rei uenias, quod salutem nostram, quæ crucis  
beneficio nobis obtigit, Tota trinitas, cuius inseparabilia sunt ope-  
ra, in medio terræ operata est. Pater filio, sicut ipse filius testatur, cali-  
cem passionis dedit, & ipse filius animæ suæ in potestate sua propina-  
uit, Sicut ipse ait: Potestatem habeo ponendi animam meam. Obla-  
tus est enim, quia ipse uoluit. Et Spiritus sanctus illi propinari fecit,  
Apostolo teste, qui dicit, quod Christus per Spiritum sanctum semet  
ipsum obtulit immaculatum Deo. Vides quanta fidei nostra mysteria  
ria unica hac signandi nos cruce forma nobis Apostoli tradiderint?  
ut si rudis aliquis & agrestis homo propter intelligentiam suæ tardita-  
tem assequi cætera non possit, uel hoc illi solum ad salutem sufficere  
queat. Hic enim incarnatio, hic passio Christi, hic causa passionis,  
hic extrellum illud iudicium, & spes nostra uocationis, hic mysteri-  
um Trinitatis, per quam redempti sumus unica signatione crucis ex  
primitur. Sic puerulos matres apud nos instituunt, Sic etiam agrico-  
las in uillis docent Sacerdotes. qui uero liberalius in ciuitatibus  
educantur, admoneri solent, ut ne sibi sufficere putent, si crucis hoc  
signo facto, memoriam illius crucis, quam Christus pro nobis pertu-  
lit, sibi representent, uerum eadem & ipsi cogitatione armati, simul  
ad crucem, cum usus fuerit, pro illius nomine ferendam, semper pa-  
rati, crucifigere carnem suam cum uitijs & concupiscentijs suis affue-  
scant, ut dicere quisq; possit, Christo confixus sum cruci, per quem  
mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, Sic futurum, ut si copassi  
fuerint, & conglorificantur. An non uerè dixit Basilius, quod omnia  
quæ sunt in Euāgeliō ad salutem necessaria damnat, qui traditiones  
hoc genus Apostolicas reiçit? Siquidem quicquid est Euāgelicæ  
disciplinæ, quicquid est ueræ pietatis, hac una traditione contineri  
videtur, ut eam reieciſſe, nihil sit aliud quām uniuersum Euāgelium  
condemnasse, fidei q; prædicationem omnem radicitus euertisse.

Hæc enus Hosius.

P R A E F A T I O

Etsi autem hēc narratio Hosij de signo crucis uidet̄ rerū imperitis & superstitionis, pr̄fertim aniculis iucūda et pie tatis plena, tamē tātus est in ea cumulus absurditatū, & im pietatum, ut haud sciam, unde refutationis iniciū capiā. Cogita, n. mihi, optime lector, q̄ bene inter se conueniant Hosij epitheton, & officij eius administratio. Vocat Episcopus, cuius officiū est, ut doceat Ecclesiā Euāgeliō Christi, & tueat̄ usq̄ ad sanguinē & animā (Hēc, n. sunt ipsa eorum uerba) instituta Christi, atq̄ summo sibi studio à peregrinis doctrinis caueat. Habent & illud dictū frequens in ore, Quod DOMINVS iubet, bonus seruus non mutet. Quid aut̄ Hosius? Nō ignorat Christū filiū Dei instituisse in cœna sua dispensationē corporis & sanguinis sui, nō patne tantū, uerum etiā uino. Nō ignorat hanc dispensationē in Ecclesijs Apostolica doctrina recens fundatis, & cōstitutis, uisitatā fuisse, quemadmodū Cōstantiensis ipsa syndic palam & ingenuē testificatur, & si mutationem eius probat. Nihilominus tamen tāta est huius opinati Episcopi impietas, ut hāc mutationē ppugnet, et cū sui petiſſent cōcessione uetus utriusq̄ partis in cœna Domini, non solū nō cōcessisse eis, uerum etiā crudeliter eos persecutus esse dicatur. Interea autem, concionatur materculis et aniculis suis, de signo crucis, ut doceant pueros suos tridigitalem crucē, & ducat eam à uertice usq̄ ad umbilicum, & à lēua ad dextram, quo admoneant̄ de cruce Christi, & in memoriam reuocent effusionem sanguinis eius. Quām bella est hāc Ecclesiasticæ œconomiae dispensatio! Quod Christus ipse instituit, quod in cōmemorationem crucis, effusionis sanguinis, & mortis sue fieri mādauit, distributionem uidelicet nō panis tantum, sed etiam uini in cœna sua,

## I O A N N . B R E N T I L

Ia, hoc pseudoepiscopus fieri phibet. Pro distributione  
 aut uini & sanguinis in coena docet ipse interea tridigitalē  
 crucē à uertice usq ad umbilicū, & à lēua usq ad dextrā,  
 ducere. Hec certe nō est fides, quā Paulus dicit requiri in  
 ecclesiē ministro, sed est perfidia. Christus, n. cuius Episco  
 pi debet esse ministri, nō instituit in memoria sue passiōis  
 & effusionis sanguinis, p peccatis nostris cōsignationē tri-  
 digitalis crucis, sed prædicationē Euāgelij sui, & distributi-  
 onem corporis & sanguinis sui, pane simul & uino in coe-  
 na sua. Hoc est testamentum eius, quod nefas est, ut ab ho-  
 mine uiolat. Cum igit̄ Hosius oppugnat usum uini in coe-  
 na, & prohibeat eum suis ut vocant laicis, interea autē do-  
 cet crucem tridigitalē, sentiamus eum esse uiolatorē te-  
 stamenti Christi, & doctorē superstitionis, hoc est, omnis  
 uere pietatis hostē. Deinde, manifestū est, quod externa il-  
 la et ceremonialis ac tridigitalis cōsignatio crucis, et tradu-  
 ctio eius à uertice usq ad umbilicum, à lēua usq ad dextrā  
 nō sit mandata à Christo filio Dei, nec tradita ab Aposto-  
 lis. Et si enim hoc posterius uidetur habere testimonium  
 Basilij, tamen quid illud sit, clare in Prolegomenis expo-  
 suimus, nec quicq̄ cōtra ea prēter uanissima nugamenta,  
 ab Hosio allatum est. Reliquum igitur erit, quod sit hu-  
 manum commentum, & nō ex religiosi Spiritus, sed ex  
 superstitione carnis prudentia profectum. Quid aut de ta-  
 libus seu ceremonijs, seu sacris, et cultibus sit sentendum,  
 dictum ipsum Christi testificatur. Frustra colunt me docē-  
 tes doctrinas, mādata hominū. Ac tolerabile quidē uideri  
 posset, si hēc crucis consignatio habere ē tantū puerili ac  
 superuacaneo cultu, illud aut execrandū & detestandum  
 est, quod Hosius doceat hoc signū esse summā totius Eu-  
 angelij, & ueram pietatem omnē hoc uno signo qđam-

P R A E F A T I O

modo compræhendi, & explicari, & addat impudentissi  
mè, quòd si rudis aliquis & agrestis homo propter intelli-  
gentiæ sua tarditatem assequi cætera non possit, uel hoc  
illi solum (Recito autem uerba Hosij) ad SALVTEM  
sufficere queat. Et mox: Quicquid est, inquiens, Euange-  
licæ disciplinæ, quicquid est ueræ pietatis, hac una traditio-  
ne continere uidetur, ut eam reiecisse, nihil aliud sit, quod  
uniuersum Euangelion condemnasse, fideique prædicatio-  
nem omnem radicitus euertisse. Huic extremè impuden-  
tiæ & impietati accedit illa Magia, & idolatria, qua Hosiüs  
cum collegis suis, aurum, argentum, lignum, lapidem,  
aut tale quiddam, in crucis figuram architectatum, conse-  
crare, testificante ipsorum Pontificali, solent in remedi-  
um salutare generi humano, in soliditatem fidei, in pro-  
fectum bonorum operum, in redemptionem animarum,  
in solamen, protectionem actutelam contra saeva facula-  
inimicorum. Quid plura? Sanctificant, ut ipsi somniant,  
signum crucis, ut homines merito eius careant omni per-  
petrato peccato, & proficiat eis (Iterum recito uerba eoz)  
ad perpetuitatem temporis, & ad uitam æternitatis. Addi-  
tur & illud, Pontifex (inquiens) flexis ante crucem geni-  
bus, eam deuotè ADORAT & osculatur. Horresco, tan-  
tam impietatem uel legens uel recitans. Sed quid faci-  
amus? Omnino detrahenda est Sathanæ, angelica sua,  
qua se se uenditare solet, species, ut turpitudo & foeditas  
eius probè agnoscatur, & evitetur. Ut autem calumnijs  
sycophantarum, obuiam, quo ad eius fieri potest, eamus,  
non est nobis diuino fauore, ignotum, quanta beneficia  
contigerint humano generi per crucem & mortem filij  
Dei. Sed horum beneficiorum memoriam et efficaciam,  
quæ nobis

## IOANN. BRENTII.

Quæ nobis prædicatione Euangelij, & administratione  
cœnæ Dominicæ, per Spiritum sanctum traditur, signo  
crucis aut ligneo & lapideo, ab hominibus architectato,  
aut tribus digitis efficto, ita affingere & affigere, ut etiam  
ipsum ADORES, & fiduciam salutis tuæ in eo colloces,  
hæc demum est horribilis & execrabilis Magia & Idolol-  
mania. Deum Cicero definir, esse mentem solutam, & li-  
beram, segregatam ab omni concretione mortali, omnia  
sentientem & mouentem, ipsamq; præditam motu sem-  
piterno, suspiciendam & admirandam humano generi.  
Cùm autem interea colat, ueneretur, & adoret statuam  
Iouis, accipiemus ne excusationem Idolomaniaæ eius, si  
dixerit, se nomine Iouis intelligere summū illum deum,  
sicut antea eum descripsit, & non adorare lignum aut sa-  
xum illud, pro Deo, sed ut admoneretur eius Dei, quem  
omnia sentientem, & mouentem crederet. Num, si quis  
dejiceret hanc statuam, & contereret eam pedibus, Cice-  
ro iustum haberet querelam, quod is, quisquis esset, iniur-  
rius & contumeliosus esset in aeternam illam & beatam  
mentem, quæ uniuerso humano generi sit suspicienda?  
Certe Cicero habebit, quantum video, Hosium δυόνιφον.  
In deserto instituitur, diuino mandato, serpens æneus, ut  
quicunq; ab ignitis serpentibus percussus, aspexisset eū,  
consequeretur sanitatem. Hic æneus serpens adumbra-  
uit Christum filium Dei in cruce exaltandum, quemad-  
modum Christus ipse testificatur. Sed cum Israelitæ ado-  
lerent ei thymiamata, cōfractus est et cōtusus ab Ezechia.  
Quid igitur dicemus? Num, quia hic serpens fuit adum-  
bratio crucis Christi, uociferabimur, exemplo Hosij, E-  
zechiam contudisse Summam totius Euāgelij, & abole-

P R A E F A T I O

uisse omninem ueram pietatem, adeoq; euertisse omnem si-  
dei prædicationem? Tanta est, scilicet, Hosij pietas,  
ut non sit dubium, quin in Ezechiam, quod in nos de tra-  
ditione crucis sua, exclamasset. Sed accedamus ad pro-  
piora. Asinus ita figuratus est, ut gestet in tergo signum  
crucis, quod tanto uenerabilius habendū esse uidet, quan-  
to magis alia crucis signa excellit. Hæc enim archite-  
ctantur ab hominum manibus aut digitis, illud autem  
creas dígito Dei: hæc sunt incisa in res inanimas, in lignū  
uidelicet, aut in lapidem, illud autē gestatur à re animata,  
adeoq; ab animali molitoribus utilissimo; hæc tribus digi-  
tis à uertice usq; ad umbilicū, & à lœua ad dextram ducta  
aut aeris impressa mox euanescunt, illud autē tantisper tergo  
asinī firmū fixumq; inheret, dum asino cutis detrahatur,  
& nulli euellanuntur. Adde, quod & illud sit productus,  
quām ea, quæ tribus digitis à uertice hominis, usq;  
crucis, quod asinus in tergo suo gestat. Quid, lector, rides,  
nunc esse tempus ridendi. Scio quidem, me, cū ad explicā-  
dam stulticiam & insaniam Sotī recitarem aliquot nec  
inuicendas, ut opinor, nec omnino ἀπαιδεύτου fabellas,  
à Soto & Hosio, audire Scurram: cūm autem ipsi ex fabu-  
lis faciunt sacram scripturam, & uicissim, è sacra scriptu-  
ra, fabulas, ac proponunt nobis sectandam fidem Carbo-  
nariam, & Sciaticā, ibi tum exempla sunt sanctissime, ac  
planè cœlestis seueritatis. Sed reuertamur ad signum cru-  
cis in asino. Audiuiimus, n. excellentiam eius, præ alijs sig-  
nis. Audiāmus nunc, quæ, doctore Hosio, ex eo se-  
quuntur. Cūm enim asinus gestet signum crucis in  
tergo,

## IOANN. BRENTII.

tergo, quid aliud sentiamus, q̄ quòd asinus, iuxta Hosum,  
 gestet in tergo suo Summā totius Euangelij, & hoc  
 uno signo cōpræhendat, & explicet ueram pietatem OM  
 NEM, ut uel solus aspectus asini ac signi crucis eius suffi-  
 ciat rudibus & agrestibus hominibus ad salutem? Et quia  
 in hoc quicquid est Euāgelicæ disciplinæ, quicquid est ue-  
 re pietatis cōtinet, reliquum est, ut quicunq; cōtempserit  
 alium, aut tergū asini, cui inhæret signū crucis, fuste ma-  
 le mulctauerit, cōdemnet uniuersum Euāgelion, & euer-  
 tat radicitus omnē fidei prædicationē. Nec cēseamus dein  
 cōps necessariam esse pueris & agricolis doctrinam cate-  
 chismi, aut utilem esse sumptum, qui impenditur alendis  
 Pastorib. & ministris Ecclesiae, constituantur tantum asin-  
 narij, qui ducant asinos ob oculos puerorum, & agricola-  
 rum, & ostendant eis signum crucis, ut ex eo discant  
 omnē Euāgelicam doctrinam ac pietatem. Itaq;  
 Hosius, in docenda religione, sicut antea remisit nos  
 ad fidem Carbonariā, ita mittit nos nunc ad fidem asina-  
 riā. Ap nō otib⁹ Christi insigniter cōsulit, quibus tales  
 Pastores aut Episcopi præficiuntur. Sed ignosce, queso, opti-  
 me lector, quòd has ineptias tibi legendas obtrudā. Si qd  
 hac in re à me in legē ciuitatis peccat, imputandū est Ho-  
 sius, quòd tam piecta sit impudentia, ut audeat in mediū p-  
 dire, & in expectatione docēd̄ uerē religionis nos ad Car-  
 bonariū, et ad materculas et aniculas cruciū doctrices able-  
 gare. In Prelegomenis, cū recitas ē illud Pauli, Postq; cog-  
 nouisti Deū, qn potius cogniti estis à Deo, quomodo co-  
 uertimini denuo ad infirma & egena elemēta, quib. iterq;  
 ab integro seruire uultis? addidi de signo crucis, Qui (inq-  
 ens) auditores suos hortat, ne seruant infirmis & egenis

P R A E F A T I O

Clementis, putás ne eum tradidisse, ut crucibus manu efficietis, sese in uicem signarent? Hinc Hosius occasionem narrat, exclamat. Et audes, (inquit) dicere Brenti, quod sum manifestum hanc Euāgeliū Paulus infirmum elementum vocauerit? An nō uides, optime lector, manifestum sycophantam? Ego loquor de externo signo crucis, ille autē, quod designo dixi, transfert Sycophantice, & scelerate, ad summam Euāgeliū, hoc est, ad rem, ut ipse sentit, signatam. Sed absit longissimē, ut summa eius doctrinæ, qua nobis beneficia Christi per crucem & mortem parta, exponuntur, & quæ est potentia Dei ad salutem omni credenti, uocetur egenum & infirmum elementum. Et tamen nō patiar Hosium errare. Existimat enim me suram crucis consignationem uocasse elementum, Longe autē abest, ut dignatus sim eam nomine elementi, Paulus enim uocat, legem ipsam diuinitus traditam, elementum, Tua autem Hos, crucis consignatio, cum non sit diuinitus tradita, non est elementum, sed Figmentum. Si ergo nō est seruendum elemento diuinitus instituto, quomodo servandum esset figmento humanitus extogitato? Inunc Hos, calumniare audacter, uociferare fortiter; Quid magis, exclamans, blasphemum? Audi, quæsō, horrenda, Brentius uocat passionem, crucem, & mortem Christi figmentum. Sed heus tu Sycophanta, Non iam loquor de passione ipsa & morte Christi, & de beneficijs quæ nobis Christus filius Dei in cruce moriens impetravit, sed loquor de tua, DE TVA, inquam, quam ab materculis & anieulis discendam doces, crucis consignacione. Hac tridigitalis cōsignatio ne elementi quidem (qua quidem significacione Paulus hoc uocabulo utitur) nomine digna est,

IOANN BRENTIL.

Ha est, propterea quod nō sit diuinatus sicut lex ipsa (quem  
admodū dixi) instituta, sed ab hypocritis cōficta, & in Ido-  
lum usurpata. Nam praeter ea, quę paulò ante ex Pontifi-  
cali, de adoratione signi crucis commemoratumus, ad  
scribunt etiam se huic sententię Sotus & Hosius. Sotus di-  
cit: Crux siue digitis formata in aere, siue quacunque  
aliam materia expressa, adorāda, ut Damascenus inquit, est.  
Addit quidē Sotus. Nō ob materiā, sed ob Christū. Quis  
autiussit e ob Christum, designare idolomania? Et quis  
Ethnicus non posset simili modo suum idolum defendere,  
se uidelicet, adorare statuam Iouis, non propter materiā,  
lignum uidelicet, aut lapidem, sed propter Deum Opti-  
mum Maximum, quem Ζευς, hoc est, datorem uitæ uo-  
cet. Sed cum Asoto conuenit & Hosius: Adoramus, in/  
quiens, crucis signum, quo dæmonum agmina fugan.  
tur, & uerij curantur morbi. Habes par insignium Ma-  
gorum & Idolatrarum. Sed nec illud prætereundum est,  
quod ansculę Hosij docent cōsignationem crucis facere,  
non duobus, non quatuor, sed TRIBVS digitis; ad  
significandum (inquiens) trinitatis mysterium. Quin po-  
tius fiat crux quinqꝫ digitis, ad significandum mysterium quin  
quę præcipi puorum vulnerum, que Christus in cruce per-  
tulit. Si autem liber mysterium trinitatis adumbrare, cur  
non sumitur in manum fureula sumaria, quæ cum con-  
sist uno manubrio, & tridente, multo rectius ad-  
umbrat unitatem diuinitatis & trinitatem personarum,  
quam ductus trium digitorum? O nefarios, & execra-  
dos homines, qui tanta sunt mentis prophaniate, ut sum-  
ma diuinare rei mysteria exagitatis subinde nouis sig-  
nis, sacris & cultibus, ad uilissima quę detrahere nō ue-

In Defensio  
ne 190.

Folio 181.

## P R A E F A T I O

reantur. Itaque si Propheta exclamare libet: Cui simile se  
 estis Deū, aut quam imaginē ponetis eis? Nam si hæc stat,  
 hypocritaꝝ sententia, quid, queso, est, quod nō possit in  
 diuinum cultū, in omnem Euangelicā disciplinā, in omni  
 pietatē, institui & adorari? Præferamus ergo coetui Ec-  
 clesiæ Agnū, siue pictū sine sculptū, aut potius uiuū, ut col-  
 latur & adores, quia de Christo dictū est, Ecce agnus Dei,  
 qui tollit peccatū mundi. Præferamus uitē, ut colat & ado-  
 retur, quia Christus ipse dixit, Ego sum uitis uera. Institua  
 tur facula ardens, & cōferant se ad eam omnes familię po-  
 pulorū, ac procidant coram ea adorabundi, quia Christus  
 dixit, Ego sum lux mundi. Colloctetur pastor quispiam ouia-  
 um, una cū suo pedo in altari, & congregentur ante eum  
 omnes Reges & Príncipes, iuuenes cū senioribus, ac fle-  
 xis corā eo genubus dicant, Miserere nostri DOMINE,  
 Miserere nostri, quia pauperes facti sumus nō mis. Dixit et  
 nūm Christus, Ego sum Pastor bonus. Quod si quis hec  
 contempserit & reicerit, nihil aliud fecisse dicatur, quam  
 uniuersum Euangelium condemnasse, fideiqꝝ prædicati  
 onē omnē radicitus euertisse. Scilicet Spiritus sanctus ab  
 legauit Ecclesiam filij Dei, ad ineptias anicularum, ad fig-  
 menta hypocritaꝝ, & cum Christus iussit Apostolos præ-  
 dicare Euangelion suum omni creaturæ in uniuerso mu-  
 do, iussit eos docere populuꝝ, consignationes crucis à frōte  
 usqꝝ ad umbilicum, & à lœua usqꝝ ad dextram, ut uel hoc  
 solum illis ad salutem sufficiat, & habeant iam secundū  
 omnē Euangelicam disciplinā, omnemqꝝ ueram pietatē,  
 ac interea licet successoribus Apostolorū ociosis stertere,  
 & cutem suam curare. Quid, n. multū operæ & studiū col-  
 locarent in docenda & explicanda sacra scriptura, cū pos-  
 sit

## IOANN. BRENTIE

Sunt ministerium illud uetus commendare, ut doceant  
pueros suos tridigitales cruces formare, quibus in omni  
Euangelica disciplina & in omni uera pietate ita edo-  
ceantur, & aduersus omnia saeva facula inimicorum  
muniantur, ut quam primū Sathan cum sua cohorte has  
cruces inspererit, proripiatur sese in momento, in ictu oculi  
ad infernum. Quid enim cognitio sacræ scripturæ? Scri-  
ptura ambigua est, dubia est, muta est, litera mortua  
est: Consignatio autem crucis hæc demum est certa, fir-  
ma, sonora, adeoque Spiritus ipse uiuificans. Vides, optime  
lector, quid Sathan per Asotū & Hosium, organa sua que-  
rat, uidelicet, ut quemadmodū hactenus multis annis sub-  
Papistico regno cōtempta facuit sacra scriptura, & omnis  
fere pietas collocata fuit in externis ceremonijs, in sacrificiis  
& cultibus humano arbitrio excogitatis & institutis,  
ita deinceps scripta Prophetica & Apostolica fastidian-  
tur, & homines in ueteri sua superstitione & impieta-  
te detineantur. Hactenus de sacra scriptura, & de Car-  
bonaria, ac Imaginaria seu Vmbratrica fide Hosij. Reli-  
qua adhuc sunt duo capita, meoque Prolego, De  
Traditionibus, & de Ecclesia. Volui & de his quedam  
in præsentia dicere. Sed præfatio longior hactenus est, q̄  
in initio constitueram. Et una est in his, adeoque sibi tam si-  
milis, quam ouum euo, Soti & Hosij cæcitas ac uertigo.  
Quare, cū multa in mea Postrema Pericopa explicuerim,  
& Sotus alios habeat, qui impietatem eius refutent, Hosij  
autem calumniae & mendacia, partim à Reuerend. Do-  
mino Petro Paulo Vergerio, in suis aduersus Hosij dia-  
logis, partim in hoc doctoris Iacobi Andreæ scripto erudi-  
tè euoluant, nō uidet opere preciū, diutius hic cōmorari.


## P R A B F A T I O


Multa Hosius in memaledicta, multa conuicia congerit,  
 magna, ad oppugnandam ueritatē, calumnias & mendaciōes  
 plaustra cōuehit. Mentiſ me mutare formam uerbo  
 rum baptisni. Mentitur me fauere Arianiſ. Et quid plu  
 ra? Tanta eſt in hoc Episcopo mētiendi et calumniādi libi  
 do, ut etiam ipsum Episcopi nomē ex ea re odiosum fieri  
 posset. Nec mirandū eſſet, ſi quemadmodū olim nomen  
 Tyrāni honestū fuīt, & ſignificauit Regē a uerō regē; ſed  
 quia hoc genus Regum crudeliter dominabant̄, factū eſt,  
 ut nunc Tyrannū dicamus eum, qui crudeliter in ſubdi  
 tot ſuos, contra leges, ſequit, ita nomen Episcopi, quod hac te  
 nus fuīt uenerabile, fieret ex morib⁹ Hosi⁹ tam abomi  
 nabile, ut ſi ardelionē, & mendacem calumniantorē, ac ſy  
 copharīa ſignificare uelles, Episcopū diceres. Nec Hosi⁹  
 Episcopus in nomē tantū ſuūm, uerum etiā in omnes alii  
 os homines cōtumeliosus eſt. Cūn. tam crassa mendacia,  
 & tam apertas calumnias in lucē edat exiſtitat homines  
 tam hebetes, tam ſtupidos, tam bardos eſſe, qui ſtrophas  
 & impoſtuſas eius nō intelligant. Neq; potest illa maior  
 poena impijs Papistis in hiſ terris cōtingere, q; ut tot ac  
 tantis ſycophantij, quas Afotus & Hosi⁹ ſcriptis ſuis  
 ſpargiūt, delecten̄, & applaudant. Tu uero, mi collega, do  
 ctor Iacob⁹, in propugnanda doctrina uerē pia, nunq; cō  
 quietcas, neq; defatigeris. Fateor, non nihil laboris in hiſ  
 ſordibus expurgādiſ in ſumendū eſt, nō nihil tēdij deuorā  
 diſ, ſed qd facias, nō in hoc poſitus eſt, ut domi ſtertas, ſed  
 uimilitie pro domo Iſrael pugnes. Et dabit filius Dei hiſ  
 non finē tantū, uerum etiam ſempiternam cōpenſationē.  
 Nec cauſe, quā habemus aduersus hostes pię doctrinę tan  
 ta eſt, hiſ temporib⁹, difficultas, ut defatigati hastā abijet  
 amus. Miserrimi & deploratiſſimi homines, non habent  
 amplius

IOANN. BRENTII

amplius à parte sua sacram scripturam. Hanc enim uocant ambiguam, dubiam mutam, literam mortuam, Hoc certe nullam est habere scripturam. Non habent scripta Maiorum. Hæc enim, nisi suæ tyrannidi & impietati feruant, abiiciunt. Non sunt honestate uitæ, sed potius turpitudine illustres. Non habent Deum propicium. Fiat uobis, inquit filius Dei, secundum fidem uestram. Illi uero non audent credere, Deum ipsis certò esse proprium, & se certò habere peccatorum remissionem. Illud quod igitur non credunt, non etiam assequuntur. Illud tantum reliquum est eis, quod gloriantur de sua successione, de suis traditionibus. Et instructi sunt calumnijs & mendacijs. Habent & alia quædam arma, non illa sancti Spiritus, sed huius mundi, quibus ueram doctrinam & Ecclesiam ita persequuntur, ut manifestè prodant, se eius patris filios esse, qui est mendax & homicida. Nos autem habemus Christum filium Dei, qui cum uicerit hunc mundum, & sedeat ad dexteram omnipotentis Dei patris sui, non committet, ut frustra sanguinem suum pro nobis fuderit, & nos in extremitate periculis deserat. Bene ac fôliciter uale.









PARVON LISMATE SVBSEVGA

VO consilio nomine Illustrissimi Princ  
cipis ac Domini, Domini Christophori  
Ducis Virtenbergensis, & Teckensis,  
Domini mei clementissimi, per Theolo  
gos eius Provincie Confessio ueræ, Christianæ, Ca  
tholiceq; doctrinæ adornata fuerit Tridentinæ Sy  
nodo offerenda, Brentius in Prolegomenis suis ad  
uersus Petrum Asoto docuit. Nec somniare potuit  
fure quenquam, qui simplicis ueritatis narrationē  
quæ in Confessione sine ullius hominis contumie  
lia recitata est, refutandam susciperet: siquidem ali  
am doctrinam non sonabat, q; quæ in Confessione  
Augustana ccmprehensa fuit. Verūm nescio qui  
bus autoribus & hortatoribus excitatus Fratercu  
lus, qui se se Petrum à Soro appellat, publico scri  
pto eam oppugnare conatus est. Huic ex officio  
respondendum duxit Brentius, non quod certò  
sperauerit, se homini ueritatem persuadere posse,  
cuius ueram & simplicem recitationem non solum  
aspernatus est, sed quibus potuit sophismatis obru  
ere & conuictis insectari studuit. Verūm quoniam  
spes erat fore, ut nostri in Synodo andarentur, quo  
rum fidei Confessio nudè proposita erat, Toti orbi  
apologia aduersus Dominicanum edita spectatum  
facere uoluit, q; nullo affectu aut errore, sed æternæ  
ueritatis amore eam amplexi sint.

Quia uero in Dominicanī scripto multa confuse

A

ADVERSUS STANISL. HOSIVM

proponebantur, & passim odiosè eadem sapere posse  
tebantur, ne lector tedium aliquo afficeretur, sed bre-  
uem & perspicuam responsonem ad ea haberet,  
quæ à Petro à Soto odiose inculcatæ sunt; ratus est  
fore cōsultissimum, si priusquam apoligiam omni-  
um partium doctrinæ Christianæ adornaret, præci-  
pua capita doctrinæ perstringeret brevissimis, quib-  
us ad institutum suum peruersè abutitur Aslotus;  
cum alia effugia non habet, quibus errorem tegat.  
Horum explicationi titulum fecit "Prolegomena", ut hoc  
modo præsatus intelligat lector, quid in Apologia  
expectandum sit amplius. Hæc ipsa Prolegomena,  
cum utilissimam doctrinam continerent & compē-  
tariam ad refutādā Papistarum extrema (quando-  
ueritate Apostolice & Prophetice doctrinæ premū-  
tur) effugia, Re. uit Petrus Paulus Vergerius, Epis-  
copus Iustinopolitanus, olim Ro. Pont. nunc Iesu-  
Christi legatus, in lingam Italica transferenda  
duxit, eaq[ue] nuper cum in Borussia esset, sese coram  
Serenissimo Poloniæ rege defensurū recepit. Hot-  
quantum Stanislao Hosio, si nomen respexeris Epis-  
copo, si rem, pseudoepiscopo Vuarmiensi doluerit,  
ingēti uolumine Serenissimo Poloniæ Regi in scri-  
ptu sese Regi exosum reddidisse persuasum habuit.  
Eidem sese facilimè persuasorum cōfidit, ne doctrin-  
æ, quam Brentius cum collegis, adeoq[ue] uniuersio  
Christia-

Christiano orbe proficitur, cognitionem suscipiat,  
 sed maiorum suorum exempla imitatus, de doctrina reli-  
 gionis Sacrificulis, Monachis & Episcopis iudicium  
 permitat, eorum uocem solum audiat, ex horum nutu  
 pendeat, parum aut nihil sollicitus quid doceant,  
 modo à Romani Pontificis decretis non dissentiant,  
 cuius iudicio omnia omnium totius orbis Christia-  
 ni scripta subiecta sint. Hoc, inquam, consilium, hoc  
 propositum fuit Hosio: Si Regem Polonie in obe-  
 dientia Romanæ Sedis retineat, uoti sui se compo-  
 tem factum sperauit: Legant deinceps qui uolent  
 ex infima populi sece, perseverent uel deficiant, mi-  
 nus periculi esse duxit, quam si tanta Ro. Ecclesiæ co-  
 lumna euertatur, & Ecclesiæ Christi inserta esse do-  
 ceatur, quæ contra Romanam, hoc est, eam, quæ Ro.  
 Pontificem agnoscit, uerbo Domini pugnat. Et quod  
 sollicitus sit in hac parte, haud dissimulat. Quaecunq;  
 enim metus causa sit, se se metuere docet, ne Pontifi-  
 cij erroribus abdicatis se se ueritati Euangelicæ do-  
 cting subiectiat. Quapropter nullis laboribus parce-  
 re uoluit senex, quin cōtra breuem ueritatis libellū  
 Brentij, ingens uolumen mendaciorum conscripse-  
 rit, ut si non alia ratione, saltē multitudine uanissi-  
 morum uerborum obrueret inuolueret & obseura-  
 re ueritatis simplicem orationem.

Hoc opus Coloniæ apud Maternum Cholinum  
 superiore anno impressum, paſſim in Germania cir-

ADVERSUS STANISL. HOSIVM

sumferebatur. Et naclum est nō solum suos adplau-  
sores, sed patronos quoq; ut sibi uidetur, egregios:  
tales tamen, qui suum nomē in laudibus huius Epis-  
copi cōmemorandis profiteri uix audent. Ex eorū  
numero est, qui operi huic premonitionem ad lectio-  
rem premisit. Qui cum exemplo Caiaphē ueritatem se  
se opponeret in hoc opere commendando, eiusdem  
exemplo etiam uaticinatus est, dum scribit: Huius  
(Hosij) libri lectione simul & causam Dei maiorem  
in modum illustrari, & hereticorum huius æta-  
tis falsitatem luce clarius argui. Hactenus enim cū  
Pontificia Religio patronos & defensores habebat  
Eccios, Cochleos, Roffenses, & similes, ueritas & ne-  
gocium Ecclesie Christi maiorem in modum obscu-  
rata fuit, qui prestigij sophismatum aliqua arte lu-  
serunt. Nunc uero horum discipuli, quales sunt Ho-  
sius, Asotus, Staphylus, &c. causam nostrā, q[ua]gue  
rē Ecclesiae est, illustrating, ut radij etiam per illorum  
scripta ipsis inuitis penetrent. Sophismata enim sua-  
dum arte pingere conantur, adeo crassis mendacij  
infartiunt, ut ab his etiam toto pectore abhorreat,  
qui bus hactenus perfusum fuit ab illis ueritatem  
doceri ac propugnari.

Id pricipue in opere Hosiano uidere licet. Vt cū  
que enim encomiastes eius glorietur, nihil in eo re-  
periri, quod nō purum, pium, sanum sit et salutare:  
quanta tamen huius laudis uanitas sit, lectio operis  
doceſ

DOMINI IACOBVS A NDREAEMA

docebit, modo purus sit & pious lector, qui sibi tantū  
operæ sumere uoler. Vbi simul etiam cognoscet,  
quam non decenter, graviterie, aut ingeniosè, sed  
impudenter, blasphemè & arroganter pleracq ab  
eo proponantur. Rerum usus quantus in homine  
sit, quem legationibus magnificis sibi comparauit,  
ad institutum nihil facit. Imperitia certè in uerè pie-  
tatis doctrina cognoscenda docet, eum prophanis-  
magis, quod sacris rebus addicium esse. Ac uerè in eū  
cōpetit quod hic Caiaphas de suis differens nostris  
imputat: quanta est, inquit, stulticia, ne dicam insa-  
nia nostra, qui nihil ferè pensin nunc habemus, quid  
Apostoli Apostolicq uiri, quod veteris Ecclesie pro-  
ceres & prelari doctores nostri docuerint, tradide-  
rint, obseruauerint. Hoc unum in ipsis potissimum  
reprehēdimus & accusamus, quod Apostolorum do-  
ctrinam nō attendant, et uirorum Apostolicorum,  
qua instituti, imposturas animaduertunt, nomine  
apostolicarum traditionum in Ecclesiam inuectas.  
Doctores uero ut fateamur esse nouos, qui in no-  
stris docent Ecclesiis, Doctrinam tamen minimè no-  
tiam, sed longè vetustissimam & antiquissimā, pro-  
phetiam scilicet & apostolicam afferri comproba-  
rum est, & luce meridiana clarius demonstratum.  
Eiusmodi, cum in Hofi laudibus recensendis  
pro ipso contra nos in hoc opere prefatus esset au-  
tor insertus, sperauit animum lectoris preparatum,

quo minus de libro iudicium sibi sumat, sed prouinus ipsi credendum puer, quicquid in eo proponatur. Verum longe aliter sentiunt, qui Apostoli uocē audiunt: Omnia probate, & quod bonum est tene te. Et iterum: Probate spiritus, num ex Deo sint. Iudicio uero candido & syncero, non praetudicio peruerso & corrupto à Christianis legenda sunt aliorū scripta, in his q̄ ad æternam animæ salutem spectant. Vt cunq; enim rudis sit homo Christianus, quando tamen à scopo ueritatis aberretur, facile iudicare potest; sed qui doctiores sunt, ut non solum ea quæ ad salutem necessaria sunt cognoscunt, sed prophetiæ quoq; donū acceperūt, quod in interpretatiōe scrip turæ sacrae cōsistit. Hi non solum q̄ erratum sit intelligunt, sed causas errorum, ubi & cur erratum sit, explicare possunt.

Nihil igitur periculi cum sit ab Hosii scripto metuendum, quod attinet ad illos, qui uera fide caput doctrinæ Christianæ de salute in Christo parata imbiberūt. Docti uero, ne lectione quidem hoc genus scriptorum dignantur, eorum refutatio propemodum superuacanea & inutilis uidetur. Quia uero fatis non est ueram doctrinam asserere, sed officium ueri pastoris Ecclesiæ postulat, ut contradicentes ueritati, errorum & impietatis suæ cōuincantur, Deo non ingratum officium prestare existimandum est, qui pro uindicāda gloria Dei, & ueritate uerbie eius contra

M. 7. 2. D. IACOBVS ANDREAE.

contra hostes subinde exortētes afferenda laborat,  
ne orationis lenocinio, quo solo confidit, imperitis  
imponat.

Cum igitur Hosius in hoc suo scripto omnium  
nōstrorum hōstium, quos hisce quadraginta annis  
pertulimus, impietatem longē superare uideatur, ut  
quas possit blasphemias in doctrinam sanam euo-  
mēre, sibi laudi ducat, nullo non Sophismatis gene-  
re ueritatem inuoluat Scriptarē Sacrāe, scriptu-  
ramq; Ecclesiasticorū malignè deprauet, ac omnis  
generis mendacia & calumnias aduersus doctrinā  
ueritatis assertores cumulet, piorum uota uel ali-  
quod saltem responsū iampridem efflagitasse, nī  
bil dubito.

Qua ratione uero id oneris mihi impositum sit,  
in dedicatoria epistola satis dictum est, ut non opus  
sit hoc loco prolixē meam tenuitatē excusare. Hoc  
unum saltem & Hosiā & mei scripti lectorē roga-  
rum uelini, ut affectibus sepositis, iudicium afferat;  
& animum non nisi ueritati addictum: Sic futurum  
spero, ut ueritate uincente, etiam hęc breuis refuta-  
tio oblineat, totusq; orbis intelligat, Brentij Prole-  
gomena à multis oppugnata quidem, sed expugna-  
ta nunc esse, quibus æterna & indubitate Dei ue-  
ritas explicata est.

Quia uero quibusdam in locis lectori paulò ob/  
scuro uidebitur mea explicatio, quam rationem le-

ADVERVS. STANISL. HOSIVM  
cutus sim, paucis monendus erit.

Brentj Prolegomena cum essent breuissima, p/  
lixo tamen scripto refutare uoluit Hosius, nō aliam  
opinor ob causam, quām ut uerborum redundantia & fusa oratione lectorem ab instituto abducat, q/  
minus, de qua re litigetur, intelligat. Si uero nos ei/  
dem Hosio breuiter ad precipua saltem capita re/  
spondeamus, calumnī obnoxium erit scriptum, cu/  
ius lectione uideri poterat uolumen Hosiani scripti  
non euoluisse, sed quæ uisa fuerint nostræ causæ in/  
seruire, studio calumniandi magis quam ueritatis  
eruendę excerpssisse. Si uero eadem & pari prolixita/  
te respondeat, uix tedium sustinere poterit lector.  
Medium igitur, & ut ego opinor, commodiissimam  
rationem lecutus esse uideor, si non quedam excep/  
perem, reliquis præteritis, quæ fortasse maioris mo/  
menti uidebantur, sed totum scriptum diligenter  
expenderem, & ad singula suo ordine responderem.  
Ac ne cui in hac refutatione Hosij prolixitas ingra/  
ta esset, q/ ab ipso copiose multisq/ uerbis saeppe aut  
pleruncq/ superuacuis ait non necessarijs proposita  
sunt, in pauca capita redigi, & quantum fieri potuit  
ipsius Hosij uerbis usus, eaq/ deinde qua potui bre/  
uicarū refutauit, magis Dialecticorum more, q/ Rhe/  
torum consuetudine. Sic enim lector uidebit, quam  
nihil suco tegere conatus sim, sed Dialectica breui/  
tate & perspicuitate singula docere uoluerim. ma/  
gis,

gis, quam uerborum lenocinio lectoris animum ad eius amorem impellere. Quam fidem in ea parte prestiterim, penes pium & candidum lectorem sit iudicium. Ita certe a me scripta sunt omnia, ut ab ihesu intelligi facilius & rectius iudicari poterunt, qui prius in Hosij scripto quam diligentissime uersati sunt. Nam & hoc consilio multis in locis breuior fui, ut lectori ad Hosij scriptum recurrendum sit, quo docebitur, quam alienus fuerit meus animus a Sophistica & recte dictorum depravatione.

Quod autem contra hunc Hosium senem iuuenis ego paulo uehemetior fuisse quibusdam fortassis videbor, hos propter Christum saluatorem rego, ut prius hoc meum qualecunq; scriptum cum Hosij impietate & delirio conferant, ac demum de me audacter pronuncient, carnalis ne fuerit affectus, an uerè pietatis zelus. Ecclesiæ enim ueræ ac piorū iudicio hæc & alia mea subiecio.

Sed nunc accedamus ad confutationem blasphemiarum, Mendaciorum, calumniarū, Sophismatum, & depravationum scripture sacræ dictorumq; S. Patrum, que sub splendido titulo Solidæ ppugnationis ueræ, Christianæ Catholicæq; doctrinæ veditat Hosius, ut uideat Christianus lector, si hæc, quæ Hosius propugnat, uera, Christiana & Catholicæ est doctrina, quam infelix sit, tmo longè miserrima cōditio eorum qui nomen Christi profitentur.

Principem locum in hoc magno uolumine occu-  
pat blasphemia horrenda, qua statim ab inicio, &  
passim in omnibus eius libris, doctrinā Euangeliū,  
quam Dominus ministerio Reuerendissimi viri D.  
Martini Lutheri piæ memoriae resuscitauit, appellat  
SATANISMVM, qui nunc regnet in multis  
Germaniæ partibus.

Quæ blasphemia ut magis cōspicua sit omnibus,  
paucis capita præcipua doctrinę recensebimus, quā  
in Ecclesijs nostris p̄itemur, De quibus inter nos  
& Pontificios controuertitur.

Docemus in hominibus concupiscentiam, in  
qua nati sunt, uerè esse peccatum, hoc est, rem cum  
lege Dei pugnantem.

Roma. 7.

Ioan. 8.

Psalm. 142.

Roma. 7.

Mat. 22.

Ephe. 2.

Roma. 3.

Gala. 3.

Docemus hominem per peccatum, factum seruum  
peccati, & liberiatem voluntatis ad recte agendum  
amisisse.

Docemus hominem suis operibus legi Dei non  
satisfacere posse, cum lex sit spiritualis, & perfectam  
obediētiā requirat, quam homo præstare nequit.  
Et quamuis inchoetur in tenet s noua obedientia,  
tamen ea quoq; imperfēcta est, Roma. 7.

Docemus hominem iustificari, hoc est, Deo gra-  
tum & acceptum fieri mera Dei gratia, propter me-  
ritum Passionis & obediētiā Christi solius per su-  
dem solam applicatæ, absq; operibus legis. Gal. 2.

Roman. 3. 4.

Docemus

Docemus iustificatos etiam per inhabitantem spirituum sanctificari, qui reliquias peccatorum in nobis incipit expurgare, & nouum hominem instaurat, qui ad imaginem Dei creatus est in uera iusticia & sanctitate.

Rom. 13.  
Ephe. 3.  
Ex hac sanctificatione Bona opera, que in iustificationis prouenient, docemus hominem gratiam & favorem Dei mereri non posse, quae etiam praestare non possumus, priusq; propter meritum Christi per fidem iustificati in gratia Dei sumus, Sed esse in diuidos fidei comites, quibus nostram erga Deum pro redemptionis beneficio gratitudinem declaramus.

Docemus in Euangelio offerri promissiones de gratuита Dei misericordia, remittentis peccata gratis propter Christum, que fide accipiuntur.

Docemus in Baptismo tolli reatum peccatorum, quod propter sanguinem Christi, quo baptisati, locuti sunt, peccata nobis non imputantur: concupiscentiam aut etiam in renatis manere, cui dum resistunt renati, non damnare potest eos, in quorum carne heret.

Rom. 14.  
Docemus in Coena Domini cum pane & uino distribui & exhiberi sumentibus uerum corpus & uerum sanguinem Christi, idq; non solum sacerdotibus, sed omnibus quocum laicis, quibus exhibenda sunt secundum institutionem Christi, a quibus non una solum, sed ambae partes sacramenti lumendae sunt.

Cum institutione Christi docemus inclusionē, circumgestationem & adorationem sacrati panis pugnare. Nam cum institutioni Christi satisfit, qui iubet edere & bibere, hos peruerlos abusus cadere necesse est,

Extra hæc duo sacramenta non agnoscimus alia. Sed ceremonijs suum locū tribuimus et doctrinæ, quæ sit uni aut pluribus: uerum sacramenti nomine propriè loquendo uenire non posse affirmamus.

Sacrificium pro uiuis & defunctis dicimus esse unū in cruce peractū, mortē scilicet Christi, cuius uirtus durat hodie, heri, & in seculum, quam homo sibi non nisi uiuus per fidem applicare potest.

Cum hoc sacrificio pugnare dicimus oblationē pro uiuis & defunctis, quæ sit in sacrificio Missæ, nulla enim sit neq; uiuis neq; defunctis hoc ludicro spectaculo sed lumentibus solum applicatio.

Docemus nullum esse purgatorijs ignem, de quo Scolastici nugati sunt quod sit locus peccarum, in quo pro peccatis Deo satisfiat: pugnat enim cū fundamento doctrinæ uera, quæ est de gratuita remissione peccatorum, & merito Christi detrahit, qui pro peccatis nostris perfectè satisfecit.

Libertate Christiana dicimus omnes pios exter-  
nis rebus uti posse, ut nō amplius alligati sint uel lo-  
cis uel temporibus: nullum faciunt ciborum discri-  
men, omnia ramen ad ædificationem proximi, maxi-  
me

mē infirmorum faciunt.

Leiunium non ciborum delectu, sed abstinentia definimus, quod tamen remissionem peccatorum non mereatur.

Inuocationem sanctorum cum uerbo Domini pugnare docemus.

Cōcilia & omniū hominū scripta scripture sacre subiecta esse, & ex scripture iudicāda docemus, etc.

Hæc sunt præcipua doctrinæ nostræ capita, in quibus ab aduersarijs nostris autoritate scripturæ sacræ permoti dissentimus, & propter quæ ab illis discessiōnem fecimus. Ea Hosius passim Sathanis nūm appellat, hoc est, tales doctrinam, quæ non spiritu sancto, sed Sathanā & diabolo authore in Ecclesiā Dei inuecta sit. Blasphemia maior quam à quoq; exponi queat. Eadem prorsus cum illa, qua Pharisæi Christo dicebant: Nonne bene dicimus, Samaritanus es, & dæmonium habes? Dæmonium inquam habes, quod quid aliud est, quam Sathanicam, dæmoniacam ac diabolicam doctrinam introducere.

Imitandum igitur nobis erit exemplū Christi, ut cogitemus, cū tam atroces & horribiles blasphemias audimus, nihil noui accidisse nobis. Deinde eius exemplo eas refutemus, sicut ipse fecit: Dæmonium, inquit, nō habeo, sed honoro meum patrem. Ita nos quoq; ex scriptis propheticis & apostolicis

demonstremus nostram doctrinam ex Deo esse, & uerbo Domini per omnia consentientem, & aduersariorum refutemus argumenta, uindictam tribuentes Deo, qui gloriam suam cōtra tam horrēdas blasphemias suo tempore horrēdo iudicio uindicabit.

Secundum caput doctrinæ Hosij Mēdaciūm est: cuius exemplum statim ab initio occurrit, dum impudenter affirmat, quemq; sibi apud nos de doctrina religionis ita iudicium arrogare, ut suo arbitratu scripturas interpretetur. Diuersum enim docemus, uidelicet non omnium esse, interpretari scripturas, easq; nō cuiusc; arbitratu, sed quemadmodum Augustinus de doctrina Christiana docet, scripturas per scripturas interpretandas esse. Cum scriptura sibi ipsi consentiat, nec ulla in ea sit contradic̄tio.

Eiusdem generis est, quod de nobis impudenter affirmat: Nos persyafum habere, nihil in eis obscurum, nihil difficile esse. Sed contra ex sententia eiusdem Augustini docemus, obscura loca scripturæ per aperiōra explicanda esse.

Ad hoc caput refertur etiam quod sequitur, nos docere: Omnes traditiones patrum reficiēdas esse. Cum de ihs solum contendamus, quæ cum scriptura sacra pugnant, in reliquis, Patrū scilicet, Conciliis, & cōsuetudinis libertatem docemus Christianam, quæ pro diuersitate personarum, locorum, temporis, & aliarum circumstantiarum, mutari uel aboleri possunt.

Lib. 2.  
cap. 23.

possunt sine offensione hominum.

Mendacium est, nos ita docere inuisibilem esse Ecclesiam, ut cuiuslibet cœtui liberum sit, sibi Ecclesie nomen uēdicare. Quid enim Ecclesia sit definitus, uidelicet cœtum hominum qui uerbum Dei purum & incorruptum habet, et uera fides sacramentis iuxta institutionem Chr. sti ut tur, et Euangelio obtemperat. Cui etsi multi sint admixti mali & impuri hypocritæ, tamen propriè ad Ecclesiam non pertinere dicimus, nec rectè sibi Ecclesie aut membrorum eius titulum uendicare. Quia uero uiua membra, in quibus uera fides est, & lux Euangeli per spiritum sanctum accensa est, soli Deo nota sunt, cuius erit inter hædos & oues discernere, ea ratione & ipsam Ecclesiam inuisibilem esse affirmamus, quamvis extra numerum uocatorum non sit querenda, qui est uisibilis cœtus & uisibilis Ecclesia.

Hec cum sint quauor crassa & palpabilia mendacia, non tamen uere Hosius impudenter affirmat, quod sint doctrinæ Brentianæ (quam nos Christianam dicimus) capita. Execrandum sciat Christi anus lector apud nos fore Brentij nomen, si hæc mendacia & has blasphemias traderet, quæ tamen luce meridiana clarius probabimus, homini pariter doctissimo ac p̄fissimo nunq̄ in mentem uenisse.

Sed non sine causa ea statim ab initio uoluminis sui posuit Hosius, ut Brentij nomen hoc modo a-

pud suos redderet exosum, & hoc preiudicio graui  
rethominem, quo minus uerborum eius apud can-  
didum lectorem pondus & authoritas esset. Ve-  
rum prouidentia Dei longè aliud ac prorsus diuer-  
sum & contrarium accidit. Cum enim lector sta-  
tim ab initio animaduertit tam horrendas blasphemias,  
tam putida mendacia & crimina aduersus in-  
nocentem conficta, ita libris suis autoritatem omnē  
ademit, & lectoris animum à se adeo abalienauit  
Hosius, ut sibi meliora de uniuerso libro polliceri  
non queat. Hæc bonitati Dei singulari adscribenda  
gloriæ suæ seruiant, & impietatis sectatores in suis  
consilijs confundantur.

Quia uero propositum habuit Prolegomena  
Brentij in confessione III. Principis Ducis Vuirten-  
bergensis scriptam, quibus potest modis exagitare,  
principio ad ea, quæ ab Hosio afferuntur, ordi-  
ne respondeamus. Ea uero quæ de hæresibus nostri  
temporis ab Hosio in primo libro extra propositū  
commemorantur, in ultimam partem confutatio-  
nis reñciamus, ubi docebimus, longè aliter, quod  
ad ipsas cōtrouersias attinet, rem fese habere, quam  
Hosius uociferatur. Quamuis enim hoc argumentū  
contra transfigam Staphylum quoq; tractatum sit,  
etsi breuius quam fortasse res exigebat, tamē nō pi-  
gebit

gebire ad eā quocq; aduersus Hosij columnias & mendacia breviter repetere, ut eius uanitatem & maliciā in hac commemoratione candidus Lector deprehēdere queat.

Cum autem adeo confusus & uarius sit Hosius in hoc scripto, ut nulla ordinis ratione habita, nihil suo loco tractet, sed quidquid in buccam uenit effusit, & omnes partes doctrinæ Christianæ allatret, Summam Prolegomenorum Brētij ac p̄cipua eorumdem capita, priusquam ad confutationem accedamus, breviter perstringemus, ut lector sciat, quō singula, quae hic confutantur, referenda sint.

Cum uideret Brentius consilium Petri à Soto, in oppugnanda Confessione ueræ doctrinæ, quæ illius Vairtenbergensium Ducis Christophori nomine concilio Tridentino oblatæ est, eò spectare, ut principem uerè pium à cura & studio cognoscendæ doctrinæ Religionis reuocaret, quod alienum esset ab ipsius uocatione, scripturas scrutari, de scriptis & controversijs nostri seculi iudicare, Sed per manendum ei esse in Decretis & traditionibus maiorum, & Ecclesie authoritate, quam Fraterculi, hoc facti cullati monachi prædicant, operæ precium se prius detegeret, quam singulis locis ad sophismata eius responderet.

Quapropter refutationi aduersus eum instituta

**ADVERSVS STANISL HOSIVM**  
hæc quatuor præmisit capita. De officio Principum  
in Ecclesia filij Dei. De authoritate sacræ scripturæ.  
De Traditionibus. De authoritate Ecclesiæ. De qui-  
bus si quis rectè institutus fuerit, facilè ad omnia ea  
respondere poterit, quæ passim in Petri à Soto con-  
fusione afferuntur. Hæc enim præcipua sunt eius ac-  
ma, ut Principibus persuadeat, scripturam esse lité-  
ram mutam & obscurā, ex qua nihil certi statui aut  
doceri possit, nisi Ecclesiæ, hoc est, Pontificum & sa-  
crificiorum accesserit interpretatio, quam omnes  
supra scripturam pro iudice & Spiritus sancti inter-  
pretatione recipere teneantur, de cuius ueritate ne-  
fas sit dubitare. A Principum uero & aliorū piorū  
homínium officio alienissimum esse de ea cognosce-  
re & iudicare iudicium non nisi ad sacrificulos pte-  
tinere, quorum decreta teneantur exequi magistratū,  
etsi de illis iudicare nequeant. Hæc capita in <sup>170</sup> *de rebus ecclesiasticis* refutat Brentius, & illustribus scripturæ te-  
stimonij probat, nō licere modo, sed multum etiā  
interesse Principum, ut de doctrina religionis co-  
gnoscant & iudicent.

Scripturæ sacræ authoritatem esse summā & ini-  
olatam, cui omnia omnium hominum scripta subie-  
cta sint. Per scripturam sacram patrum scripta & co-  
ciliorum decreta & traditiones, & non contraria, scri-  
pturæ sacræ dicta per patrum dicta, conciliorum de-  
creta & traditiones examinanda & explicanda esse.  
Traditiones

Traditiones nullas recipiendas, quæ cum doctrina prophetica & Apostolica pugnēt. Et falso sub nomine Apostolorum per istos impostores Ecclesię Dei obtrudi, que cum ipsorum doctrina ex diametro pugnant. De alijs uero, quæ scripturæ sacræ contrariæ non sint, non esse acriter pugnandum, si de doctrina sit pius consensus constitutus.

Quid sit uera Ecclesia, quibus notis & signis agnoscatur, quomodo uisibilis sit & inuisibilis, quæ eius autoritas, perspicue in Prolegomenis docet & in periodicopis explicat, ne frustra uocabulo Ecclesiae nobis amplius illudant.

Hæc, inquam, capita, qua potuit breuitate & perspicuitate, pertractauit Brentius in suis *προλεγομένοις*, quæ Reuerendissimus Dominus Petrus Paulus Vergerius Serenissimo Polonię Regi Sigismundo dedit, cū in Borussia ageret, eaq̄ corā sese defensurę recepit. Quod usq; adeo ægrē tulit Stanislaus Hosius Varmiensis Episcopus, ut sibi contra ea iustum imò iniustum uolumen scribendū putaret. Idq; fortasse non sine suorum sociorum, ut arbitror, cōfilio. Cum enim Christianorum regum & principum in Prolegomenis Brētij uindicata sit sancta autoritas, qua per sacrificuolę uanas persuasiōnes exuti & spoliati erāt, metuit unā cū suo consortio, ne fortasse Se reniss. Polonię Rex unā cū uniuerso regno suo ad recuperandam pristinam dignitatem inclinaret, ad

AD VERSVS ST ANISL. AD SIVM,  
quam sanctificatione baptismi , qua consecrati sunt  
in Reges & Sacerdotes, reuocantur.

Huius metus haud obscura passim in hoc suo no-  
lumine edidit signa. Quid n. aliud sibi uolūt crebet  
rimē illæ ad Regē Apostrophę. Potes, inquit, uel nu-  
tu saltem, magno noīs tui dedecore, magna subiectę  
tibi Poloniæ gentis infamia, Cathredras contra Ca-  
thedras constitutas euertere, potes altaria contra al-  
taria erecta demoliri : potes nō ita magno negocio;  
Modo te uelle homines intelligāt, &c. Quid sibi fre-  
quentes commonefactiones de Maiorum Regis Po-  
loniæ erga Roman . sedem obseruantia, q̄ qd impia  
cohors sacrificiorū metuit, ne ab ea deficiat, & uer-  
bū Euāgeliū amplectatur, quod blasphemum os au-  
det affirmare Poloniæ Dedecus & infamiam esse.

Sed quam uanus, imō q̄ perniciosus sibi suisq; sit,  
quem huic rei impendit, labor, breui sophismatu &  
præstigiarum eius refutatione docebimus.

Rogatos autem uolo omnes ueræ pietatis aman-  
tes, si quid in hominem enormiter blasphemum &  
mendacem dixero acerbius, non humano tribuant  
affectui, sed rei atrocitatī, quem mitioribus uerbis  
difficulter excipere potest homo Christianus : qui  
uel saltem aliquo pro gloria Dei & uerbi eius asse-  
renda zelo flagret.

Sed ad rem tandem accedamus. Et confutationē  
ordiamur à postrema parte primi libri Holiū, Vbi  
confessionem

JACOBVS ANDREAE  
confessionem nomine III. Vuirtenbergensem Du  
cis à Brentio conscriptam incipit carpere.

Principio quod scribit: Brentium non acquiesce,  
re in eo quod Augustæ conscriptum, Augustanam  
confessionem intelligens, crassum mendacium est.  
Quām enim nihil alienum ab ea confessione docue  
rit Brentius aut innouauerit quidēp, scripta in luce  
edita testantur.

Quod ad confessionem attinet Tridentino Con  
cilii oblatam, si docuerit Hosius ulla in parte cum  
Augustana pugnare, nos vanitatis & inconstantiae  
argui patientur.

Declarat aut̄ Hosius suam in eo temeritatem, qd̄  
de authore Confessionis Augustanæ scribit. Nu  
per enim cū in urbe Vangionum instituta esset de  
doctrina religionis collatio, ex ipso Philippo Melâ  
thonie præceptore meo colendo corām audiui, se  
se in conscribendo doctrinę nostrę corpore sociuti  
laborum & collegam habuisse Brentium.

Vterq; uero ab ambitionis crimine adeo alienus  
est, ut quemadmodū Philippus nemini unq; persua  
sit in sua iurare uerba ſta Brentius grato animo no  
biscum ea dona agnoscit & in ipso uenerat, quæ ad  
Ecclesiæ ædificationem in eum contulit Dominus:  
Magna igitur temeritas est & calumnia in Hōfio,  
dere ignota tam confidenter & tam contumelioſe  
pronunciare.

Quod ad Osiandri confessionem attinet, suo loco audiemus, quid in ea probauerit uel improbaue rit Brentius. Nunc ad eam confessionem, quam à Brentio cum collegis conscriptam esse constat.

Miratur, cum eiusdem preceptoris discipuli sint, Philippus & Brentius, cur duas confessiones conscriperint? Sed paulò antè diximus, probet prius, has duas confessiones secum pugnare.

Earum scribendarum causa nullo modo ambitio erat, sed fecit uerqz sui Principis postulatum.

Cum enim eo tempore Mandato Imperatoris à singulis Principibus exigeretur, ut exponerent Synodo Tridentinę, quid in emendando præsenti statu Ecclesiæ ipsis uideretur, imposuerunt suis Theologis hoc oneris, ut summā p̄ḡ doctrinæ, que in Augustana confessione continentur, repeterent, ut certò constaret synodo, quibus in rebus & quibus de causis à consuetudine Romana Ecclesiæ discederet.

Si uero, ut Hosius arbitratur, diuersitas confessorum arguit dissensionem confessorum, reliquum erit quòd & Synodus Nicena cū Athanasio dissentiant à Symbolo Apostolico, quòd hic & illa sua conscriperint symbola. Vides igitur Lector non uaniatem solum, sed & calumniam Hosij.

Sed quod ab Hosio commemoratur de Confessione Augustana Protestantium, & Zuuinglianorum, Carolo V. Imperatori in comitijs Anno 30 ex hisbitis.

hibitis, longè dittersum est ab eo, quod de Saxonica  
& Vuirtebergensi confessione diximus. Protestantum  
& Zuinglianorum in articulo Coenæ pugna-  
bant. Saxonica autem cum Vuirtenbergensi, & ultra-  
que cum Augustana in omnibus partibus doctri-  
ne conueniunt. Frustra ergo hoc cauillatur syco-  
phanta.

De III. Principiis mei Christophori Ducis Vuir-  
tenbergensis erga Christianam & Orthodoxam Ec-  
clesiam propensa uoluntate, quo minus quisquam  
dubitet, singulari suo zelo & quibus potuit pietatis  
officijs testatum fecit omnibus, qui sanam doctri-  
nam in his partibus amplectuntur & tuentur.

Ab Hosij autem & Soti, hoc est, Papistica Eccles-  
ia animo est alienissimo, in qua errores & Idola cru-  
deliter defenduntur:

Quare non est quod sibi ea in parte aliquid de pi-  
issimo Principe nostro pollicetur Pontificij. Cuius  
animus in agnitione uere doctrine per gratiam Dei  
ita confirmatus est, ut de eius ueritate nec uel tantillū  
dubitet, arrabone spiritus sancti obsignatus. Et pro-  
sesoleant Sotus & Hosius & filijs suis, si tamen san-  
ctum hoc & impollutum genus liberos haber.

Et sciat Hosius pariter cum suo Soto, quod ole-  
um & operam perdiderint in eo reuocando, quos  
tanq[ue] pestilētissimos lupos nouit & fugit. Eore uocē  
quidē interdū audit, ut ad scripturæ sacræ Regulam

34. ADVERSVS STANISL. HOSIVM,  
exigat & examinet, quia uero cū uoce Christi, Pro-  
phetarum & Apostolorum pugnat, non obtempe-  
rat.

Desinant ergo posthaç hoc genere scriptorum  
suæ Cels. esse molesti, quæ scit, cui crediderit, nec ex-  
eo affectu rapitur, sed quod confirmatio iudicio am-  
plexa est semel, Euangelicæ ueritatis doctrinam au-  
xilio Dei eodem ad extremum uitæ halitum, ut spe-  
ramus, retinebit.

Cum Hosius affirmet Petri à Soto assertionem,  
non esse singulariter Soti, sed Catholicæ fidei, mi-  
ror, quomodo hoc ei excederit. Cū enim infrà pro-  
lixè disputet singulos homines esse Mendaces & era-  
rare posse, Hoc autem Soti scriptum unius sit, nec  
dum authoritate concilij vel Rom. Pontificis appro-  
batum, qua fronte tanquam Catholicum Ecclesiaz  
Dei obtrudere audet.

Sed hic uestra impostura deprehenditur, Nunc  
enim tibi Soti confessio Catholica est: si uero aliquid  
temere aut minus circumspectè scriptum est, ne quid  
dicā grauius, statim in ore uestro est excusatio: Scri-  
ptum esse unius, qui errare posuit. Si uero aliquid at-  
ridet, hoc omnium est, hoc Catholicū est. Et hic ui-  
dere licet quam uerum sit, quod in præfatione con-  
tra Sotum scripsit Brentius, hoc nunc agere frater-  
culos, ut omnis controversiæ de doctrina Religio-  
nis cognitio ad Theologos Sorbonicos & Monasti-  
cos

cos reiiciatur. Sed de hoc infra plura cum de fide o-  
mnium & singulorum differendum erit.

Quod Petrus de Soto monet III. Vuirtenbergen  
sem Principem, ut prius doctrinam ueram agno-  
scat, quam propagare studeat, quomodo conueniat  
cum eo, quod infra scribit: nullis neq; diuinis neq;  
humanis legibus licere Principibus de doctrina re-  
ligionis cognoscere, ipse uiderit.

Sed nos hanc priorem hominis inconstantis sen-  
tentiā accipimus, posteriore repudiata, & fatemur  
III. nostrum Principem non propagasse prius do-  
ctrinam, quam eam cognouerit scriptis Propheti-  
cis & Apostolicis consentientem.

Quam bellum est dilemma Sotii Princeps Vuir-  
tenbergensis aut impiam aut certè dubiam propa-  
gauit doctrinam, Idq; probat hoc modo: Aut impia  
est, inquit, quia sic de ea pronunciāt Catholici, hoc  
est, Papistici: Aut certe dubia: quando, inquit, con-  
stat omnibus in dubium uerti, quæ sit uera doctrī-  
na. Sed quid iudicium Papistarum ad III. Principē  
nostrum? Protinus ne doctrīna impia est, quam Ar-  
mentum Dominicanorum & aliorum monachorū  
impiam iudicarūt: Nec obstant inter nostros exor-  
ta certamina, quo minus nobis de uera doctrīna cō-  
stet. Sic enim nec Christi doctrinam tanquam certā  
& minimè dubiam amplexi fuissent Apostoli, q  
ea tanq; blasphemā ab ijs damnata est, qui in ordi-

D

**M** ADVERVS STANISLE HOSIVM,  
naria successione erant. Et quamvis plurimi dubitā-  
runt, quæ sit uera doctrina, Pharisæorū ne an Chri-  
sti, multi tamē de ueritate doctrinæ Christi recte iu-  
dicabant, nihil morati Pharisæorum uel allorum  
iudicia.

Ita non solū Vuirtenbergensis, sed multi alij quo-  
que Principes hac nostra ætate minimè dubiam se-  
quuntur doctrinam, sed quam profitentur, sciunt in  
scriptis Propheticis & Apostolicis fundatam esse.  
Nec clamoribus uestris, uel quorundam curiosis  
quæstionibus mouentur, Sciunt cui crediderint.  
Cum uos Monachorē somnia, & incertas, imò etiam  
impias maiorum traditiones sequamini, quæ ueris-  
tati diuini uerbi repugnant, sicut suo loco doce-  
bitur.

Quod sit discriminus ciuilis & Ecclesiastice fun-  
ctionis, non ignorat pius Princeps. Sed quod  
propterea etiam iudicio cognoscendi doctri-  
nam excludatur, quia ministerium docendi sibi  
non usurpat, id longè falsissimum est, sicut in-  
frā suo loco in confutatione tuarum rationum do-  
cebimus.

Non modo inordinatum, & indisciplinatum,  
(ut Soti uerbis utar) sed impium quoque fatemur,  
dubiam doctrinam sequi. Cum enim pietas in ue-  
ra Dei agnitione consistat, quæ non solum histori-  
ca est, sed qua homo ex regno huius mundi in Re-  
gnū

gnum Dei transfertur, quæ in uera & minimè dubia fide consistit, ac sele per officia charitatis erga proximum exerit & diffundat: Impieras sit necesse est, de toto corpore doctrinæ diuinitus reuelatae dubitare. Sed iam dixi, nostros non sequi dubiam doctrinam, sicut de Purgatorio uestro scripsit Augustinus: Forisitan est uerum. Nos expuncto, forisitan, disertè dicimus & simpliciter, non esse uerum, quod uos non de purgatorio solum, sed etiam alijs rebus extra Scripturam, De Invocatione Mortuorum, De circumgestatione & adoratione panis, De una parte Sacramenti, De Iustificatione, De Concupiscentia, & alijs contra expressum Dei uerbum docetis & crudeliter defenditis.

Frustra conqueritur, Petro à Soto cognomen suum non tribui à Brentio, à quo appellatus sit ~~etiam~~, quem ridentem audiui in titulo libri à Soto pro una dictione Aloto legisse, cum non nisi in positu literarum discriben fuerit. Maxime enim huic Dominicano suum nomen, siue à Soto, siue de Soto appellatur: Nec disputat sit ne familiæ an loci nomen. Sed propter impietatem, quam nomine Catholicæ Ecclesiæ tuetur hic Dominacaster, aptissimum uisum est illi ~~etiam~~ agnomen.

Multum declamat Hosius de sanctitate huius Dñilcani, & Mendacij arguit Brentium, qui homini temperan-

D 2

temperatissimo, temulentiae crimen intentarit. Sed non ignorat Hosius, esse quoq; ebrietatem spiritualem. Legisti, ut opinor, locū Apocalypseos, de Miserice magna (Rom. Pont.) circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & marginatis, quæ habet in manu sua poculū aureū, plenū abominatione, & immundicia fornicationis eius, cū qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terrā de uino prostitutionis eius. Ex hoc, inquam, poculo Papisticarū abominationum babit Sotus tuus Hosii, ut uerē in illum conueniat ille lud Eliaze, quod omnes Mensas impleuerit uomitiis et sordibus. Nisi enim ἀπωτοῦ fuisset Sotus, tam peruersam doctrinā nō euomuisset, quibus omnes Cathedrae & Mensae uestræ, hoc est, Altaria impleta sunt. Et nisi metuerem, quod ἀγρέ esset latus, ego tibi quoq; non nomen tuum, Hosius, quod Latinè caligas sonat, inueterarem, sed agnomine ornarem, præsertim cum tuas uirtutes & in primis sanctitatē tuam ad cœlum usq; efferat quisquis ille est tuarum laudum prece, qui etiam temulentus aliquid in librum tuum euomuit. Videris enim mihi minimè ἀστοῦ, hoc est, sanctus, sed ualde ἀνόστος, hoc est, impensus & scelestus. Tanta enim est tua impietas, ut ad eā nihil accedere possit, quod nō credat prius Lector, quam ex hoc blasphemio tuo libro cōprobatum & demonstratum fuerit. Quod si à caligis, Caligulam re

te appellauero, fortasse hoc quoq; ingrati erit, propter eius crudelitatem, cum quo cōmunicares nomine. Sed tamen, si mihi interdum exciderit tale agnoscere, ut in meliorem partem interpreteris, rogo. Nolo enim conuic̄js, sed argumentis tecum pugnare, id quod candidus Lector iudicabit.

Quod ad extērnā cōvictiōnē attinet, mirum sane est unum atq; alterum reperiri Monachum non temulentum, cum illorum cōvictiō toti orbi adeo nota, ut in proverbium abierit.

Mendacium Episcopale est, quod & ipse cōvictos Hosius temulentus & ebrios in nos euomuit, Plerosc̄ apud nostros tā esse inexhausta libidine, ut ne coniunx quidē illis una sufficiat. Nos honestos maritos habemus, quibus ministerium docendi commissum est. Impuri suo gradu delecti ministerio docendi priuantur, ne auditoribus sint offendiculo. Sa crificuli uero uestrī scortatores & temulēti qui sunt, ipse uideris. Mirum quōd tanto tempore tantam illorum turpitudinem terra ferre potuerit. Honestos maritos ejcitis & crudeliter trucidatis, scortatores in delicijs sunt.

Non ergo lannae, scommata, dicteria, conuicia & calumniæ sunt, ut tu cauillaris Brentium, sed prædictio sanctitatis & honestatis uestræ, quam etiam Lutheri, uincunḡ uehementis spiritus, oratio æqua-  
renon potuit.

Admodum dolet huic Domino Episcopo Reuertendo, quod Brentius Prælatos Petri de Soto in seruorum numerū redegerit. Hactenus enim in Ecclesia dominati sunt, quorum Monarcha est Rom. Pontifex. Sed quid opus est in re manifesta & plana labore? Luce. n. meridiana clarus est, Episcopos & Pa-  
stores oēs, si officiū Apostolicū spectes, esse pariter Christi & Ecclesiæ eius seruos, quibus utrūcūq; dominiū ademptū est, testimonio Christi: Politicū, cū dicaret, Vos aut̄ non sic: Ecclesiasticum, testimonio Pe-  
tri, Non dominantes in clerum: hæc, inquam, luce meridiana clariora sunt. Nec sanctissimus uester hoc nomen sibi probro ducit, quod à Gregorio mu-  
tuatum, & non impiè usurpatum, sibi ex hypocrisi duplicatum habet: Seruus Seruorum, scilicet est, qui in Ecclesia crudeliter dominatur pariter in cor-  
pora & animas subditorum.

Sed de nomine, inquis, non certabimus, modo res maneat Episcopis salua. Hinc illæ lachrymæ. Nec nos inianem λογουαξίαν instituemus. Episcopos ue-  
stros minimè Episcopos, sed Principes agnoscim-  
us, dominatum exercentes, qui Principib⁹, non  
Episcopis conuenit. De dominio in religionis do-  
ctrina, postea dicemus.

Confugit Hosius ad usitatam fallaciam Conse-  
quentis. Scriptum est, inquit Brentius, Quis est  
Paulus: quis Apollo: nisi ministri per quos credidi-  
stis?

Ris: Ad hæc Hosius: Nunquid non rectè dicti pos-  
test ex aduerso: Quis est Carolus Imperator: Quis  
Ferdinandus Cæsar: Quis Sigismundus Rex: nisi  
ministri, per quos ius suum cuiq; tribuitur: Ergo E' Matth. 26.  
piscopi Domini sunt, etiam si à Paulo serui appellen Luce. 22.  
tur. Sed Negamus consequentiam. Nam allegare  
inconueniens, non est soluere. Magistratus offi-  
cium est dominium, Etsi sit ministerium Dei. Sed  
Episcoporum officium, non est dominium, sicut ex-  
pressum est in dicto Christi: Reges gentium domi-  
nantur: hoc est, habent dominium, diuinitus constitu-  
tum. Vos autem non sic, hoc est, uestrum officium  
non est Dominium, sed ministerium & seruitus, L-  
deo non ualeat argumentum.

Hoc falso fundamento posito, quasi similia essent  
exempla, falsum colligit & absurdum. Nunquid  
(inquit) ideo Reges & Principes subesse debent po-  
pulo non præesse, quia per eorum ministerium ius  
cuiq; suum tribuit Dominus: Eadem est fallacia co-  
sequentis. Magistratibus enim tanquam Dominis  
tenentur obedire subditi, etiam iniqua & iniusta Rom. 13.  
onera imponētibus, quia magistratus sunt, quibus  
illegitimè rebellare, seditio est. Impietatem uero si  
seculari præcipiant, quam nullam eis obedientiam  
debeant, Christus cū Apostolo suo docet: Date Cæ-  
sari, quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei. Et ite-  
rum: Oportet Deo magis obedire q; hominibus.

Episcopis autem, hoc est, Ecclesiæ ministris non est obedieñum, nisi pia & uera docuerint, quemadmo-  
dum scriptum est: Si nos aut Angelus ē cœlo aliud  
Euangelium annūciasse uerit, Anachema sit.

Manifesta est scripturæ deprauatio, quod ex lo-  
co D. Pauli colligit: Omnia sunt Corinthiorū, ergo  
illis omnia subiecta. Plus enim est in conclusione q̄  
erat in premissis. Disputat enim D. Paulus de digni-  
tate Christianorum, in regno Dei, quæ politico ma-  
gistratu nihil derogat. Deus enim prædicione E-  
uangelij non abrogauit magistratum. Hac Sophisti-  
ca dū illis simplicibus, statim, quasi re bene gesta,  
declamitat contra nos, qui scripturas deprauemus,  
cum sint palpabiles eius sophistificationes.

Eiusdem generis est, quod colligit ex uerbo D.  
A&o. 20. Pauli, Regere, inquit, nō est regi, præesse nō est sub/  
esse. Et manifesta est in hoc uocabulo æquiuocatio:  
uocabulo enim regiminis ministerium docendi ex-  
pressit, qua ratione etiam præsunt uerbi ministri,  
non autem instar magistratus dominantur.

Ex loco ad Hebræos 13, Obedite præpositis ue-  
stris & subiacete eis: aliud probare non potest, quā  
ut rectè monentibus doctoribus auditores credant  
& obtemperent. Sed inde dominium uelle asserere,  
crassi ingenij est.

Quod Paulus minatur Corinthijs uirgam, & q̄  
fornicatorem tradidit Sathanæ, Sicut ad uocem Pe-  
tri

tri mortui sunt Ananias & Sapphira, nullum domini  
nium probant, Sed ministerij uirtutem, per quod  
efficax est ipse Dominus, qui in hoc timendus erat.  
Nulla enim erat in Apostolis potestas externa, que  
cuique potuisse esse formidabilis. Sed ipsorum mini-  
sterium sui spiritus uiriute confirmabat Christus.  
Frustra ergo haec quoque adducuntur testimonia.

Quod mortis uitaeque potestatem in alios habue-  
rit Petrus, Episcopi huius signetum est: nunc enim  
diximus Deum ipsum sua potentia & uirtute perdi-  
isse Ananiam & Sapphiram, cuius Petrus mini-  
ster fuit.

Quod Liberius, Hosius Cordubensis, Hilarius &  
Ambrosius in sua uocacione strenui & constantes  
fuerunt, nec quidque in gratiam Principum uel Impe-  
ratorum, de doctrina aut disciplina remiserint, quid  
hoc ad probandum in Ecclesia Episcoporum do-  
minium?

Quod Paulus & Petrus Apostoli impijs Nero-  
nis conatibus restiterunt, ac de uita periclitari ma-  
luerunt, quam in eius gratiam uel tantillum de puri-  
tate doctrinæ Christi remittere, num propterea uel  
Neronis, uel suorum auditorum Domini fuerunt.

Sed uenenata ac diabolica calumnia est cum crassio  
mendacio coniuncta, quod Brentio imputat: Hos  
inquit tu omnes (Athanasium, Hosium Corduben-  
sem, Hilarium & Ambrosium) scelerata mancipia uo-

cabis? O uerè sceleratum Sathanæ Mancipium Hosii. De his enim nunquam in mentem uenit Brentius, quorum & pietatem & doctrinam ueneratur, quæ Apostolicū spiritum sapit. Sed de Azotis & Holys, non Cordubensibus, sed Vuarmiensibus & similibus successoribus locutus est, qui in ipsorum locum, sed non doctrinam successerunt, qui & Apostolorum & S. Patrum priorem doctrinam oblitii, supra Ecclesiam dominantur, quæ contra ipsorum impia decreta multis annis ne hincere aut mutare quidem ausa est.

Sed quod ipsam Ecclesiam Dominam appellavit Brentius, & eius ministros seruos, cur huius Calligulæ non arrideat, fortasse mirabitur quispiam. Quid enim tribuane Ecclesiae, non est ignotum, cum hoc sit eis persuasum, ut uel saltem splendore nominis Ecclesiae nos opprimi posse confidant.

Verum quibus imposturæ istorum hominum notæ sunt, causam facile uidere possunt. Ecclesiam enim dicunt repræsentari conuentu Episcoporum insulorum, ut quod ipsi decreuerint, protinus credendum sit, quod Domina fecerit, immo gloriantur quod ipsi sint hæc domina, quibus nemo contradicere audeat. Qui enim contradixerit eis, statim audit: Si Ecclesiam non audieris, hoc est, insulatos, loco publicanorum habeberis. Hæc ob causam ferre non possunt, ut pro seruis Ecclesiae habeantur.

Sic uocabulo Ecclesiæ ludit, quod nunc dome-  
nium ecclœ, nunc Episcoporum congregatio-  
nem, nunc omnes in uniuerso orbe Christianos pli-  
os & fideles significat.

Quod ex 1. Regum 8. profert, scripturæ deprava-  
tio est. Israelitæ enim petendo Regem non Samue-  
lem, sed Deum reiecerunt. Sed quid hoc ad tuorum  
Episcoporum titulo Apostolicæ successionis confi-  
gium Dominum? Num & ipsi reges sunt:

Sic & de murmuratoribus respondemus, qui se-  
se Moysi opponebant. Moyses em in uocatione Del-  
erat, nec contra Legem Domini quidē docebat.  
Plerosque Episcopos Pontificios aut nihil habere  
quæ ad officium ipsorum pertinent, iam aliquoties  
dictum est & demonstratum.

Docemus & ipsi quoque, summam reueren-  
tiam & uenerationem deberi Ecclesiæ ministris,  
qui sint uerè Episcopi, hoc est, qui faciunt offici-  
um Episcopi, sint didactici, hoc est, apti ad docen-  
dum, qui potentes sint exhortari per doctrinam  
sanam, & contradicentes conuincere. Sed haec  
reuerentia illorum ministerium non conuertit in  
Dominum. Imò tum maximè dominantur, cum  
suum officium fideliter fecerint, hoc est, ita sibi  
piorum hominum fauorem demerentur, ut iuxta  
Apostoli admonitionem iudicent eos dupli-  
ciore afficiendos.

1. Timotheus

2. Timotheus

1. Timotheus

Astūcē attingit solum, sed non explicat honores,  
 qui Petro à Cornelio, & Paulo & Barnabæ exhibiti  
 480, 10, 17. tuerunt. Nō enim ignorat, quomodo hos honores  
 recusauerint, ad quos eorum scilicet successores E-  
 piscoli & Prælati quibus potuerunt dolis & fraudi-  
 bus aspirarunt.

Quantorum laborum seruitus sit Euangeliū mini-  
 sterium, pleriq; Episcoporum credere malunt, &  
 experiri, id uel cucullatis Monachis uel officialibus  
 suis commēdant, ipsi scilicet grauioribus nēgocijis,  
 & quæ maioris momenti sunt occupati.

Nostra opera labores Episcopis auctos conque-  
 ritur Hosius. Utinam uero ita auxilsemus, ut quid  
 sui officij sit, uel tandem expenderent. Quantum su-  
 dent ad opprimendam sanam doctrinam, etiam si  
 ne tuis clamoribus notum est nobis. Illorum crude-  
 litatem tot millia martyrum loquuntur. In te tuosq;  
 propriè dictum Christi pertinet, Ecce hic est Chri-  
 stus, Ecce ibi, &c. Innumerā enim uias & ratiōes ex  
 piādi peccati docuistis imperitū vulgus, & cum in il-  
 lis omnibus nullam conscientiæ pacem inuenirent,  
 hinc inde cursitabant miselli homines, hic ad Iaco-  
 bum Compostellanum, aliis ad Mariam de Lore-  
 to, aliis in monasterium, aliis alio, ut ibi pro pecca-  
 tis suis satisfacerent. An non hoc fuit dicere, Hic est  
 Christus, hoc est, his operibus placabis Deum, &  
 remissionem peccatorum consequeris, cum nos ut  
 unum

unum Christum habemus, ita unam iustificandi rationem docemus, uidelicet peccatorum remissionem non nisi in sanguine Christi per fidem querendam esse. Rom. 3 & 5.

Quod ex uulgo multi sibi ipsis Doctores, Pastores & Episcopi esse uelint, Fallacia accidentis est: qui eniam omnium licentiam cohiberemus? Nihil autem horum apud nos doceri, quod ad fouendam hanc uulgi licentiam faciat, certum est. Frustra ergo paucorum licentiam obiicit, quae ueritati doctrinæ nostræ nihil detrahit.

Mendacium uero est truculentum, quod causam miserabilis status Ecclesiae in nos & doctrinam, quam profitemur, rejicit. Fatemur in genti, illorum ocium, quod ipsi appellant pacem & tranquillitatem Ecclesiae, à nostris perturbatum. Perturbatam autem per nos Ecclesiam Dei, per negamus. Ut enim Ecclesiam ex faucibus horum luporum eriperent nostri, non dubitareunt propter confessionem ueritatis tot pericula uitæ adire. Ipsi uero sunt perturbatores, qui Euangelio non obtemperant. Idem crimè etiam Christo & Apostolis obiectum est. Nam priusquam Christus docebat, consensus erat, schisma autem doctrinam Christi comitabatur, quod sarcire cupiebant Pharisei, sed impijs consilij. Tandem Christum tanquam au-thorem horum malorum cruci affixerunt; quid milium, si idem nobis quoque accidat.

Ex his , quæ dicta sunt , patet , Episcoporum dignitati nihil derogasse Brentium , dum eos non solum nomine , sed etiam re ipsa seruos Ecclesiæ es- sedocuit . Et quām non sine causa nostri temporis Episcopos comparauerit seruis , qui contra suos Dominos insurrexerunt , & eos peregrè redeuntes oppresserunt . Major enim & miserabilior est Ty- rannis Episcoporum in Dominam Ecclesiam , hoc est , uera & uiua membra Christi , quām istorum seruorum in suos Dominos ingratitudo . Dominus det ut in tempore poenitentiam agant , & iram Do- mini præueniant .

Hactenus , quomodo Hosius Brentij crimi- netur consilium in conscribenda Confessione , quam suis Scorijs conspurcauit Alosus . Et cur homini paulò acerbius responderit Brentius . Et quid ex Hosij libris spectandam sit paucis atti- gimus .

Nunc iuxta librorum ordinem uidebimus ; quid singulis capitibus opponat Hosius . Et pri- mo quidem , De iudicij legitimis rerum Ecclesia- sticarum .

Sed cum Hosius in conatu soluendorum ar- gumentorum s̄epe sine causa & ineptè excurrat , & quiduis , quo uis loco , tractet homo temulen- tus , peto mihi ueniam dari à Christiano Lectori , si alicubi uestigia eius secutus , ipse quoque lon- gius

gius excurrat. Ne enim sibi blandiri queat, me alii  
quot saltē capita arripuisse & exagitasse, cōstitui,  
Domino iurante, ad omnes eius cauillationes, bla-  
sphemias, Mendacia, & depravationes respondere.  
Idquod summa, qua fieri potest breuitate, Vtinam &  
eadem perspicuitate, quæ Lectori in tot sophisma-  
tum, Mendaciorum & blasphemiarum refutatione,  
nullum tedium pariat.

Occupatus est autem Hosius per totum librum  
secundum in explicanda hac quæstione: An ad  
Solos Episcopos & Prælatos pertineat de doctri-  
na Religionis cognoscere & iudicare, nullo modo  
autem, etiam ad Reges, Principes, Magistratus,  
aut alios Christianos, quos Laicos uocant. Prin-  
cipum uero sit, Decreta Prælatorum sine iudicio  
exequi. Subditorum autem, in Episcoporum decre-  
ta nullo modo inquirere, Sed sine omni contradic-  
tione obtemperare.

Brentius in suis Prolegomenis, de Officio  
Principum in Ecclesia Filij Dei, probat, Non so-  
lum Episcoporum, & Prælatorum, aut sacrificiu-  
lorum esse, de doctrina Religionis iudicare &  
cognoscere, sed etiam ad Reges, Principes,  
Magistratus, adeoque omnes Christianos per-  
tinere. Idquod multis illustribus & perspicuis scri-  
pturæ testimonij probat & confirmat. Ea conuel-  
tere conatur Hosius, ut Regibus, Principibus, &

magistratibus persuadeat, ne hanc curam aut sollicitudinem suscipiant, ut de doctrina iudicent. Permitendum hoc esse Prælatis, quorum decretis standū sit, etiam si interdum videantur cum Scriptura sacra pugnare. Nam autoritatem deferendam concilio, quod nihil sine Spiritu sancto & probabili ratione decernat.

Hic, inquam, est status libri Secundi, ad quem omnia argumenta referenda sunt, quæ pro eo uel contra utrinque afferuntur. Ad eorum igitur explicacionem nunc accedamus, ex quibus me demonstrature confido, hunc quoque librum non nisi his quinque capitibus, blasphemis scilicet, Mendacijs, calumnijs, sophismatis, & depravationibus constare.

## Contra Secundum

### LIBRVM,

### DE IUDICIBVS RE- rum Ecclesiasticarum.



TATIM ab initio impudenter mentitur Hosius, dum scribit: Lutheranos (uocant) in hoc uno consentire, quod ordinem ex Ecclesia sublatum cupiunt, qui in hoc prouirili laborant & incubunt, ut is restituatur,

ur, quem uidet collapsum, & miserè deformatum.  
De Ecclesiastico loquor maximè, qui olim Ecclesiæ  
ministerium erat salubre, sub Papatu factus est non  
solum dominium, sed crudelissima pariter in corpo  
ra & animas innocentum tyrannis, si. ut infrà in ex  
plicatione doctrinæ docebimus.

Quàm uana sit Holsj criminatio, qua inconstan  
tiæ accusat Brentium, qui iudicium de doctrina reli  
gionis nunc ad Principes, nunc ad promiscuam ple  
bem, nunc ad singulos refficiat, omnes uident. Cum  
enim fides, quæ sola de hisce rebus iudicat, sit piorū  
omnium, non solum sacerdotum, sed & Principum  
& plebis, quid absurdum, si dicatur quoq; iudicium  
esse omniū. Est enim fides uera & Christiana de do  
ctrina religionis constans iudicium. Nec fides dicē  
da est in adultis, sed opinio, quæ iudicio caret.

Quod ad inuidiosam collationem Principum Pa  
pisticorum & Euangeli corū attinet, nihil aliud hoc  
loco respōdemus, quàm Domino Deo singulos red  
dituros suorum factorum rationem. Papisticis cer  
tè Regibus & Principibus non eum stuporem tribu  
unt, quem tu & tui similes. Et propediē sperant fore  
in iudicio erumpant, & Idolatricam doctrinam quo  
que abijent. Et merito dolet omnibus pijs, quod  
Reges & Principes adeo uobis deuinxeritis, ut iudi  
cio exclusi, negocium religionis fucis ignauis com  
miserint, quorum tanq; Christianorum Principum

officium erat in doctrinam & mores Episcoporum  
inquirere & animaduertere, ne multis modis miser-  
timi subditi, tam miserè in tetros errores seducant.

Mendacium est, quod scribit: Brentium non tan-  
tum Ecclesiasticum, sed etiam ciuilem magistratum  
sublatum uelle. Indignum ad quod respondeatur a/  
liud, nisi hoc solum, Episcopos sua ambitione ad  
eā dignitatē nunq̄ peruenire potuisse, qua subditis  
imperant, nisi Principibus suo loco pulsis. Cum  
Episcoporum sit docere, quod pleriq̄ ignorāt, non  
Dominari, sicut scriptum est: Vos autem non sic.

Si adeo distincta sunt officia Magistratus politi-  
ci, & Episcoporum, ut nefas sit Principi se miscere  
Ecclesiasticis, quo iure politicis se ingerunt nostri  
ecclesiastici Episcopi. Mirum quod sanctissimus or-  
do non polluatur istis lordidis politicis negocij.

Meminerit, ait Hosius, Dux, ducē esse, non Epi-  
scopum, nec officij sui limites excedat, doceri se ab  
Episcopis debere sciat, non Episcopos docere. Ego  
uicissim: Meminerit Episcopus se Episcopum esse  
non Ducem uel Principem, nec officij sui limites ex-  
cedat, quod est docere auditores, non regere subdis-  
tos gladio. Sed heus tu Hos, pius Princeps memine-  
rit se non esse tantum ducem mundanum, uerume/  
tiam hominē Christianum, ac in baptismo Regem  
& sacerdotem consecratum, quemadmodum D. Pe-  
trus & Apocalypsis admonet, ut sciat nō solū sui offi-  
cij

1. Tim. 3.

Luc. 22.

et esse ducere milites in bello huius seculi, sed etiam  
curare, ut populus recte & pie in uera religione insi-  
tuat. Atque hoc modo ratum abest, ut officiū sui limi-  
tes egrediatur, ut nisi fecerit, neglecti officiū penam  
subeat, sicut exempla impiorum Regum ueteris Te-  
stamenti declarant.

De iudicio Principū in cognoscēda doctrina reli-  
gionis utcunq; se se in oēs formas uertat Hosius, se se  
tū expedire nō potest. Cum uero alia ratiōe se elab-  
orā posse uideat, concedit Principibus iudiciū de  
questiōne facti, sed nō de questiōne iuris. Quod quid  
aliud est, q̄ cecum iudiciū, exequi. s. Iudicis sentētiā,  
interdū etiā mortis irrogare suppliciū propter rem,  
quā prorsus ignores. Tūn. n. abest, ut cognitionē ue-  
re doctrinę aliquā tribuat Principib. Hosius, ut non  
erubuerit scribere in hæc uerba: Ut autē de doctrina  
religiōis cognoscat Princeps, per nullas ei nec diui-  
nas, nec humanas leges licuit unq;. Propriū hoc iam  
est Episcopoz officium. Quæ est quæsto in Eccle-  
sia non in plebeios sed in Principes sacrificularū ty-  
rann's, si hæc non est: Ex ore sacerdotis Legē requi-  
tere iussit Deus, non ex ore Principis aut populi, ait  
lycophanta. Nos Prophētæ uerba agnoscimus, quæ  
reuerentia Ecclesiæ ministris debeatur. Horum mi-  
nisterium nō usurpant nec Principes, nec populus,  
quando ex ore ministro Ecclesiæ, uel lectione scri-  
ptorē Propheticorē & Apostolicorē suū formant iu-  
Locutus ex  
Malachia ex  
pendēdū u-  
bi corripiu-  
tur sacerdo-  
tes, & sermo  
est de Lege  
Domini non  
humanæ.

dicium, quo non tantum aduersus omnes haereses  
muniti, sed aduersus Sathanam in summis tentatio-  
nibus in certamen descendere audent, amplissima  
spe uictoriae proposita, quam per fidem in Christo  
obtinent.

Prorsus autem ferendum nō est, quod docet Hosius, ita Principes, Magistratus & populū ex ore sacrificiorum pendere, ut nefas sit de doctrina ipsorum cognoscere. Id enim sibi nec Prophetae neque Apostoli arrogarunt unq̄, qui populum ad voluntatem Dei in Lege Domini expressam remittebant, & non iniusti permiserunt populo, ut ueritatem doctrinæ suæ, ex uerbo Domini cognoscerent, sicut Berthœdes Apostolorum examinarunt doctrinam, qui assensum non requirebāt, nisi Prophetarum testimonijs confirmarentur, quæ docebant.

Sed quid ad hæc Hosius? Si dederimus tibi, inquit, Brenti, hoc, nullo modo licitum esse in causa eternæ salutis alienæ sententiæ ita inhærere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur, Quid aliud consequetur, quam quod in Germania consecutum est, ubi tot uidemus fides, quot iudicia. Rudis asinus, admodum exercitatus est in rationibus colligendis, ut tritam & vulgarem fallaciam non intelligat. Est enim fallacia accidentis. Horū schismatum & dissensionum causa non est iudicium, sed accidit iudicio, quod uidemus in multis peruersum. Si enī id

individuus huius iudicij comes & effectus est dis-  
sensio, cur idem non accidit quoq; Berrhoeensibus,  
quorum fides iudicio constabat? Et unitas iudicio  
retinebatur, quæ errore scindebatur.

Quod scribit Brentum adprobasse doctrinam  
Osiandri, quam improbus homo Hosiis non intel-  
ligit, suo loco respondebitur, quare eius uanitatem  
non curet Christianus Lector, si passim in eius bla-  
sphemo libro recurrat.

Mendacium est, quod scribit: Brentum tribuere  
Principibus, quod est Apostolorum proprium. Ni-  
hil enim horum in mentem unq; uenit Brentio, qui  
piè officia distinguit, ut apostolis doctrinam & Mi-  
nisterium, Magistratui imperium tribuat à Domi-  
no concessum, quod ut cum doctrina Christi non  
pugnet, quæ partes Principum sint, in gloria nomi-  
nis Christi propaganda, qua potuit fide & diligen-  
tia docuit.

Sed audiamus Hosium egregium scripturarum  
interpretē. Argumentum Brentij erat, Prælati fal-  
li possunt & fallere. Ergo illorum decreta sine iudi-  
cio non sunt recipienda. Hie Hosiis noster, ut sibi  
uidetur, occasionem nactus, insultat Brentio. quid  
verisimilius, q; unus homo possit falli & fallere: an  
vero illi, ex quorum ore Legem requirere populus  
iustus est? Respondemus & hos & illum errare pos-  
se, quapropter sicut priuati hominis, ita multorum

decreta sine iudicio, quod ex scripturæ sacræ incorrupto sensu confirmatum est, docemus nō esse recipienda & approbāda. aliud certe ex Brentij argumēto elicere nō potes, nisi forte existimes, multitūdinē priuilegio erroris gaudere posse, & ueritatem unus hominis testimonio non recipiēdam. Diuersum autem & Prophetarum exemplis & synodo Nicena doceri potest, ubi unius Paphnutij pia sententia omniū uotis preferebat, qui in synodo congregati om

Verum ut suum errorem stabiliret, non erubuit scripture sententias deprauare: Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quam petierint, si et illis à Patre meo qui in ccelis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ego sum uobis, omnibus diebus usq; ad cōsummationem seculi. Hæc omnia (inquit Hosius) dixit Christus non ad turbas, uerum ad Apostolos tantum. Ut cūq; in alijs & inepti & blasphemati sint Papistæ, tamen has sententias astringere nō ausi sunt, sicut hic sycophata fecit. Si enim uera est eius explicatio de præsentia Christi, non erit certus Christianorum coetus, nisi rasum & unctum sacrificium habuerint, qui secū eam gratiam afferat, quā Christus pollicetur. Malè igitur agitur cum Principibus & patribus familiis, qui iuxta Holsj sententiā presenti gratia Dei excludētur, quæ hac promissio ne cōprehensa est. Verūm nihil manifestius, q; q; he sententiae

fentētiae Christi ad uniuersam Ecclesiam, hoc est, ad  
 oēs pios & fideles pertinēt, cuiuscunq; snt ordinis,  
 quibus suam prēsentiam pollicetur Dñs. Quod em  
 hoc loco Christus loquitur, Apostolus omnib. pījs  
 confirmat, quādo scribit: Christum per fidem inha-  
 tare corda eorum, & eos esse membra Christi, & tē-  
 pla spiritus sancti. Etsi uero sāpe Christus cum solis  
 Apostolis locutus est, nec ignoramus, Apostolis  
 quādam peculiariter dicta, quāe tantum ad perso-  
 nales eorum uocationes pertinēt, tamen hē promis-  
 siones quāe in Matthæo descriptæ sunt, ad uniuer-  
 sam Ecclesiam pertinent, quemadmodum circum-  
 stantiae docent. Vbi enim, inquit, sunt duo uel tres  
 congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū.  
 Hæc promissio generalis est, non solum Apostolis  
 dicta, sed simul iniunctum est, ut idem omnibus an-  
 nuncient pījs, si in nomine Christi conuenerint su-  
 per terram, de ipsis Christi præsentia minime du-  
 bitare debere. Imò hæ ipsæ promissiōes nostrarum  
 precum fundamentum sunt, de quarum exauditio-  
 ne omnibus pījs dubitandum esset, nisi ueritate ha-  
 rum promissionē de præsentia Christi confirmati  
 essent. Sed mittamus istos deprauatores.

Quod ait, Pseudoprophetas ex fructibus, hoc est,  
 expositione scripturæ cognosci, accipimus, & hoc  
 ipso sodalictum huius Holti errantiū numero cen-  
 temus, quod peruersē scripturam interpretetur.

Cum ex Psalmo produxisse Brentius locū: Non

Eph. 3.  
1. Cor. 6.

Matth. 8.

ne qui oderunt te, oderam, &c. ac doceret, quomodo eos odisse possit tanq; uiros sanguinum, nisi prius cognoverit, quæ doctrina sit impiæ. Respondet Hosius: ex ore sacerdotis esse quærēdū. Sed si nos dicamus, ipsum sacerdotem impiæ doctrinæ reum agi & accusari, quemadmodum eodem loco uidere est, quod Hosius dissimular: sequitur enim, Vos autem recelsistis de via & scandalizastis plurimos in lege, irritū fecistis pacū Leui: Dicit Dominus exteritum. quid faciamus? audiemus ne tam quoq; labia sacerdotis: Sicut factum est tempore Christi & Prophetarum, quem nobis monstrabit Hosius, ex cuius ore sit quærēnda Lex? Audiuit Achab Sacerdotes & seductus est. quid faciendum Principib; nostris, à quibus si interrogenter sacrificuli, aut respondere nesciunt, aut impia suadent, quæ cum doctrina Prophetarum & Apostolorum pugnant.

Quid & quomodo oderint pñ, non est, quod ex Hosio discant. Omnes enim pñ magis cogitant de sanandis errātibus, quam opprimendis: diuersum uidere est apud eos, qui crudeliter idola tuentur.

Dum ex loco i. Ioannis 4, Probate spiritus, an ex Deo sint, ostendit Brentius, omnium hominum esse de doctrina pia iudicium, Ciceronem producit Hosius, cuius autoritate comprobare nititur, non esse in vulgo consiliū, non rationem, nō disciplinā.

Quid quæso hic sycophania facit ex Christianis  
scetido

fortido ipsoꝝ oleo nō unctis; Irrationales scilicet bestias, omni sensu & intellectu destitutas. Si in eis neque ratio neqꝫ consilium est, doceri quomodo possunt. Hoc sanè haec tenus plebejū persuadere conatis sunt, ut totum iudicium sacrificulis resignarent, qui pro libidine in Ecclesia dominati sunt haec tenus.

Deinde vulgi nomine Brentius nō intelligit sim pliciter multitudinem populi, sed Ecclesiam ex ista multitudine collectā. Id et si non ignorat Hosius, ramen cauillari non ueretur homo improbus, qui, si Apostolum audiuisset docētem: spiritualem hominem iudicare omnia, & à nemine iudicari, hac diffiducitate, si qua esset, sese explicare potuisset.

Dum aliquid iudicium, quantum illis ad salutē satis est, plebejū tribuimus, nō iubemus eos montē Sinai cum Mose scandere, sed ex Mose cognoscere oracula Dei, quibus inhärentes, nulli successorum credant, qui diuersum ab his docuerint, sicut postea quorundam apostasia factum est.

Peteus à Soto docet ex loco Ioannis: probandos quidem omnes spiritus, sed spiritū conciliorū probandum pernegat. Qui enim hoc præsumat, eum asserit peccare in Spiritum sanctum, qui omnibus cōcilijs præsider. Hanc uanitatem conatur tueri Hosius auctoritate Damasi, cuius testimonium ei prorsus non patrocinatur. Damasus enim eos in Spiritū sanctum blasphemare scribit, qui canones S. patrū

**ADVERSVS STANISL. HOSIVM,**  
conuelliunt à Spiritu sancto dictatos. Vt hic nihil defi-  
camus de eo, quod magis sobrie de peccato in Spiritu  
suum sanctum loquendum sit, tamen nihil derogatur  
iudicio vulgi de doctrina religionis, hoc testimo-  
nio Damasi perspicuum est. Non enim excusamus  
eorum pétulantiam, qui doctrinæ Spiritus sancti  
contradicunt. Sed dum homines sunt, qui doctrinam  
Spiritus sancti afferunt, non Spiritum sanctum, sed  
doctrinam quam profert homo iudicamus, an sit Spi-  
ritus sancti, qui normam & regulam iudicandi tra-  
didit quæ in scriptis Propheticis & Apostolicis co-  
prehensa est. Est ergo hic q̄q̄ usitata fallacia, cum in  
signi depravatiōe ueritatis coniuncta, ubi plus dicu-  
tur esse in conclusione quam erat in præmissis. Ac  
Diabolicum Mendacium & conuictum est in nos,  
quod efferamus nos ipsos super Cherubim, cum hu-  
mi repentes ex ihs iudicemus, quæ nobis diuinis  
in terra reuelata & conseruata sunt diuinæ ueritatis  
testimonia.

Diabolicum Mendacium est, quod scribit Bren-  
tum inuitare omnes homines ad Blasphemandum  
Spiritum sanctum, quod suo tempore Dominus in  
blasphemo ore huius conuiciatoris vindicabit.

Si omnibus probanda sunt conciliorum De-  
creta, quando finis erit probandi: inquit Sotus, &  
assentitur Hosius. Sed quam friuola est hæc elusio.  
Dicimus enim quod res est. Cum ad finem mun-

di usque docendi sint homines , doctrina autem probationibus constet, semper quod docetur probandum erit . Non enim acquiescere potest mens hominis in humana autoritate, nisi testimonij scri-  
pturæ eorum Decreta comprobata fuerint.

Erit igitur finis probationum , & non erit . Si tñtē in concilij aliquid decreatum est, ad erudien-  
dos dubios, ea solida afferuntur testimonia scriptu-  
ræ, quibus sententia concilij confirmata est, idque  
erit magis repetitio probationis, quam noua pro-  
batio. Atq; hoc modo, quod probatum est antiqui-  
tus, denuo etiam omni querenti probabitur, hoc est,  
explicatione probationum concilij futuri declara-  
bitur, in qua tuto consistere queat, qui de eius ueri-  
tate dubitabat.

Sic probatio quoq; non futura est infinita , quæ  
certis limitibus definita est, & semper eadem perma-  
nens, omnibus, qui ueritatem, non contentiones &  
lites diligunt, satisfacit.

Quam uanum sit, quod scribit, nostros in singu-  
los annos suam doctrinam mutare, aliâs dictum est.  
Si uero non licet inconsideratè dicta corriger, qui  
hoc in Augustino probare potestis, qui duos retrac-  
tionum libros scripsit.

Nec dubitat, num Spiritus sanctus , sit Spir-  
itus ueritatis , qui conciliorum decreta examinat.  
Sed contra poslus , Spiritus Sancti honorem uir-

**ADVERSVS STANISL. HOSIVM.**

dicat, dum nullius cōciliij authoritate quidq; amplecti uult, quod cum expressa scriptura à Spiritu sancto dictata pugnat.

Nihil aduersus nos pugnat sententiæ ex Socrate & Sozomeno allatæ, quod non sint curiosè diuexanda Synodi Nicenæ decretum. Si quidem eorum lectio docet, S. Patres non ex ratione humana, aut aliquo errore pronunciassæ, sed scripturæ sacræ autho ritate diuinitatē filij Dei demonstrasse. Nec quidq; noui afferebant hæretici, sed quæ iam ante multoty es erant examinata & discussa.

Quod autem non licet homini Christiano Conciliorum decreta examinare, id demum à ueritate a lienissimum est: siquidem compertum habemus contraria decreuisse cōcilia, quod alterius errorem monstrat. Nec alicuius Concilij ueritas aliunde, q; ex productis scripturæ testimonijs & argumentis comprobari potest.

Nec tamen propterea eorum petulatiā probamus, qui temerè & sine causa piè & sapienter decreta cōuellere conātur. Estq; hęc quoq; ut scholæ uocat, fallacia accidentis. Sed in horum numerum referre, qui auctoritate diuinī uerbi permoti quorundam decretis contradicunt, hoc demum iniquissimum est.

Quod autem ad conciliorum errata, quæ hic Syncopanca, sicut si omnes, eludit, quod auctoritate Rom-

Rom. Pontificis non sint congregata aut confirmata, frustra ab Hosio laboratur, cum nondum probaverit Rom. Pontificis autoritatem, qua sine scripturae testimonio, sele omnibus in orbe Ecclesijs tantum Christi uicarium & summum Pontificem praeside, re clamitat. Sic enim & Nicenum concilium non legitimum fuerit, quod hanc Rom. Pontificis autoritatem nunquam agnouit.

Quid magis absurdum & ridiculum, qd hic Hosius noster scribit, Canones Apostolorum a posterioribus concilijs emendatos & mitigatos, propter eam, quae illis inerat, nimiam severitatem, quam posteriora saecula ferre non possent.

Nam ut demus horum canonum authores fuisse Apostolos, minus ne circumspectos fuisse dicemus, quam Patres, qui logo temporis interuallo illis successerunt in munere docendi, ut qui ignorauerint, quid subsequens etas ferre potuerit. Ex hoc uno stuporem huius Caligulae candidus ac pius Lector cognoscere poterit.

Cum argumentum ex 17. capite Actorum adducatur nec praeterire nec soluere posset, ad inanem argumentum descendit, concedens, licere cui libet homini Christiano scripturas scrutari, & inspicere, an ita se res habeat, quemadmodum in decreto Concilij scriptum est. Quid autem hoc aliud est, quam iudicare ex scriptura de decreto concilij? Si enim sine co-

trouersia decretis concilij stare cupit, quid opus est ad scripturam recurrere? Si ergo ad scripturā recurrit, & concilij decreta diligenter ad eius testimonia examinat, quid hoc aliud est, quam de ipso concilio grauiter uelle iudicare.

Sed quod addit, Si forte secus alicui uideatur decretum, quam scriptura habeat, talem hominem non protinus habere potestatem damnandi concilium. Nos respondemus, non temere esse pronuncianum, sed praeunte oratione & diligentí collatione omnia probè examinanda esse. Quod si error concilij demonstrari potest, non licet modo, sed teneatur, ratione officij, pius & fidelis Christi, impij decretis contradicere. Id quod exemplum Paphnūtij docet, qui certe unus plus sapiebat, quam res.

Locus Deut. 17. De summi sacerdotis imperio, et si alibi fusius explicatus est, tamen non pigebit denuò pauca de eo etiam hoc loco dicere. Hosius, quemadmodum Embricensis grammaticus fecit, non quidē uult uideri, quod hac iententia Caiaphæ & Hannæ iudicium aduersus Christum iustificet, dum Petru à Soro excusat. Sed paulò post sui oblitus, in hęc uera erumpit. Nam ut iustum fuerit decretum, quo rem mortis Christum pronuntiatum est, non propterea iustificati sunt impii iudices, à quibus nihil in re, nihil ordine factum esse constat.

Quis

Quis non agnoscit in horribili blasphemia ueritatis spiritum? quis non uides manifestam contradictionem? Si enim iustum est iudicium, iure & ordine factum est; Si uero non est iure & ordine factum, iniustum iudicium fuisse necesse est. Hæc n. definitione iudicij iniusti includuntur. Non ergo elabetur, si iudices saltem iniquos & iniustos pronunciet, ut iudicij ueritatem asserat. Nam si in præsenti negotio iniusti fuerint, & contra omne ius & ordinem eggerint, ipsum quoq[ue] iudicium iniustum erit, quod ex natura coniugatorum sequitur.

Manifesta ergo contradicatio est, cū scribit: In iustum fuisse iudicium, sed tamen nihilominus in eo fuisse iudicij ueritatem. Si enim probauerit falso in esse uerum, etiam in hoc falso & peruerso iudicio reparet ueritatem. In hoc, inquam, Pontificum iudicio nulla prorsus est ueritas, nulla iusticia, nulla rectitudo. Imò quod maius est, si aliqua in hoc iudicio uel iusticia uel iudicij ueritas fuisse, Christus humanum genus redimere non potuisset. Innocens enim ut sit necesse est, quil genus humanum redimat, aduersus quem sententiam mortis pronuntiare iniustissimum est.

Quod autem hac iudicium iniusticia & hoc iniusto iudicio Deus usus est ad Redemptionem generis humani, quid hoc ad iudices, uel ad iudicium impiorum Pontificum? Num propterea

Accidit enim preter uoluntatem istorum impro  
borum hominū, ut æterna Dei bonitas per hoc no  
stram perficeret salutem.

Quare blasphemia est execrāda, ueritatem falsil  
fimo & iniustissimo iudicio tribuere, quod nihil all  
ud est, quam blasphemiarū reum agere filium Dei,  
ut hominum autoritatem seu potius crudelitatē &  
tyrannidem afferas.

Si enim propterea nullum errorem imputare ue  
lis his qui ad Ecclesię gubernacula sedent, quoniam  
Deus sua prouidentia & bonitate omnia gubernet,  
que immania scelera & flagitia nō excusabimus: Ve  
rum ad hanc arcanam uoluntatem suam Deus nos  
respicere noluit, Sed uerbo suo alligauit, à cuius sen  
tentia si recedat Anistes, contradicendum est, nisi  
periculum æternæ damnationis subire uelit homo,  
cui ueritatem reuelauit Dominus.

Non ergo tenetur auditores suis pastoribus pro  
pter solum & nudum successionis titulum obedire,  
nisi etiam maiorum, hoc est, Prophetarum, Christi  
& Apostolorum doctrinam retinuerint.

Sicut ergo tempore Christi grauiiter peccārunt,  
& si non conuersi fuerunt, perierūt in æternum, qui  
summi Pontificis lecuti sententiam, in mortem  
Christi consentiebant, & suis clamoribus promoue  
bant, nihil obstante sententia Mosaica, Qui non obe  
dierit

dierit sacerdotis imperio, ex sententia iudicis mori-  
atur (Sacerdos enim summus non iudicabat iudicij  
ueritatem, sed contra ius et ordinem agebat omnia.)  
Ita non solum grauiter peccant, sed periculum æter-  
næ mortis subeunt, qui Pontificum Rom. sequun-  
tur impia decreta, quos & uerbum Domini & con-  
scientia reclamās, non solum erroris, sed horribilis  
Idolatriæ & blasphemiarum condemnant.

Nec saluabit Caligulam nostrum, quod profert,  
tum temporis perisse Legem à sacerdore, nihil ut  
mirum sit, si à Caiapha quoq; & Anna, quos non re-  
stet nec ordine sacerdotium adeptos esse constat, lex  
perierit. Quafronte enim audes sycophāta dicere, le-  
gem perisse ex ore sacerdotis, qui iudicij ueritatem  
iudicauit? Quid enim à legitimo sacerdote requiri-  
tur, quām tu iudicet iudicij ueritatem? Si iudicij ue-  
ritatem iudicat, suum officium fecit. Cum igitur im-  
puidenter asseras, quod Caiaphas iudicij ueritatē  
iudicauerit, quomodo maiore impudentia asserere  
audes, q; Lex ab ipso tanq; sacerdote ceciderit. Sunt  
enī contradictionia & ex diametro pugnantia. Ve-  
rum sic impingere oportet maliciam & improbita-  
tem hominum, qui sese ueritati Dei opponunt.

Non minor est impudentia, qua docet, Quod si  
lius Dei dignatus sis sese ultro illorum iudicio subi-  
cere, ut exemplo suo doceret, suum in Cathedra legi-  
timi a sedentibus, qualescunq; tādem hi forent, hono-

ADVERSES STANISLE: HOSIVM,  
rem habendum esse. Docuit ne suo exemplo Chri-  
stus populum, ut à sacerdotibus instituti clamarent;  
crucifige, siquidem ipse crucem tulit. Increpette Do-  
minus maledicta bestia & execratum os. Non igno-  
ramus qualis honor debeatur legitimo ministerio  
uerbi, quod ex dignitate personæ ministeri non  
pendet. Personæ autem ita addictum esse iuxta hunc  
Caligulam, ut propter successiōis titulum in legem  
Domini expressam pecces, hæc demum est Diabo-  
lica persuasio, non nisi à Sathanæ patre mendacio-  
rum profecta.

Agnoscimus legitimū ordinētū esse, ex uerbo  
Domini in ministerio hominis requirere doctrinā.  
Quod autem Hosius aduersus Brentium cōsingit,  
qui doceat, ex ore principis requiriēdum, hoc quoq[ue]  
impudens est & blasphemō homine non indignum  
mendacium, quod refutatione non indiget. Et si hoc  
uel piorum consuetudine non improbandum do-  
cere possumus, siquidem in suis horis Canonici ex  
ore Regis Davidis uerbū & laudem Dei requirunt.  
Nec ex ore modo regum, sed etiam infantium, imo  
& lapidum promouebit, si sacerdotes in Ecclesia su-  
um officium docendo non fecerint.

In Apostrophe ad Serenissimum regem Polo-  
niæ quod scribit: Nihil esse aliud, in quo cura no-  
stra, hoc est, piorum ministrorum, Omnis consuma-  
tur, quam ut ordinem perturbare, ut autoritatem  
legitimam

legitimi Magistratus conuellere queamus & labefactare. Et paulo post: Etiam Regiam sublatam cupiunt. Et paulo post: Volunt, ut Princeps & senatus ex populi, & non populus ex Principis & senatus iudicio, uoluntateque pendeat. Dicam uno uerbo: uolunt ut sit anarchia, ut Ecclesie absq; Episcopis, ut regna sine absq; regibus, ut credat quisq; & faciat quisq; quid quid uisum cuiq; fuerit. Haec Hosius. Ut & Minister nostri, & in primis Dei gloriam tueamur, coram & spectante & audiente Serenissimo Rege Polonie, contra hunc Hosium dicimus, Esse impudentissimum mendacium, Sicut supra responsum est.

Reuerenter & Regibus & Principibus, omnibusque in aliqua eminentia constitutis, docemus subesse debere subditos: Cum ipsorum Idolum Papae pedibus conculcare & trucidare summos Imperatores non sit ueritus.

Ex hoc uno crasso & sesquipedali mendacio Serenissimus Rex aestimet alia quoque, quæ longè atrociora sunt, sicut infra uidebimus. Idoneos enim testes habemus & Reges & Principes, quorum regna tyrannide Pontifícia liberata & in libertatem doctrinæ Christi vindicata sunt, qui diuersum restantur, quemadmodum Serenissimo Poloniae Regi non ignotum existimamus.

Calumnia, qua mendacium hoc crassum & uillosum tegere conatur, longè infirmior est, q; ut hoc

ADVERVS STANISL HOSIVM.

prestatre queat Sycophantæ mendacio. Eisi enim do-  
centur auditores doctrinæ Euangelicæ, ut doctrinā  
pastorum examinent, nihil tamē iubentur ipsorum  
ordini detrahere, qui diuinitus constitutus est. Re-  
gum autē etiam extremam sequiem docentur patien-  
ter ferre & subiectione superare, tantum abest ut ad  
aliquam rebellionem nostra doctrina armentur. Si-  
cūt à te impudenter traducuntur Brentius & Verge-  
rius, de quibus uociferaris: Quod ipsorum doctrina  
sit plena seditionis, plena rebellionis contra legitimi-  
mam potestatem à Deo constitutam: Hæc, inquam,  
sesquipedalia sunt & Episcopalia, qualis tu es, men-  
dacia, ut scias Hos, non ueritatis testimonia.

Quod ad testimonia Erasmi attinet, de doctrina  
nostra producta ab Hosio, sæpe responsum est. Ea  
enim partim Mendacio, partim calumnia, partim  
Sophistica constant.

Quod enim legitimū Magistratus iugum ex-  
cutiant, quod doctorem doceamus ex imperite mul-  
titudinis iudicio pendere, mendaciū est palpabile.  
Si uero oibus, & in primis doctrinę imputandū est,  
quod à paucis aut etiam pluribus committitur, quæ  
erit doctrinæ uestræ turpitudo. Et nota est fallacia à  
non causa ut causa. Creuit licentia populi postque Eu-  
angeliū doctrina exorta est. Ergo Euāgelium est hu-  
iū licentia & aliorum flagitorum causa: Tibi ergo  
tuū reserues Erasmi inconstās iudicium, uiri aliās  
j*io*

in bonis literis de Republica Christiana bene meriti, cuius aduersus uos quoq; innumera producere possemus testimonia, quibus pariter & uitam & doctrinam sacrificolorum & Monachorum exceperit, si hac in re ei quidq; tribuendum esset. Sed ad ea quae sequuntur accedamus.

Subinde ad implicitam suam fidem confugit Hолосius, ut suum errorem fulciat. Argumentum Brentij à consequenti desumptum flagellat, ut doceat, confessionē fidei, quae cū periculo mortis cōiuncta est, posse sine iudicio consistere. Sed an non est hæc vox hominis, qui prorsus omne iudicium amisit? Christum enim cōfiteberis nunq; mortis periculo, nisi loqua credas. Dixi aut supra, fidē in adultis non posse esse sine iudicio, quo destituta, opinio est, ratione vel persuasione humana concepta, nō in perspicuo verbo Dei fundata. Spiritualis homo, inquit Paulus, iudicat omnia, & à nemine iudicatur.

Nec protinus sequitur, quod Hosius impudenter mentitur, Brentum ex omnibus auditoribus Evangelij facere Doctores, magnam multorum esse simplicitatem scimus, eamq; Deo gratam. Vicunq; autem simplex est, iudicio tamen non caret, quemadmodū Apostolus Corinthios monet omnes, ut malitia non sensu & intelligentia pueri sint. Nec ex majorum fide salvantur, ut Hosius nugatur, siquidem iustus ex sua fide uiuet.

Non autem omnes adeo rudes sunt in Ecclesia,  
qui nihil aliud sciant quam orationem Domini  
& Symbolum recitare. Et si plerique in Papatu ne  
hoc quidem sciant, quod propter ruditatem & igna-  
ciam sacrificalium doctrinae Catechismi hactenus  
neglecta fuit.

Suum ergo auditoribus tribuimus iudicium,  
quod ministerio & dignitati ministrorum nihil  
prolata derogat. Inter quos inuenias licet sene-  
mero plus in scriptura sacra exercitatos, qd si collu-  
siem aliquam sacrificiorum corradas.

Si uero Hosio Idiota est, qui nihil scit nisi Iesum  
Christum & huc crucifixum, Et Diuus Paulus huic  
sanctissimo Hosio Idiota erat, cui errores & Idolatri-  
maniae ignorantiae fuerunt, quas nomine Catholicæ Ec-  
clesiae imperitis obtrudunt.

Argumentum ex sententia Christi adductum:  
Omitite illos, ceci sunt & duces cæcorum: Quod si  
cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueā cadunt, quam  
egregiè eludit: Dum n. negare non potest, esse offi-  
cium populi ut aliquos omitant, confugit ad signum  
suum, Quod uidelicet Christus nō moneat, nisi  
per suos sacrificulos. Sed hoc est ignotum per æquem  
ignotum, & dubium per æquem dubium probare. Nam  
qd ad episcopos & sacrificulos attinet, pleriq; nec ex  
hortari possunt per doctrinā sanam, nec contradicē-  
tes uerbo Dñi conuincere. Qui uero ex illo arméto  
doceant,

docent, sua somnia sequuntur, quæ cum doctrina pugnant. Cœcitat̄ igit̄ cū iam convicti sitis, qua ratione uobis eam dignitatē uēdīcare audetis, q̄ Chr̄stus per uos moneat, cum certissimū sit, uos satanā preceptorē sequi, uestrarē reuelationū authorem.

Quām frigidē aut̄ exempla Oz̄ie & Oz̄e tractant, quibus nihil aliud docere pōt, cum sint diuersę functiōnes & uocatiōes Magistratus & Episcoporū, q̄ ut quisq; intra fines suos sele cōtineat. Sed quid hoc ad iudiciū Principū p̄iorū & cognitionē uerē doctrinę cōuellendā, que nō minus ad Principes spectat, q̄ ad sacerdotes. Nā qđ ad uocationes attinet, Diuersitas officiorū in hoc consistit, ut legibus & gladio subditos regat Magistratus, publicum docendi munus Episcopi usurpet & sacramenta administrent.

De hoc discrimine loquunt̄ Chrysostomus, Dionysius & Basilis, quibus nos q̄c assentimur. Vide licet nō esse Magistratus officiū titulo uocatiōis suę, munus docēdi in ecclesia & administrādi sacramēta usurpare. Nec hoc sibi sumūt Principes nostri. Sed ministrore p̄iore Ecclesiæ cōnatib. adlunt, à quibus ex scriptura sacra edocti, & in cōsciētia cōfirmati, eū ordinē qđ in ipsis est, ueri ac cōseruare studēt, q̄ Ministeriū ornat & ad edificationem Ecclesiæ cōducit.

Sic salua & inviolata ministris Ecclesiæ soa manet authoritas, & nihilominus Magistratus quoq; suū cōiudicio in Ecclesia facit officium.

Sed utissimum sycophanta meminerit, quod ex Chrysostomo descripsit: Num mihi tuam (inquit Chrysostomus) usurpauis purpuram & ne usurpes meum sacerdotium. Vides quam dissimiles Chrysostomo cui sunt Episcopi, qui non tantum purpuram induerunt Principum, Sed iure sibi deberi ius gladij, quod etiam in hodiernum diem exercent, acriter contendunt. Et ut mihi quidem uidetur de hoc solo contendunt. Doctrinæ enim facilis & plana esset explicatio & cōpositio, nisi obstat luxus, quo suffocati sunt, ut de doctrina partum sint solliciti. Si sacerdoti cœlestia sunt commissa, quomodo ea quæ Regum sunt, hoc est, terrena administrantur? Si Ozia non euasit iudicium Domini, quod sibi sacerdotium usurparerit, qui iuxta uelstram interpretationem nihil inconueniens commisit. Quomodo Episcopi ultionem diuinam effugient, qui Dominium usurpat terrenum nullo amore cultus Dei, & quæ in Ecclesia geruntur, prorsus non curant?

Probè igitur cum nouisset hoc discrimen Brentius, utriuscq; uocationis fines descripsit, sed quod ad cultum Dei attinet, cum Principes sint quoq; pars populi Dei, quæ ipsorum partes sint, contra Alonii docuit. Videlicet, Quod fines uocationis suæ non egrediatur Princeps aut Rex, si librum legis scriptum habeat, eundem euoluat, explicationem sacerdotum audiat, & sicubi ab eius præscripto recedere sacerdotes

sacerdotes uiderit, exemplo Ezechie, Iosiae & aliorum,  
suam interponat auctoritatem, sacerdotes in officio  
contineat, Idola aboleat, serpentem gneum, nihil ob-  
stante, quod diuinitus constitutus fuit, cōterat, & o-  
pera piorum sacerdotum uerum Dei cultū instauret.

Sed quod toties ingeminat, Vbi scriptū sit, quod  
Deus iussert Legem ex ore Regis requirere, mani-  
testa cauillatio est. Non enim Reges aut Principes  
concionant apud nos, ut iam aliquoties dictum est.  
Sed uolunt, & hoc curant, ut pastores audiātur, qui  
ex fontibus ueritatem Dei tradant: qui pastores ne-  
que rasi nec uncti sunt uelstra pinguedine, sed spiri-  
tus sancti necessarijs donis ad docendum instructi  
populo puram doctrinam Euangeliū tradunt. Si qui  
mali & peruersi inter eos reperiuntur, fatemur inge-  
nū, coetum hunc non esse puriorem, q̄d discipulo-  
rum Christi, ex quibus unus erat diabolus.

Gum igitur cognitio doctrinæ & iudiciū in Prin-  
cipib⁹ limites uocationis eorum non egrediatur,  
falsissimum est, quod scribit Hosi⁹, Principem nō  
minus peccare cum cognoscit doctrinam ueræ reli-  
gionis, & iudicat in controuersia de uarijs sententij⁹  
partium in Doctrina uerbi Dei, quam cum usurpat  
sibi officium adulendi Thymiamatis.

Ad locum ex Mose productū, quo armatur ma-  
nus cuiusvis priuati hominis aduersus eū, qui sua-  
de idolatriam sectandam, quid aliud respōdet Ho-

sius, q̄ ut multis uociferetur, nos esse illos, qui alienos deos, hoc est, noua dogmata doceamus. Sed enim hoc soluere argumentum, de quo Hosius magis mutus est quam pilcis? Hoc enim loco non disputatur, utra pars idola doceat vel sequatur. Sed illud quæritur, cum in Repub. Israe lis cur libet licebat interficere suadentem Idolatriam, num hoc sine iudicio fieri voluerit Deus? Si enim populus nescit inter idola & cultum Dei discernere, quid opus erat hanc Legem tradere populo? Ad hoc, inquam, sile sycophanta, & sicco pede traxit clarissimum testimoniū, quod eius uanitatem refutat.

Impudentissima Mendacia sunt, quod uociferantur, nos introducere Aerij, Manichei, Vigilantij, Be rengarj et similiū sectas, cum quibus nostris nihil est communē: quocquot enim Augustanæ confessione adiuncti sunt, horum errores iam pridem damnarūt. Qui uero sibi horum cōscij sunt, p̄ se respōdeant. Principū certe nostro re non gaudebūt patrocinio.

In explicatione loci Mosaici Deu. ii. ubi præcipitur parentibus, ut filios suos doceant Legis uerba, q̄ est ridiculus? Nam ut concedamus, q̄ uerba Legis populo Iudaico fuerint, quod suis oratio Domini, salutatio angelica, Symbolū & Decalogus, An hæc est mens Mose & Domini, ut populus solum quedā uerba ex libro legis excerpat, memoriaz mādet, & instar Psitaci recitat queat, sed eorū sensum g

& ueram intelligentiam ignoret prorsus, neq; de ea  
iudicare posset. Sicut in Papatu factum est, ubi do-  
ctrina Catechismi iacebat negligita: uulgas ne uerba  
quidem orationis Dominicæ, Symboli & Decalogi  
debita forma recitare potuit, tantum abest, ut quid  
sibi ueline, intellexerint. Sacrificuli interdum ipsis  
plebeis rudiores fuerunt. Sed audi Sycophanta, si  
quis Catechismi partes probè teneat & intelligat, is  
tam confirmato est per gratiam Dei iudicio, eis sub  
tiliores conrouersias dijudicare nequeat, de præci-  
puis tamen partibus doctrinæ, in quibus salutis no-  
stræ ratio consistit, ita institutus est, ut errorem fact-  
e animaduertere queat, si quis à uero deviaret. Inue-  
nias etiam magno numero martyres, qui hac Cate-  
chesis doctrina solum imbuti, pro nomine Chri-  
sti & ueritate Euangeli eius, morte constanter subi-  
erunt. Symbolo enim De Creatione, redemptione  
& sanctificatione generis humani docentur Idiotæ,  
Et quod remissionem peccatorum habeant propter  
passionem Christi per fidem, in quem credunt. Ora-  
tione Dominicæ, missis sanctis, ad Deum Patrem in  
nomine Christi accurrit, de exauditione certi.  
Decalogus regulam uitæ monstrat, ad quam mores  
suos componat, non ut peccatoru; ueniam mereant,  
sed ut paucia solius Christi merito imperata Deo  
gratias. Memoria baptismi semel accepti, & usu  
scenæ Dñicæ suam fidem cōfirmat, orationē erga Deū

acceptudunt, & in proposito recte uiuendi roboratut.  
 Cluem, qua ecclie ostium reseratur, quæ est Euange  
 lium, promissio scilicet de gratuita remissione pec-  
 catorum proper Christum, non negligunt, sed ma-  
 gnificiunt, attente audiunt & meditantur, ut per si-  
 dem clave parati in cœlum penetrare possint: Siqui  
 2 Tim. 2. dem Deus seipsum negare non potest, & promissio  
 nes suas seruat. sic promissionem uera fide afferens  
 ad ostium ecclie, sine omni obstaculo, pulsanti ianua  
 ad æternum gaudium aperitur.

Hæc, inquam, Catechismi capita tibi tuisq; sacri-  
 ficulis puerilia sunt, nos tāci facimus, ut ex his uel so-  
 lis Ecclesiæ formemus iudicia, ne amplius impura ue-  
 stra sacra sequant, uidelicet indulgētias Papales, Pe-  
 regnationes ad statuas, Inuocationes Mortuorū,  
 circumgestationem & adorationem Panis, Missas  
 pro uiuis & defunctis, Purgatorium, communio-  
 nem sub una specie, ordines Monachorum, & si-  
 milia, quæ omnia ex diametro cum hisce partibus  
 doctrinæ Christianæ pugnant, sicut aliâs demon-  
 stratum est.

De salutatione Angelica aliâs dictum est, quod  
 non sit oratio uel precatio, quo nomine tam enon-  
 desinunt obtrudere rudioribus. Sed est non Ange-  
 li Gabriti lis, sed compilata salutatio, ex uerbis Ange-  
 li, Elizabete & cuiusdam Pontificis Martini conla-  
 vénata, qui hęc tria uerba non sine amplissima Indul-  
 gentiarum

gentiaꝝ promissiōe addidit, Jesus Christus, Amen.  
Soliꝝ angeli erat salutare uirginem, non nostri, &  
salus perfecta est, quam ille nunciabat. De stultis au-  
tem cultoribus D. Marię, si libet, syeophanta uidere  
potest apud Epiphaniū, quid contra Collyridia-  
nos scripsiterit, Vbi sanctorum inuocationem appel-  
lat mulierum insaniam, & qui hæc doceant, nihil es-  
se præter mulieres, Diabolicum conatum, hæresim,  
& deliramenta, ludibrium & anicularum fabulam,  
Antiquum errorem, stulticiam, Draconis obliquitū  
consilium, errorem, doctrinam dæmoniorum. Hęc  
Epiphaniū sunt non mea uerba.

Sed uideamus, quid ad exempla ueteris Testamē-  
ti respondeat Hosius. Brētius, ut prober Principum  
quocq; esse de doctrina cognoscere & iudicare, pro-  
duxit exempla piorum Regum, Dauidis, Salomo-  
nis, Ezechiæ, Iosaphat, Iosiae, &c. Quantus, inquit  
Brentius, iste Dauid in doctrina pietate, & constituē-  
dis sacris? Quid Hosius? At nos, inquit, exemplum  
eius rei nobis ostendi cupiebamus, ubi iudicasset  
Dauid de doctrina religionis? Respōdet Brentius:  
Scripsit Psalmos Dauid. Quid Hosius? Scribimus  
indocti doctrīq; poēmata paſſim. Hoc ita me Deus  
amet Hosij responsum & Hosij uerba sunt. Ut de-  
mōstret Dauidem de doctrina non cognouisse aut  
iudicasse, p̄fert uerſum: Scribimus indocti doctrīq;  
poēmata paſſim. Increpet te Dominus, Os blasphem-

70 ADVERSVS STANISL HOSIUS,  
mum. Ante aliquot annos scripserat Iureconsultus  
Bartholomaeus Latomus: Cum rudis adhuc esset Ecclesie,  
ritum a Christo acceptum religiosè tenuit,  
donec docta a Patribus intellexit, utrunque speciem  
conuenire Sacerdotibus, Laicos solo pane cōtentos  
esse posse. Cum ea de re esset admonitus, qua fronte  
primitiua Ecclesiam ruditatis in doctrina & usu sa-  
cramentorum accusare auderet, respondet ex Oui-  
dio: Rudis indigestaque moles dixit Poeta de primis  
rerum elementis loquens, quis prohiberet simili ra-  
tione etiam loqui de primitiua Ecclesia: Sine caula  
certe in exilium relegatus fuit Quidius, qui suis fa-  
bulis veritatem Catholicæ, hoc est, Pontificiæ & Ro-  
manæ doctrinæ suffulcierit. Sic Hosius noster, cum  
ad probandum iudicium Davidis producuntur  
Psalmi, responderet ex Horatio suo: Scribimus Indo-  
cti doctrinæ poemata passim. Desinat Pontifex Ro-  
manæ luxæ causæ timere, postquam doctrinæ luxæ tam  
egregios patronos & defensores nactus est, Doaa-  
tum, Horatium, Quidium, fabulas Aesopi, Adagia  
& Martialis &c. Sed audi tu Hosius, Doctus ne tibi  
uideat tuusque David an indoctus poeta: Si indoctus  
ac nullius iudicij in sacris, cur tantopere passim in  
scriptura commendatur? Christus dicit: Oportet o-  
mnia impleri quæ scripta sunt de me in Mose, Pro-  
phetis & Psalmis, & Prophetiam Davidis ad refu-  
tandam

tadum iudæorum prodixit imploratum. Num sine  
iudicio, sine cognitione doctrinæ eximia naticinus  
est de Messia uenturo? Si uero doctus est, & quidē  
b[ea]stia, qua fronte illi & iudicium & doctrinæ co-  
gnitionē derogare audes? Stupore in hoc homine si  
quis non agnoscat, & extremæ cætitatis exemplum,  
stupidus & cæcus ipse quoq[ue] sit necesse est.

Recenset deinde miser homo aliquot exempla scri-  
ptorū, Iustini Philosophi, Apollonij, Heinrici An-  
gliae Regis contra Lutherum, Alberti p[ri]j Caprore  
principis, Longoliū, Picos Miradulz nos comites &c.  
Sed inter hos maximè Heinricū Angliæ regem, qui  
contra sanctissimæ memoriam uire (quem ipse appellat  
Idolum nostre Islebiense) scripsit, & egregie do-  
ctrinā Ecclesie de sacramentis tutatus est. Si sine iudi-  
cio hec scripsit Heinricus rex, cur tā copere commen-  
das? Si uero iudicū in illo & cause cognitio tanta, ut  
cū nostro, ut tu loqueris, Idolo aulsus fuerit in certa-  
mē delcedere, cur à Principibus alienū esse blateras  
de doctrina religiōis cognoscere uel iudicare? Men-  
dace, dicebat ille, oportet esse memorē. Supràscripti  
st, q[ui] per nullas nec diuinatas nec h[um]anatas leges lice-  
at Principi de doctrina religiōis cognoscere. Hoc p[er]  
priū esse episcoporū iā officiū. Nūc uero nō tm̄ iudi-  
ciū probas Heinrici octauī, sed & scriptiōne probas.  
Et ut magis cōspicua esset tua inconstācia, in eodem  
exemplō uidere est. Dum n. sacra uestra tuē scriptiōe

Heinricus, probatur tibi eius iudicium, sed postquam doctri-  
nam amplectitur per Lutherum ex scriptis Pro-  
pheticis & Apostolicis de primatu Papæ traditam,  
improbatur.

Sed ad Dauidem redeamus. Ais, quod non consti-  
tuerit talia sacra, qualia nostri Principes constituant.  
Denuo hic turpissima apparet tergiuersatio. Non non hoc lo-  
co disputatur quid instituerint, sed an licet eis eti-  
am de doctrina cognoscere & iudicare, ad hoc tibi  
respondendum erat.

De losaphat Regem fatet, quod excelsa & lucos ab-  
stulerit de Iuda, Sed quod Ecclesiam reformauerit,  
nullo locorum scripturæ demonstrari posse.

O stuporem, o hominis stoliditatem, impiam do-  
ctrinam abrogare, uerum Dei cultum iuxta prece-  
ptum legis diuinæ instaurare, Excelsa & lucos tolle-  
re, non est ubi Hosie Ecclesiam reformare? Quin po-  
tius ex historia Regum & Paralipomenon constat,  
ea forma per losaphat Regem reformatas esse Eccle-  
sias in Iudaea, que omnibus Regibus & Principibus  
exemplo esse & possit & debeat. Mittit, n. ad instau-  
randas Ecclesias Principes, Leuitas, ac sacerdotes, et  
de Principibus scribitur, quod ipsorum officium fue-  
rit in visitatione seu reformatione Ecclesiarum. Vi-  
delicet, Ut Docerent in ciuitatibus Iuda. Hoc est, co-  
monefaciebant populum uerborum legis diuinae, ei  
hortatores erant ex lege Domini, ne Baaliticos sequant  
amplius

amplius sacerdotes, sed quos rex Misericordia, qui ex Legione Domini populum erudirent & sacra rite perficerent. Horum Principum maxima erat authoritas, qui mandato Regis Sacerdotes & Leuitas in integrum restituebat. Hi vero Principes non usurparunt sibi munus adolendi Thymiamata, Hoc n. sacerdotum erat officium. Sed iudicio ex uera intelligentia legis confirmatio hortabantur populum ut secundum prescriptum legis Domini uiuerent. Vanum igitur est quod Hosius contra expressum textum profert, quasi Isaphat aliquot ex Principibus misserit cum Leuitis & sacerdotibus, ut populum induceret ad obediendum, & punirent rebelles. Vt igitur enim docebat, & Principes & Sacerdotes: una erat iā quod ad doctrinam & Principis voluntatem attinet in hac reformatione uocatio. Haec ne Hosio non videatur legitimam aut uera Ecclesiae reformatio, que omnibus suis partibus constat, ut ex animis hominum per doctrinam legis eximatur Idolatricus cultus, & Idola quae prostabant, ex oculis auferantur, & uerus Dei cultus placetur & instauretur.

Idem prorsus & non aliud agunt pri nostri Principes. Postquam intelligunt religionis ac doctrinæ Christianæ fundamenta, ad reformatas Ecclesias emitunt pariter Politicas & Ecclesiasticas personas, quorum animos sua gratia & ueritatis agnitione illustrat Dominus, qui coiunctis animis & studijs popu-

lum erudiant, Idola ex conspectu hominum auferant,  
 & verum Dei cultum ex scriptis Propheticis & Ay-  
 postolicis instaurent. Hæc iudicio fiant necesse est,  
 non tam sacerdotum quam Principum & politico-  
 rum, qui operam quoq; suam coniungunt.

Exemplum Iosiae magis illustre erat. Qui cum  
 curaret reparari templum, repertus est liber Legis  
 in domo Domini, ibi annotauit Lyra, Dicit Rab. Sa-  
 lomō, Quod cum Achas quereret libros Legis Do-  
 mini ad comburendum, iste fuit absconditus in mu-  
 ro templi, & sic, cum repararentur muri, fuit  
 inuentus.

Quam uanum autem sit, quod scribit, Iosaphat,  
 Ezechiam & Iosia ab Episcopis & sacerdotibus ad-  
 monitos, excelsa & lucos abstulisse, & Ezechie& & Io-  
 siæ historiæ testantur, quod ideo ab Hosio confim-  
 gitur, ut sua gloria, qua ipsos preconiū Spiritus san-  
 cti ornauit, spoliati, sacerdotum sit Honos nō Princ-  
 cipium uel Regum. Sed longè aliter loquitur Spir-  
 itus sanctus, & honorē reformationis non Sacerdos-  
 bus sed Regibus tribuit, ut omnes Reges & Princeps  
 sui officij commonefaciat. Sic enim inquit scri-  
 ptura 2. Paralip. 35. Constituit Iosias sacerdotes in of-  
 ficijs suis, horiatusq; est eos, ut ministrarent in dor-  
 mo Domini. Et paulò antè, Mūdauit ludam & Ieru-  
 salem ab excelsis & lucis. Ac mox: ossa quoque sacer-  
 dotum Combussit in altaribus Idolorum. Hec laus  
 Regis

Regis est sanctissimi, non sacerdotum, sicut Hosius  
nugatur.

Iosias opera Clementiorum librum Legis in-  
uentum & per sacerdotem transmissum curat sibi  
per Saphan scribam recitari. Quem postquam audi-  
vit Rex, scidit uestimenta sua, & iuber consuli Domi-  
num. Vides Sycophanta, quod non Sacerdos Re-  
gem, sed Rex sacerdotem monet. Deinde non mo-  
net interrogare Dominum, quasi uerba Legis igno-  
ret. Nam enim iudicauerat & uerbis & gestibus, scin-  
dens uestimenta & accusans Patres suos, quod non  
audiuissent uerba Legis huius. Debuisse et summus  
sacerdos de Lege respondisse, Deuteronomij deci-  
mo septimo. Res erat ardua & difficultis, & ante o-  
mnia summi sacerdotis requirenda sententia. Sed  
quid facit Iosias? Summum sacerdotem cum reli-  
quis ablegat ad mulierem Oldam Prophetissam,  
quaे uoluntatem Dei exponat. Quid hic facit sum-  
mus sacerdos?

Num ex ore mulieris requirenda est Lex? Puta-  
bam scriptum esse: Labia sacerdotis custodiunt sci-  
entiam & Legem requirent ex ore eius. At custo-  
dia Legis illis adempta & mulieribus commissa,  
quibus nefas est, iuxta Apostolum, in Ecclesia  
loqui:

Hæc mulier Regem commendat, non sacerdo-  
tes, qui non Legis sed Idolatriæ erant custodes. Rex

legem audit recitari per Saphan scribam uel cancellarium suum: statim intelligit: nullæ hic sunt partes sacerdotis, qui legem interpretetur: perspicua enim erant & clara uerba, sicut & transgresio à sacerdotibus pariter & Regibus perpetrata, qui Iosiae maiores erant.

Define ergo sycophanta has nebulas offundere simplicibus, ut piros Reges & Principes suo honore & gloria, qua ipsoſ Dominus ornauit, spolies. Ac futurum spero ut aliquando & Sereniss. Rex Sigismuſ animum adſcriat ad reparandum templum Dñi, ubi una uetula plus ex scriptura docere poterit, in domo sua, q̄ uniuersus ordo iuorum Cardinalium & Episcoporum in templo, Eiſiſperem aliquos etiā inter ipſos eſſe, qui rectius de doctrina iudicent q̄ tu & tui ſimiles sycophantæ.

Quod ait: Episcopos nostri temporis implorare Principum auxilium, ut Idola ſua authoritate tollat, Mendaciū eſt. Qui n. ex Episcopis non habet plenā potestatem in ſubditos: tantum ab eis hortatores ſint regibus uel Principibus, ut Idola tollat: quin in hoc potius incumbunt unicè, ut ab hoc ſtudio & conatu eos deterrent, uociferantes nihil prorsus ad Principes pertinere Ecclesiastica. Administrēt, aiūt, hi ſua, hoc eſt, terrena, ea uero quæ ad templū & cultum Dei pertinent, permittat Sacrificulis, nō immisceat ſe ſe Ecclesiasticis, De eorum doctrina, ſacris, & ceremonijs

ceremonijs nefas esse magistratui cognoscere aut iudicare. Hęc cum ita se habeant, qua impudētia uociterari audet hic blatero, quod Principū culpa sit, si minus recte omnia in Ecclesia gerantur?

Deinde pleriq; Episcopore non solum Principes sunt, sed multis q; Principibus superiores. Scipios ergo implorent, si Idols sublata uelint, qui plenam ex uerbo Dñi reformandi Ecclesiam, potestatem habent. Implorent summum Pontificem, qui princeps Principū est, & Rex regū, qui si uellet, fortasse possit, magistratu politico nō obstante, Ecclesiam Christi repurgare scilicet.

Sed plus quam notum est, quibus precibus & misericordiis Imperatores, Reges & Principes inflāauerint, ut lucē doctrinæ Evangelicæ extinguant, quam ferre non possunt, tūn iporum opera pariter cum doctrina sicut mala & cum ueritate doctrinæ Prophetiæ & Apostolicæ pugnantia.

Quod si uero eadē qua ccepistis crudelitate perrexeritis, nouim sit uobis, quod his uestrīs flatibus nō extinguetis, sed accendetis lucē, quæ suos radios in oēs partes orbis ante nouissimum filij Dei adueniū emisit. Tam enim absurdus & inutilis erit hic uester conatus, ac si quis flamnam foliib; restinguere cupiat, quibus subinde magis accendat, subiiciendo scilicet materiam Domino, hoc est, ad agnitionē sui filij subinde per uitutem spiritus sancti aurahē.

78 ADVERSVS STANISL. HOSIVM,  
do, qui nunc in tenebris sedent. Sed exorietur illis  
quocq; ut speramus, Euangeli lux, quæ eis ad uitam  
æternam luceat.

In spem autem erigitur animus meus minime  
dubiam, fore ut brevi in tota Polonia erumpat flam-  
ma, quæ iam aliquot annis coarctata fuit, eoq; maio-  
re impetu præter expectationē omnium, quo diu-  
us pressa fuit. Scribit in crudeli sua exhortatiōe Ho-  
sius ad Serenissimum Poloniæ Regem : Potes uel  
nutu saltē magno tui nominis decore cathedras  
contra cathedras constitutas euertere, potes altaria  
contra altaria erecta demoliri, Modo uelle te homi-  
nes intelligent.

Sunt ergo beneficio Dei in Polonia constitutæ  
Cathedræ, ex quibus syncerum & incorruptum uer-  
bum Dei auditur, Sunt ergo altaria extorta, ubi au-  
xta Christi institutionē corporis & sanguinis Chri-  
sti fit dispensatio. Nec dum homines intelligere pol-  
lunt, quòd uelit ea Sereniss. Rex demoliri. Hæc om-  
nia spem nostram confirmant, Cor Sereniss. Re-  
gis Poloniæ, quod sicut divisiones aquarum pro-  
nuntiat Salomon, in manu Domini, brevi ad uo-  
luntatem Domini immutatum iri, ut propagationi  
ueræ doctrinæ & instauratiōni Ecclesiarum Chri-  
sti seruiat, Amen.

Habes nunc Hosí, cuiusmodi tela Brentius sub-  
ministraverit, quibus seipsum tua opinione iugula-  
uerit.

uerit. Diuersum ex his, quæ nunc dicta sunt, deprehenderet pius Lector, & quanta sit tua & Sotii ruditas & improbitas, perspicue me demonstrasse iudico. Nunc ad ea, quæ sequuntur, pergam. Inuitus. n. Le<sup>t</sup>orem in tuis & Sotii lordibus expurgādis detineo.

Allegoriam Brentij de Thymiamateadolendo, quod solis Aheronis sacerdotibus cōueniebat, probat eo usq; Sotus, quod nō neget significatio placatiōnem irae Dei, & quod fuerit umbra sacerdotij quoniam functus est Christus in Ara crucis, per quod Deo reconciliati simus. Sed consequentiā se non intelligere refingit, scilicet, q̄ hęc dignitas soli Christo cōueniat, uidelicet q̄ ipse solus sit recōciliator & mediator inter Deū & hominem, & q̄ solus placauerit iram Dei, eamq̄ uirtutem bonis operibus hominum adimat.

Sed quibus argumentis probat, plures esse sacerdotes mediatores & recōciliatores & satisfactores. Testimonij Cypriani, Nazianzeni, Hieronymi & Chrysostomi, qui testen̄t sacerdotis officium esse populi mediatorem apud Deum inter Deum & hominem effici. Item quod mediij inter Deum & humanā naturam stent, illinc beneficia ad nos deferētes. Sed audiat lector pius quid paulo post scribat: Necq; tñ. inquit, uel horū uel posteriorū quisq; qui uulgo uocatur scholastici, tribuit hoc unq; Ecclesiæ ministris, qd propriū est filij Dei munus, ut eos ad eundē morū legatos, mediatores, intercessores, recōciliatores

esse diceret, quemadmodum ipsi Christo uero Dei filio hæc omnia competunt. Nihil enim aliud eis cui huunt, q̄d quod à Paulo tribuitur: Deus, inquit ille, nōs reconciliavit per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis &c.

Si hoc serio sentit Hosius, quid aliud est quam manifesta sophistica, fallacia scilicet æquivocationis. Non enim mediatoris, sacerdotis & reconciliatoris nomina derogamus ministris, si de ipsorum ministerio intelligatur, et si periculo non careat, nisi soberbia accesserit interpretatio. De nominibus & uerbis nō instituimus inanē λογου ἀρχαί, de rebus disputamus. Res in cōtrouersiam uenit: An ullius hominis operibus Deus placari possit, hoc est, an homo suis operibus in gratia uel extra gratiam Dei factis, remissionem peccatorum mereri possit: De hoc dum querit Brentius, Hosius de ministerio hominum loquit̄, qđ nihil ad rem facit. Etsi in eo quoq; hallucinetur fallacia usitata. Nam cum scribit: Quam ad rē Pater misit filium, nisi ut inter Deum & homines pacem faceret? Ad hanc ipsam rem suos quoq; filius misit in uniuersum orbem sacerdotes & Episcopos, ut eorum ministerio reconciliarentur Deo. Est autem fallacia à dicto secundū quid ad dictum simpliciter. Cum enim duplex fuerit in terra Christi officium, sua scilicet morte & passione mundum reconciliare Deo, & eandem reconciliationem prædicatione Euangelij

Evangeliū annūciare mundo: posterius cum Apo-  
stolis & Episcopis habuit commune. Prius aut̄ Chri-  
sti proprium est, ubi nullum admissit laborum & do-  
lorum locum, quibus peccata totius mundi solus,  
solus inquam expiavit.

Huius beneficij participes simus ministerio ho-  
minum, qui manus & linguam accommodant, ipse ve-  
ro est, qui baptizat, qui peccata remittit, qui reconcili-  
at, qui interpellat pro nobis, qui docet, qui confe-  
rat Eucharistiam, ille est qui porrigit sumere uolē-  
tibus. Hæc cum Hoc si non mea uerba, quis non  
uidet, quod rem concedat nostris & de uerbis <sup>et iuxta</sup>  
~~huc~~ instituat? Nos autem suo loco docebimus, quod  
non sit hec ipsorum sententia, eis uerba nostrorum  
dolose imitentur.

Quod ad ministerium sacrificiorum in missa at-  
tingit, saepe demonstratum est, sine mandato Dei fieri  
oblationem panis & uini, quod ipsi appellant cor-  
pus & sanguinem Christi in Cœna. Christus enim  
non præcepit aut instituit eiusmodi spectaculum, in  
quo unus edat & bibat, & reliqui sint esurientes & si-  
tientes spectatores. Multo minus hoc spectaculum  
uoluit esse canalem quandam, per quem gratia eius  
in spectatores deriuaretur. Dispensationem corpo-  
ris & sanguinis sui instituit cū pane & uino, per mi-  
nisterium hominis, qua cessante, & inane & Deo in-  
gratum est hoc spectaculum.

Quod scribit: Sacrificulos & habitu & actione re  
presentare reconciliationem, & quemadmodū ea fa  
cti sit in cruce sub aspectum astatis populi subiiciat.  
Respondemus, Lodiceos illos cōcōnatores à Chrl  
sto non esse consecratos, qui lodicibus & scēnicis ge  
sticulationibus concōnent populo, Sed instituille  
docendi ministeriū, in quo uiua & expressa uoce de  
reconciliatione per sanguinem Christi facta erudia  
tur populus: Ite, inquit, in orbem uniuersum, & pre  
dicate Euangeliū. Reseruet ergo sibi suos lod  
iceos & scēnicos Sacrificulos Hosius. Nos ministe  
rio docendi à Christo instituto, & dispensatione  
corporis & sanguinis Christi, quæ fit sine illis ges  
ticationibus, contenti sumus, & opus illius confi  
etæ oblationis cum sacrificulo, & sacrificulum cum  
oblatione refūcimus.

Sed quām fraudulenter excusat doctrinam schol  
asticorum operæ preciū est cognoscere, cum docet:  
Missam ualere ex opere operato, nō aut ex opere o  
perantis. Sensus scholasticorū est: sacrificium, quod  
hic offerat Deo pro uiuis & defunctis, Deo gratū &  
acceptum esse, etiamsi impurus et malus sit fācerdos  
offerens. Hic per opus intelligit Hosius totam actio  
nem, quæ ministeriū hominis sit, ad dispēlationem  
sacramenti institutū, quod nō pendeat ex dignitate  
uel indignitate ministratis, sed ex uerbo institutis,  
cuius ueritas sibi semper constet. Perinde ergo esse

¶ Missa celebret ab impuro ac puro sacerdote. Quid  
habet hæc explicatio absurdum? Sed fallacia est, quam  
uocant Amphibologiam. Coaceruantur enim hic  
multa ab Hesio, quæ propriè non sunt ministerij à  
Christo instituti. Nam cum principalis pars Missæ  
sit manducatio corporis & sanguinis Christi, quo-  
modo potest ea ualere, hoc est, Deo grata esse sine fi-  
de & poenitentia? Deinde quòd unus pro omni-  
bus offerat, hoc à Christo nullo modo institutum.  
Frustra ergo oblatio nomine ministerij commen-  
datur. Quod ad preces attinet, quas sine fide & poe-  
nitentia ad Deū fundit, quis crederet eas ualere, hoc  
est, Deo gratas & acceptas esse: quæ etiam ad pecca-  
tum reputantur. Ecclesia pro se orat, oranti singuli  
pro se inuitem. Vni autē tribuere, quod omniū est,  
nullus Christianorum agnoscit. Nō est nobis igno-  
ra consuetudo primitiū Ecclesie, cum populus mu-  
nera sua afferret ad conseruationem ministerij uer-  
bi & pauperum sustentationē. Sacerdotes, hoc est,  
ministri Ecclesie precibus ex omniū uotis collectis  
Deo cōmendabant & offerebant: addebāt sua uota  
etiam offerentes, dum lingua non ignota sacra pera-  
gerentur. Hoc totū iam sacrificulo tribuitur, quasi is  
solus totius populi oblationes & preces Deo offerat.  
Si uero hoc cū omnibus p̄is habet cōmune, preces  
sacrificuli ad ministerium eius ita referri non possunt,  
ut mediatoris nomē inter Deū & hominē obtineat.

Psalm. 109.

Cum ergo dicunt: Missam ualere ex opere operato, quæ impietas hac uafra interpretatione regatur, iam dictum est.

Sed ne quis putet, me minus candidè illore dicta & facta interpretari, audiamus quod pro se afferat Hosius ex Scoto testimoniu: Missa (inquit Scotus) non solum ualeat uirtute meriti siue operis operatis, sed etiam uirtute sacrificij et operis operati. Vel non solum ualeat uirtute meriti siue operis operantis, utrum etiam uirtute meriti generalis Ecclesiæ. Hac sententia trium personarum complectitur merita, sacerdotis, Rei quæ offertur, & Ecclesiæ pro qua offertur. Et ut Missa sit salubris necesse docet, ut ad minus Ecclesiæ meritū accedar, si nō & sacrificuli. Si igitur uel sacrificulus uel Ecclesia mereatur remissionem peccatorum, meritum non est solius Christi, quem dicimus nobis sua passione plenariam remissionē omnium peccatorū promeruisse. Sic iuxta Scotum Missa ex opere operato nō ualebit, quæ phrasis docet opus Missæ in se considerare sine respectu ministri aut Ecclesiæ. Atq; hoc modo impia sententia, quod Missa ualeat ex opere operato alia superinducta impietate de meritis uel sacrificuli uel Ecclesiæ refutat. Sed quid opus est pluribus: Missa Pontificia per se impia, quomodo ergo ex opere operantis uel operati ualeret.

Basilij locus Hosio prorsus nō patrocinatur, qui docet

docet misericordia Dei & sanguine Christi nos mū  
dari à peccatis, si quoque dignos resipiscentiæ fructus  
fecerimus. Idem non nos docemus, frustra gloriari ho  
mines de historica fide, que sit sine cōuersione & pœ  
nitentiæ fructibus. Sed lōge aliud est fructibus pœ  
nitentiæ esse Deo gratū pro accepta remissione pec  
catorum: & fructibus pœnitentiæ mereri remissio  
nem peccatorum. Estque hæc nota fallacia à non cau  
sa ut causa.

Nec eum saluabit estugium, quod ait, opera pio  
rum precioso sanguine Christi aspersa esse, ex quo  
premium suum omne mutuantur. Fatemur nos quo  
que opera fidelium aspersa esse sanguine Christi, &  
placere Deo propter Christum, non ut aliquid me  
reantur, sed ne dānentur, cum imperfetta sint. Prī  
usque enim fiant, necesse est ut homo ea faciens, sit in  
gratia, & habeat remissionem peccatorum, sicut lcrī  
ptum est: quidquid nō est ex fide peccatum est. Quo Roman. 14:

modo ergo remissionē peccatorū mereri possunt.  
Frustra igitur excusat Papistarum impietatem nī  
biderogari merito Christi, quando in hunc modū  
de meritis bonorum operū docetur. Luce enī mī  
ridiana clarus est, omnium ferè animos sub Papa  
tu fascinatos fuisse opinione meriti nostrorum bo  
norum operum, quæ nobis etiam tot ordines Mo  
nachorum & superstitiones peperit.

Sed tales fūcos nūc queritis, ut simplicium per

Stringatis oculos, quāto satius erat errorem & mortuum ingenuè fateri, & medicinam oblatam grato a/nimo recipere, ne forte longius à uobis recedat, & uos in tenebris & impietate uelstra pereatis.

Sed hæc extra causam quoque dicta sint, ne syrophanta queri posset, hæc à nobis studio dissimulata esse, in quibus nucleus aliquem pietatis collocauit. Modo unum adhuc audiamus quod in Brentio criminatur Hosius, qui sine causa in uenerabilem uirum Petrum à Soto propterea inuictus sit, q̄ scripsit: Osam licere sibi credidisse arce manus preter omnē temeritatē admouere. Exculat temeritatē testimonio Nazianzeni, qui dicit Osam arcā lapidram manu sedula & sollicita sustentasse. Syllogismus est:

Qui sedulo & sollicitè aliquid agit, nō temere agit.  
Os̄a sedulo & sollicitè egit, Ergo  
Os̄a non egit temere.

Hoc argumento insultat Brentio, subiungens:  
Cū ualidiora quæ proferat argumenta non habeat, cauillis eiusmodi uirum & bonum & doctum uexare conatur.

Quām falsa aut̄ sit maior, ipsius Hosij testimonio comprobabo, qui nostris tribuit magnam & sedulitatem & sollicitudinem in dicendo & scribendo, quos nihilominus temeritatis accusat, quod eiusmodi labore non præente Ecclesiæ decreto suscepérint.

Non ergo uel sedulitas uel sollicitudo temeritatē excusabit,

excusabit, cū impietas sāpe sit magis sedula, q̄ qui  
verā & piā causam tuerit. Sicut n. filij huius seculi  
sunt prudentiores filijs lucis, ita & seduliores.

Eas nunc Sycophanta & Brentio uel conuicta uel  
cauillationes obīcias, qui quām ruz piter illudas Le-  
ctori cauillationibus, iam partim demonstratū est,  
& sequentibus libris demonstrabimus.

Horribilem blasphemiam hoc loco denuō notet le-  
ctor, q̄ piā doctrinā Satanismum appelleat, ut scia  
nus Papistare ruinā nō procul abesse, q̄ in tāta luce  
meritatis tā horrēdas blasphemias euomere audent.

Hanc excipit mendacium, q̄ nugatur: apud no-  
stros quemlibet uelle Apostoli, Pastoris, doctoris,  
officio fungi, etiamsi legitimè uocatus non sit.

Eiusdem ordinis mendacium est, quōd blaterat,  
Brentiū ideo odiſſe ordinem, quōd uideat suas hæ-  
reses consistere non posse, si saluus sit ordo Aposto-  
licus. Quām impudenter enim hæc mentiatur, om-  
nes uident, nec ulla refutatione indiger.

Quōd subiungit de Principibus, quos ex sentētia  
Brentij apparitores & lictores suos faciāt Episcopi,  
dum sine iudicio mādata & decreta Episcoporū exe-  
qui tenent, manifesta fallacia est, quam uocant acci-  
dētis. Accidit n. interdū Principibus ut de malefi-  
cijs & cædibus nō cognoscāt. Nū uero propter quo  
rundā locordiā religiū officiū facere nō tenentur?

Aliud Sophisma credit Princeps iudicib. à se cō-

stitutis. Ergo etiam credat iudicibus à Deo constitatis. Fallacia est, quæ dicitur consequentis. Nulla enim hic est similitudo. Nam si eadem ratione Princeps tenetur credere Episcopis, qua suis constitutis iudicibus, penes Principes erit summū iudicium, siquidem iudicium suorum sententiā non modo cognoscere, sed etiam mutare & prorsus abrogare licet Principi. Quod Principibus nunquam cōcessuri sunt sarcificuli.

Mendaciū est, quod scribit ex quo tempore Imperium penes Christianos fuerit, nemo Regum & Principum Christianorum de causa fidei sibi iudicium arrogare ausus est, sicut suo loco docebimus. Nec constitutio Iustiniani hoc uult quod tu inde sophisticè colligis Sycophania. Non ignoramus Episcoporum esse examinare hærebes, sed executionem mandare Imperatoribus nulla ratione reddita, cur hic vel ille hærebeos damnatus sit, hoc minimè Apostolicum sed tyrannicum est. Et mitius cum lictoribus agitur & carnifibus quam Principibus. Carnifices enim causam mortis plerunq; pronunciari audiunt, quo supplicium meritus est reus, Principes autem horum iudicio cæcos esse oportet, nisi uindi etiam Dei in se prouocare uelint.

De successione Episcoporum, quod multis agit Hosius, paucis expediri potest, in primis uero notwithstanding fallacia Hosi, qua locum Irenæi deprauauit. Etenim

Etenim Dominus sic dissenseruit discipulis post resurrectionem suam a mortuis, Et ex ipsis Scripturis ostendens eis, quoniam oporebat pati Christum, & intrare in gloriam suam, & in nomine EIVS praedicari remissionem peccatore in toto mundo. Et erit consummatus discipulus, & similis patris familias, qui dethesauro suo profert noua & uetera. Quapropter, eis, qui sunt in Ecclesia presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, sicut ostendimus, qui cum Episcopatus successione, Charisma Veritatis certum secundum placitum Patris acceperunt. Hae Irenei uerba deprauat Hosius, & inde docere conatur, successioni alligatam ueritatem, cum Ireneus solum doceat, cur presbyteris in Ecclesia credendum sit, uidelicet cum ex scripturis exemplo Christi ueritatem proferunt, a qua ueritate si recedat, homines, haeretici sunt, quacunq; successione gaudcent. Plana sunt uerba Irenei, illos presbyteros audiendos, non qui simpliciter succedant Apostolis, sed qui cum successione Charisma ueritatis certum acceperint, Fallacia dicitur amphibologia, quam alia ornauit, quæ est compositionis & diuisionis.

Quod ad reliquorum scriptorum testimonia attinet, non ignoramus S. Patres multum successioni legitime tribuisse, sicut merito tribuendum est, ad quam etiam saepenumero prouocarunt, eamq; aduersus haereticos userunt. Haeretici enim noua & impia con-

M

tingentes dogmata, sicut scripturis probare nō poterant, ita consensu maiore destituebant, quibus eiusmodi dogmata ignota erat. Frustra ergo illo tempore consensu allegabat Arrius, & recte urgebant Orthodoxi, qui & scripture testimonij & patrum consensu unanimi Divinitatem filij Dei asserterebat. Sed quod nudam successionem haereticis obiecerint, sine ueritatis testimonio ex scriptura de proprio, hoc ut a ueritate alienistum est, ita solū hi fecerunt, qui Pontificū Tyrannide stabilierūt, cuius paulo post exempla proponemus.

Sic non miramur, quae D. Augustinus cōmemorauit de cōfessione populi ac gentium, auctoritate miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, ueteri state firmata, quæ ipsum i Ecclesiæ gremio instissime tenuerint. Faciant hęc ad confirmandum animum uacillantē. Si uero expresso Dei uerbo, miraculis cōfirmato destitutus fuisset Augustinus, quantū presidij in his omnibus ipsum collocaturum fuisse exitimam. His permotus est & excitatus, donec ita in scripturis profecit, ut scripturæ propter seipsum credaret, non cuiusq; scripta, cuiuscunq; auctoritatis, ueritatis & sanctitatis essent, recipere dignetur, quæ eū scriptura canonica pugnant, sicut psalmi uidere est, præsertim in Epistola 19 ad Hieronymum, qui Augustinum auctoritate premebat magis quam argumentis uincebat.

Quæ fuerit Roma. Ecclesiæ principalitas, de qua Irenæus

Irenæus loquitur & unde nata, ipso ex Caluino de-  
scripsisti, ut non opus sit commemorare multis. Vie  
delicet magnum honorem Ecclesiæ Romanæ detin-  
uisse veteres, Reuerenterq; de ea locutos, uel quod  
constituta fuisset Petri ministerio, uel q; in ea Ca-  
put esset Imperij (quod ego maximè crediderim)  
uel quod alijs sedatior & minus turbulenta fuerit.  
Hanc principalitatem nemo derogauit Rom. Eccle-  
siæ. Sed quod interea temporis non degenerauerit  
a Pauli & aliorum præconio, & quod iure Diuino a-  
lijs omnibus superior sit, cuius Episcopus omnibus  
alijs præsideat in toto orbe dispersis Ecclesijs & Epi-  
scopis, ac in eos potestatem & eminētiām habeat, id  
alijs demonstrauimus quām sit uanum.

Quod ex concilio Chalcedonensi profert, accla-  
matū fuisse: Omnes ita credimus: Papa Leo ita cre-  
dit: Cyrillus ita credit, Papa Leo sic interpretatus  
est. Et iterū: omnes sic credimus, Papa Leo sic credit.

Hæc ne sunt Apostolicæ uoces; non habet aliud si-  
dei suæ fundamētum, quām hanc uocem, Papa Leo  
sic credit: Hactenus aduersus nos ad rauim usq; uo-  
ciferati sunt, nos Lutherum pro Deo adorare, apud  
quos illud Pythagoricum obtinuerit, αὐτὸς ἡ φα. Si-  
c ut perfidus trāsfuga Staphylus nobis occinit. Sed  
quid nunc auditur ex ore istore: Papa leo sic credit,  
ergo omnibus sic credendum est.

Lutheri sanè authoritas est, sicut merito esse de-

*Acto x.  
Concil.  
Calche.*

bet, magna, sed hominem suisse agnoscimus, nec ex eius scriptis doceri potest, q̄ sibi tantū arrogauerit, ut oīa sua scripta dicta & facta poraculis diuinis haberī uoluerit, sed quāe non uidebant aperta & per spicula scripture testimōia habere, iudicio uerē ecclēsiae & piorum omnium subiecit. Sed si quid euomuerit Pontificium Idolum Papa, statim acclamatur, Pa pa sic credit, omnes sic credimus, in eius dicta inquirere nefas est, de eius responsis dubitare huic superstitioso & Idolatrico Hosio est maiestatem Dei scru tari, & in iudicia Dñi imperuestigabilia inquirere.

Nihil horum sibi arrogarunt Apostoli, sed ueritatem doctrinæ suæ Propheticis scriptis comproba bant. Quomodo ergo hanc enormem impudentiā feremus in istis Pseudosuccessoribus Apostolorū, qui illorum locum & Cathedram occuparunt, sed fidem amiserūt, & in Ecclesia Christi crudeliter do minantur & Idola tuentur.

Sed quanta est hominis impudentia, quod negare audet, Vriam summum sacerdotem suisse in Hierusalem, de quo 4. Reg. 16. scriptū, q̄ contra expressum Dei uerbum ex mandato Regis Achab extruxerit altare ad exemplum & similitudinem Altaris Damasceni: & altare gretum, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi etc. Scriptura eum appellat sacerdotem, & Nicolaus Lyra, qualis sacerdos fuerit, explicat; Misit rex Achaz ad Vriā, qui erat sum

mus sacerdos in Ierusalem.

Non dubito ea quoque legisse Hosium; extrema i-  
gitur improbitas sit necesse est, quod hec non dissi-  
mulare, sed negare audet.

Non ignoramus, quod Ierooboam fecerit Sacer-  
dotes de extremis populi, quos etiā Prophetae acris-  
ter corripiebat. Sed quid hoc ad locum Jeremiā à Bre-  
tio productum, qui de sacerdotibus & Prophetis le-  
rosolymitanis loquitur: à Prophetis inquit Ierusalē  
egressa est pollutio super omnem terrā. Illorum n.  
exempli reliqui quoque idolatriæ indulgebāt, cū ui-  
derent summorum sacerdotum & Regum authori-  
tate defendi.

Frustra ergo priuilegium successionis tuorū Epi-  
scoporum defendis tam crassis & palpabilibus mē-  
dacijs, quorū ut uel tandem te pudere incipiatur, per Epi-  
scopalem dignitatem tuam te oro atque obtestor.

Verum, inquit, demus hoc tibi, quod Aaronis  
dignitati succedit rit Vras. Quæsto te quid ille fecit  
aliud, quam quod aliquando factum à Marcellino Po-  
tifice legimus, qui in horribili Christianorum sub Ma-  
ximiano & Diocletiano persecutione, metu suppli-  
ciorum, quæ fuerunt illi intentata, thura adoleuit, a-  
riscque iniecit.

Quid audio; hoccine est Vriæ facintis excusare?  
quod à regis iussu factum est? & ad excusationem  
non minus atrox facinus Marcellini abnegatoris  
afferre?

An non uidetur tibi horribilis error & lapsus publica nois Christi abnegatio per Marcellinū facta? Q[uod] suo exemplo multorum fidem, q[uod]d in se erat, labefactauerat. Qui me negauerit corā homib[us] ( inquit Christus) negabo illūq[ue] corā meo Patre cœlesti, Mat. 10.

Sed eò perueniunt tandem Pontificiorum errorum defensores, ut à Sathanā dementati tandem Caiphas & Annæ iudicium, Vrię Idolatriam, abnegatorum ueritatis horrendos lapsus, partim defendant, partim excusent.

Familiaris huic Episcopo fallacia accidentis est, dum exēplo Vrię nos reuocare studet ne Principib[us] iudiciū & cognitionē de doctrina religionis tribuamus. Fieri n. & accidere potest, ut Princeps iniqui subeat, & pastorum animi metu frangantur. Sed si propter hoc periculum Principes suo iure priuare uellemus, quid in toto orbe constaret, cum abusus in omnes omniū uocationes & res irrepere queant. Fiat igitur quod iustum & rectum est. Qui hoc iure diuinatus concessio abutentur, rationem redditū sunt Deo. quid hoc uel ad me uel ad Hosium, multo mindis ad rem præsentē: ubi quid fieri debeat, non quid fiat & fieri possit disputamus.

De filijs Eli, quām belle arripuit Brentium disserentem, quos ait, non successisse in dignitatē patris, q[uod] ipso uiuente in bello perierint. Quasi uero hoc ignorarit Brentius. Sed audi quid Lyra tuus: Veniebat

bar puer, inquit, sacerdotis de mandato filiorum Heli,  
qui erant sacerdotes sub patre suo. Et paulo post: Et  
antequam adolerent Adipem: inquit Lyra, scilicet filii He-  
li: quia ad eorum officium pertinet bat cremare adi-  
pes sacrificiorum super altare Holocaustorum.

Pertinet ergo hec respōsio tua ad caput, quod di-  
ximus esse sycophantiā siue calumniam, unde pater  
eius nomē & appellationē Diaboli sortitus est. Dia-  
bolus n. calumniar et author et pater est. Et recte di-  
ctorum ac factorum depravatores pro suis obsequiis  
tissimis filijs agnoscit, inter quos te non postremo  
loco numerādum existimo, usq; adeo sedulam ope-  
ram in hoc tuo libro aduersus Brentium calumnijs  
& mendacijs nauasti.

De filijs Samuelis idem quod de filiis Heli acci-  
pias responsum, quod etiam ad locum communē  
tuum calumnię refertur.

Cū de doctrīna quereris, sycophanta de moribus  
respondet, legitimū successore propter corruptos  
& depravatos mores nō esse reūciēdum. Vt hoc illi  
demus, iam aliquoties testati sumus, nos à Pōtificia  
religione non fecisse discessionē propter dissolutā  
& turpem ipsorum uitam solum, sed propter Idolo-  
maniā, errores & blasphemias, quore conuicti sunt.  
Frustra ergo hoc q̄c passim in suo libro inculcat.

Quamobrem si quis, ut tuis utar uerbis, suc-  
cedat in eam ueritatem doctrinæ, quam præ-

ADVERVS STANISL. HOSIVM,  
dicauerūt Apostoli, religio nobis fuerit, ab eius mi-  
nisterio recedere, nisi adeo dissoluta sit uita eius, ut  
aucta Apostoli sententiam non liceat nobis cum il-  
lo cibum sumere.

Frustra igitur hoc loco, pro more tuo in re plana  
declamitas de discrimine personæ & officij sacerdo-  
tum, quod etiam sine tua opera scire poteramus.

Sed audiamus, quod sequitur: Nihil igitur impe-  
dit Brenti, inquit, quo minus habeat Spiritum san-  
ctum Episcopus aut sacerdos, quo si minus ipse san-  
ctus est, sanctos tamē alios faciat uel docendi uel ba-  
ptizandi ministerio. Quid magis absurdum, quam  
dicere hominē posse habere Spiritum sanctum, et si  
ipse sanctus nō sit. Est enim contradictione manifesta.  
Quod si Spiritus sancti noīe ministeriū intelligere  
uoluisset, aliter loqui oportet. nolo. n. quid ē p̄ cauī-  
lari studio. Sed candidus lector facile intelligit quo  
sensu hæc ab ipso afferātur, ut scilicet doceat, sed fru-  
stra, illorum personis propter successionem spiritū  
sanctum alligatum esse. Quod quam friuolū sic iam  
docuimus.

Ad promissiones adductas, quæ non minus illu-  
strem præsentiam Dei testantur in Ecclesia iudicior̄,  
quam Christianor̄, cū nihil aliud quam purum  
NON afferat, iudicium lectori cōmittimus, qui fa-  
cile videbit, conscientiam hominis uicti, cū nihil  
contra afferre potuerit.

Sed

Sed audiamus, quam afferat diuersitatis rationem  
 inter uoces Iudaicorum sacerdotum, qui clamabant:  
**Templum Dñi, Templum Dñi, Templum Dñi.** Et  
 Papisticos sacrificulos ac monachos, qui clamant: **Ecclesias Ecclesia.** Diuersa, inquit Hosius, fuit illorum (Iudaicorum sacerdotum) ratio, qui cum non corda solū,  
 sed & manus habebant pollutas Furto, homicidio,  
 periurio, adulterio, sacrilegio, & cultu eorum Deo/  
 rum, quos nesciebant: audacter nihilominus ingredi/  
 ebantur domus Dei limen, & erecta ceruice stantes  
 exauditas in ea preces suas persuasum habebat. Nō  
 hac ratione nos clamamus: Ecclesia Ecclesia, hacte/  
 nus Hosius.

Potuisset autem Hosius sacrificulorum suorum  
 impietatem pariter & mores conuenientius descri/  
 bere, quam his uerbis ab eo factum est: An non cor/  
 da pariter & manus pollutas habent furto: quod cō/  
 tra ipso met Canones pluralitatem beneficiorum se/  
 quunt: ut nihil dicā de exactiōibus qua Domos ui/  
 duarē comedunt, & fallā persuasiōne suffragiorum suorum  
 pro redimendis animabus ex conficto Purgatorio:  
 quam scitē non mulierculis solum, sed regib[us] quo/  
 que & Principib[us] emungunt pecuniam? Vt homi/  
 nibus seruent fidem, non erubescunt eam frangere,  
 quam Dño Deo suo in baptismo dederunt. Quām  
 plenae sint manus uestrae sanguine sanctorum, mul/  
 ta millia sanctorum Martyrum loquuntur, quos cru-

deliter propter confessionem ueritatis trucidastis.  
Quam crudelitatem tantū abest ut agnoscatis, quin  
uos Deo gratissimum cultum præstare persualum  
habueritis, si nostro sanguine terrā purgetis. De a/  
dulterijs, quid dicam? Nefandę sunt illorum libidi/  
nes, & toti terrarum orbi note. Sacrilegia quanta, in  
tanta bonorum Ecclesiasticorum prophanatione,  
quam ne prophanus quidem homo probare pos/  
sit. Cum in scortilla & luxus erogauerint sacrificuli,  
benè collocata pecunia est: si nostri ad ministerium  
Docendi Euangelium, instaurationem scholarum,  
sustentationem pauperum, & publicos legitimos &  
honestos usus conferunt, statim sacrilegi audiunt.  
De Idolatria eo brevior ero, quod hæc quoq; omni/  
bus pñs plusquam nota sit. Ac gentiles superatos ef/  
se immodica Papistarum Idolatria, testabuntur, qui  
Papisticis tenebris aliquando immersi, beneficio &  
gratia Dei ad ueritatis Euangelice agnitionem per/  
uenerunt. Id quod ne Pontificiorum quidem erro/  
rum propugnatores negare possunt, qui & ipsi de/  
plorant concursus illos immodicos & supersticio/  
sos ad statuas mortuorum. Cui ut aliquem modum  
statuerent, in concilijs quibusdam prouincialibus  
decreuerunt, statuas alijs magnitudine differenti/  
bus commutandas, ne hic honos lapidi aut ligno ab/  
Imperitoribus tribueret, qui uel ipsi Deo, uel san/  
ctis iuxta illorū opinionē debet. His flagitijs & scele/  
ribus

ribus cooperati, nihilominus Audacter ingrediuntur  
Domus Dei limen, & erecta ceruice, quisque in suo  
stallo (sic enim loquuntur) stantes & Boantes, ex-  
auditas in eo preces suas persuasum habent. Nihil  
horum, opinor, negabis Hos: loquuntur hoc om-  
nia collegia, lippis & tonsoribus est notum. Et grati-  
am aliquam à nobis reportabis, quod tam exactè, &  
quasi uiris coloribus descripsiferis hunc sacrum ue-  
strum ordinem, quem ne Apelles quidem melius  
depingere potuisset.

Cum ergo pares, immo longe superiores recitatis  
agitjs sint uestri sacrificuli sacerdotibus Iudeo-  
rum, diuersitatis ratione sublata, luce meridiana cla-  
rius apparet, easdem uoces esse & Iudeorum, cum cla-  
māt: Templa Dñi, & uestrorū sacrificulorū, qui sem-  
per in ore habent & uociterantur: Ecclesia, Ecclesia.

Impudentia est, non solum mendacium, quod fa-  
ctit Thraso Hosius: Errare, inquit, nos (Pontifici-  
os) nulla ratione posse certum & indubitatum habe-  
mus, quorum impietas pariter cum erroribus suis  
horribilibus multis iam annis in lucem produ-  
cta est.

Nostros non inanes factare uoces: Verbum Do-  
mini & Euangeliū, omnibus p̄ijs notum est, qui ueri-  
tatem doctrinæ nostræ scripturæ sacræ testimonij  
non corruptis comprobamus. Inter mendacia ergo  
Hosij etiā hoc crimē reūcliamus, quę homo uanus &

100 ADVERSUS STANISL HOSIVM,  
blasphemus inter familiares & populares suos Ge-  
tas numerat.

Extra Ecclesiam quod non sit sana scripturarum  
interpretatio, inter nos non contouertitur. Sed q  
uos non sitis Christi Ecclesia nec membra ueræ Ec-  
clesiae, qui Idola crudeliter defenditis, iam sæpe de-  
monstratum est.

Frustra eludit testimonia Mosaica de præsentia  
Dei in populo Iudaico adducta. Non n. Deus se af-  
futurum promisit solum propter temporalia, sed cu  
æternam suam uoluntatem uerbo expresserit, etiam  
errore eos liberaturū lēse, sanctè promisit. Ero De-  
us tuus & seminis tui post te. Sed studio posterius  
testimonium arripuit Sycophanta, prioribus dīsi-  
mulatis, ut simplicibus persuadeat Iudæos de ter-  
renis solum rebus habuisse promissionem Dei, sed  
non de gratia quoq̄ spiritus, quod uanissimum est,  
sicut Prophetarum uaticinia de Christo testantur  
Iudæis dicta.

Blasphemiam excipit Mendacium subtile, quod  
est calumnia, tribuit enim nostris, quod ita doceant  
promissiones Euangeli⁹ esse absq̄ conditione, ut o-  
pus non sit benè operari. Sed hæc calumnia iam  
sæpe refutata est, satis fuerit hoc loco saltem annota-  
re, ne quid in sanctissimo ὁσιοῦ Episcopi libro  
prætereamus.

Pro priuilegio Cathedræ Petri asserendo, fru-  
stra

stra de moribus responderet, interrogatus de doctrina. Non em̄ inter nos certamen est de eo, an qui moribus est corruptis, sed nihilominus recte doceat, audiendus sit. Sed hoc queritur: an uos, qui sedes sanctorum occupatis errare possitis & erraueritis. Et nū recte faciant nostri, quod propter demonstratos errores secessionem à uobis fecerint. Hic cum Tu respondere nequis, ad discriminem morum & officij explicandum excurris, de quo nemo dubitat. Rethor est hoc prophane in causa mala & deplorata, non plorum & orationum Episcoporum, qualis tu uideri quam esse mauis, cum à uera sanctitate sis alienissimus.

Quod exemplo Caiaphæ adducitur, qui semel et quidem præter animi sententiam prophetauit, nota est fallacia accidentis. Non n. sequit̄, propterea quæ uis eius respōsa sacerdotalia diuina oracula esse, cui hac uice accedit prophetare. Multū profecto tibi sophismatum studiosi debent, qui ipsis Aristotelē de elechis sophisticis tot egregijs exēplis illustraueris.

Alia fallacia sequitur, in exemplo Vigiliū explicando, qui per scelus ad Pontificatum puenerat, fraudibus Augustæ electo Syluerio, is primatu adepto, poenitentia ductus Anthemiu Eutychianu restitue re uoluit. Hoc tribuit Hosius priuilegio Cathedræ Petri. Sed nota est fallacia à non causa ut causa. Non enim hoc sedes præstitit, siue de sella, siue de prima uis dignitate loquaris, scelus enim erat, quod Spirī-

tus sanctus in eo extra hanc sedem corripuisset, sed  
am ad minorem dignitatem hisce artibus aspirasset.

Deprauatio scripturarum est manifesta, uerba Christi,  
que de Petri fide incommunicabili locutus est,  
transferre ad eius posteros, qui sedem eius occupa-  
runt, si tamen occuparunt. Habuit enim Petrus suam  
fidem, que nullius erat hominis praeterquam Petri.  
Sic & successorum eius quilibet suam habet fidem,  
qua quisque pro se ipso in unius Christi merito acqui-  
escit. Res autem in qua confidit piorum omnium est,  
Christus scilicet cum meritis suis, & ea ratione fides  
omnium una est, specie sed non numero ut lachælo-  
quuntur. Definitio est non omnium una est, cum tam  
quilibet pro se credat, & ex ea fide ipse solus uiuat.

Et libet hoc loco in gratiam Hosij uere & recte dicere, quod tot sint fides, quot pri ac Christiani hoies,  
cum in omnium Christianorum non nisi una sit fides.

Epbc. 4.

Sicut ergo non defecit fides Petri, ita nec Pauli. Nec  
alicuius prerogativæ argumentum est, sed infirmita-  
tis Petri commonefactio, quando Christus inquit,  
Ego rogaui pro te, nec deficeret fides tua, quod uide-  
bat Christus eo maiorem Petri infirmitatem, quo ma-  
gis iuxta carnem, pro alijs audax fuit. Sed quid hoc ad  
posteros eius, quorum quilibet suam fidem habuit? Quod  
ergo inde extruit Hosius, uidelicet etiam successore Pe-  
tri fidem non defecisse, in manifesta scripture depraua-  
tione fundatum est. Et res ipsa uanitatem hoies redar-  
guit,

guit, sicut suo loco de Rom. Pont. docebimus.

Ad testimonia ex ipsorum iure Canonico addu-  
cta pro more responderet de peruersis Pōtificum mo-  
ribus, cum à nostris propter corruptam Euangeli  
doctrinam accusentur.

Calumnia est, qd Brentio tribuit, ita eum de fide  
sola iustificante docuisse, ut non opus sit bene opera-  
ti. Nam bonis operibus eam solum dignitatem ade-  
mit, quæ solius filij Dei propria, precium scilicet re-  
deptionis qd in sanguine Christi consistit. Suum au-  
telocū tribuit operibus, quibus fides demōstretur,  
quæ in solius Christi merito acquiescit, & fideles de-  
clarant, se se Deo pro tanto beneficio gratos.

Sed q belle exagitat Brentiū, q Petru à Soto repre-  
henderit, qui scripserat in suis scorijs: Ecclesia habet  
promissionem præsentiae Christi, & gubernationis  
Spūs sancti, tota quidē, non aut singula eius mēbra.

Si inquit, omnibus prælens est Christus, si oēs gu-  
bernantur semper à Spiritu sancto, quid opus est cō-  
cilijs? Ad hoc nolo ego respōdere, sed recitabo ipse-  
us met Hosi uerba, ex Paulo descripta. Divisiones 1. Cor. 12.  
gratiarum sunt, idem autem sp̄ritus, & quæ sequun-  
tur. Vides Hosī, quām uana sit tua collectio. Etsi  
non eadem dona habent omnes Christiani pariter,  
eundem tamen habent sp̄ritum præalentem, per  
quem etiam reguntur & gubernantur. Nec propte-  
rea conciliorum authoritas tollitur, ubi plures

conueniunt in nomine Christi, & dona sua quilibet in medium ad presentium controversiarum dijudicationem adfert. Fallacia igitur consequentis esse oes uident, nulla enim hic est collectionis ratio.

Sed quanta blasphemia est Hosij, qua impudenter affirmat, Quod ipsis quoq; Prophetis non semper adfuerit Spiritus sanctus. Idq; Elisaei & Nathan prophetarū exemplo probare conatur, quorum alter ignorauerit mortē filij Sunamitidis, alter Dauidi concedat edificare templum quo postea prohibitus fuit. O detestandam hominis maliciam & execrandam blasphemiam. Tu ne os blasphemum prophetas accusare audes, qui Spiritum sanctum interdum non habuerint blasphemia non stylo, sed fulmine Dei refutanda. Fallacia est à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Etsi enim hoc ignorarunt Prophetae, in quo nec iprorū, nec auditorum salus consistebat, non tamē propterea sine Spiritu sancto fuerunt. Nescit homo rerum diuinarum imperitus inter Spiritum sanctū & uaria eius dona ac reuelationes discerne re. Nam eadem prorsus collectio est, ac si quis ita argumētaretur: Apostoli ignorarunt Constantinopolim expugnandā, ergo Apostoli fuerūt deserti à Spiritu sancto. Pudeat te os impium talium blasphemiarum, fallaciarum & sophismatum.

Ad idem caput blasphemiarum et Sophismatum referendum est, quod sequitur: Spiritus sanctus (inquit)

quit) s̄æpe sanctos deserit, inspirat autē eos, qui sunt  
procul ab omni sanctitate remoti. Sicut inspirasse le-  
gitur Balaam, Saulem, Heliū, Caiaphā & alios per-  
versos homines. hæc Hosius.

A quibus sanctis recessit Spiritus Domini, cum  
Bileam inspiraret. Nū à Mole, & eius collegis, qui-  
bus Dñs de spiritu suo dederat, ut Moles in admi-  
nistrazione fuarent. Nū à Samuele recesserat, cum  
Saulē inspiraret. Num à Christo & Apostolis cum  
Caiapham inspiraret?

Quid non faceret os hoc blasphemum, quod san-  
ctis Dei Prophetis detrahere nō ueretur, in blasphe-  
mum mendacium tueatur?

Apostolos hoc nomine Prophetis superiores fa-  
cit Sycophanta, de quibus scribit: Spiritum, inquit,  
ueritatis Apostolis præsto semper singulis adfuisse,  
non negamus: Sed hanc à te non accipiunt commen-  
dationem Apostoli, quæ cum ignominia & cōtume,  
lia Prophetarum coniuncta est. Si enim Apostolo-  
rum & Prophetarum exempla cōtulerimus, utrum  
maius fuisse existimas, q̄ Elizæus ignorauerit mor-  
tali filiæ Sunamitidis, an Petri factum, de quo Apo-  
stolus scribit, quòd nō recto pede incedat ad uerita-  
tem Euangeliū. Cui in faciem restitit D. Paulus. Ab-  
solutautē à nobis, ut propterea illum à Spiritu sancto  
deserit fuisse dicamus, si ut tu nō minus blasphemè  
q̄ temerè et cōfidenter de sanctis Prophetis affirmas.

O

116 ADVERSUS STANISL. MOSIVM,

Silgitur quod res est, & ueritas, concedamus, q̄ tota fidelium societas, multiplici donorum uarietate instructa, longè ampliori & uberiori coelestis sapientiae thelauro prædita sit, q̄ seorsum singuli, quid hoc facit ad mendaciū tuum afferendum? quo probare conaris, Spiritum sanctū semper adesse Ecclesiae toti, & non etiam singulis eius membris?

Sed quām ineptē ex loco D. Augustini colligis, qui ait: Veritas tua nec mea est, nec illius aut illius, sed omnium nostrū, quos ad eius communionem publicē uocas. Quid enim aliud ex hoc loco probare potes, quām quod ueritas doctrinæ Euangelicæ pariter ad omnes homines pertineat, quos ministerio docendi ad sui agnitionem filius Dei uocat, sicut scriptum est: Ite in uniuersum mundum, docete omnes gentes, prædicate Euangeliū omni creatura, Sed quod inde colligis, ueritatem in multitudine quærendam potius, imō multitudini alligatam, hoc demum longè omnium falsissimum est.

Sed prestat prius audire probationē tuam, cōtra singulos, pro oībus, pro tua Azotica Ecclesia allatā.

*Psalm. 117.* De singulis mēbris, inquit, scriptum est, Omnis homo Mēdax. De tota uero Ecclesia; Portæ inferiore mentiri, & errare posse, totam autem congregatiō nem Episcoporū suorum, semper quod uerum est, pronunciare.

Quid

Quid est scripturā deprauare, si hoc non est: Spī  
titus sanctus in Psal. 115. docet de naturę humanę p-  
versitate, quae est in omnibus sanctis, quod sua natu-  
ra nihil aliud possint quam mentiri, hoc est, peccare  
& sele per mendacium à ueritate, hoc est, Deo ipso  
abalienare. In qua sentētia etiā à D. Paulo ad Ro. p-  
ducit, ut doceat hoīs iustificationē nullo suo merito  
fieri sola gratia Dei & merito Christi per fidē. Hanc  
sentētiā Psaltis detorquet Hosius ad iudicia singu-  
lorum hominū de doctrina fidei, quibus propterea  
non sit credēdum, quod eorum iudicia sint incerta,  
quia scriptum est: Omnis homo mēdax, hōc est, hos  
mīnes, si sint singuli, errare possunt. Si nō sunt singu-  
li, nō possunt errare. An non est hæc malitiosa & la-  
thanica uerborum spiritus sancti deprauatio?

Sicut autem negare nō possumūs, singulos homi-  
nes errare posse. Ita uicissim non concedimus hanc  
Psaltis sentētiā non pertinere q̄q; ad eos oēs, qui in  
concilio Oecumenico sedent. Si. n. naturam species  
omnium, qui in Concilio sedent, de qua psaltes sola  
loquitur, omnes sunt mendaces, hoc est, sua natura  
nihil aliud sciunt, quam mētiri. Sicut autem, si quid  
ueri statuāt, ex Spīritu Dei faciunt, ita singuli quoq;  
natura sua mendaces ex Spīritu Dei quod uerum &  
rectum est, s̄epe pronunciant.

Quemadmodum igitur fieri potest, ut unus ho-  
mo multis spūs sancti gratijs ornatus errare possit,

sta etiā fieri potest, ut ingens cōcetus Episcoporum peruersa opinione imbutus, unius & alterius uocem nō exaudiant, qui recte moneat, & pariter totus cōcetus erret, cum ueritatem productā, habuerint. Sed pars maior uicit meliorem, Multitudine ergo & numero ueritas iudicij aestimanda non est, ut quod multi statuerint, protinus uerum sit, sed publicorum iudicio rum decreta non minus ad amissim scripturæ sacræ exigenda, quam priuatorum Doctorum Ecclesiæ dicta & sententie. Adhæc cum de præsentia spiritus loquimur, sermo nobis est de uera Ecclesia, ac ueris & uiuis mēbris eius, Id quod Hosius ipse quoq[ue] fate[atur].

Ephes. 1. Badem deprauatio uerborum Christi est: Portæ inferorum non præualebūt aduersus eam, quod nō ad singulos pertineat uerè Christianos, sed ad solam Ecclesiam, quæ multitudine definiatur. Cum enim saluandi in Christo electi sint prius q[uod] iacerent, tur fundamenta terræ, nec de electis sit periturus nimis, quis non uidet eādem esse firmitatem singulorum, quæ est pior[um] omnium? Quemadmodum, n. uniuersam Ecclesiam expugnare non potest, ita nec membrum unum. Sicut Paulus suo exemplo docet, Roman. 8. Certus sum, quod nulla creatura me separare posse à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu. Imò hæc est singulor[um] pior[um] consolatio & uictoria, quod hæc sententia ad singulos pertineat, cum singulos expugnare cupiat Sathan. Quibus etiam consolationem adimere,

adimere, est ipsissimam desperationem docere.

Abeat ergo in malā rem Hōsius, cum suis depravationibus scripturæ, ex quibus nihil aliud quam horribiles blasphemias & mendacia concinnat.

Quod docet, mendacium & ueritatem non simul posse esse in eodem homine, fallacia est consequentis. Etsi enim contraria sint, in eodem tamen homine simul esse possunt, sed non respectu eiusdem. Sicut enim peccatum & iusticia sunt in eodem homine, Peccatum in Carne, iusticia in Spiritu, id quod Paulus ad Roman. 7 & 8 docet, Scio quod in me, hoc est, in carne mea non habitet bonum: ita etiam de ueritate & Mendacio dicendum est. Mendacium in natura corrupta hæret, Veritas autem per Spiritum sanctum subinde in nobis instauratur. Quando ergo Brentius affirmat, iudicium de doctrina non simpliciter & nude Prelatis, hominibus deferendum, & ab eiusdem certo requirendum, quia & ipsi à carne superentur & Spiritum sanctum extutiant, non loquitur de illa naturæ humanæ depravatione, iuxta quam Psalmes inquit: omnis homo mendax, sed de enormibus flagitijs & sceleribus, quibus manifestè prodūcuntur se spiritu sancto esse, quibus in Ecclesia nullo modo iudicium tribuendum, sed iuxta Christum & Apostolum eius ex ecclesia pellendi in interitum carnis, ut spiritus uiuat in die illo: & de eiusmodi homibus loquuntur testimonia, quæ à Brentio recitantur.

Ad hæc loca de impietate Episcoporum & Prelatiorum ex scriptis Gregorij Nazianzeni, Basilij, Nicæphori, Socratis, Bernhardi, Adriani Papæ & de electorum quorundam Cardinalium, & Legatorū sedis Apostolicæ, qui præsidebant in Concilio Tridentino, producta, pro more, non modo frigidè respondet de moribus Episcoporū, cum illorum impiam accusaret doctrinam Brætius, sed in nos etiam audacter & impudenter mentitur.

Scimus omnibus temporibus & seculis corruptos fuisse hominum mores, etiam inter eos, qui parum Dei cultum profitebantur, Sed quod Prophetæ sui seculi perditissimos tantum mores, & non etiam impiam & sceleratam doctrinam Sacerdotum & Leuitarum accularint, Mendacium est Hosij sanctitate non indignum. Quid enim sibi uoluit fornicationis spiritualis, sacerdotibus pariter & Regibus ingrata ingeminatio, quæ pali sim apud Prophetas occurrit: quam quod illorum Idolatriam accusabant, quorum erat ex Lege Domini uerum Dei cultum conseruare & tueri. Sed de hoc supra quoque responsum est.

Erasmi cur non morem ur de nobis tanq; hostis iudicium, aliâs dictum est. Sit Ianè q; apud nos unus Monachus, si Erasmo credimus, tres duxerit uxores. Sed quid hæc gutta ad sacrificiorum & Monachorum uestitorum nefandarum libidinum mare, quas non

non dico exercent, sed eam profitentur.

Laudi ducimus apud nos sacerdotē propter flagitia uirgis cæsum, cum omnibus flagitijs & sceleribus, in primis nefandis libidinibus inter sacrificulos impunitas sit concessa, quæ apud nos seueriter, ut deceat, puniuntur.

Quod Erasmus scribit. Sibi adhuc non contigisse, ut nouerit quemq; qui per doctrinam nostram non videatur leipso factus deterior, id fortasse hinc profectum est, quod sepius Papistis solū cointinxerit, quos habuit familiares, nec magnam suscepit curā cognoscendi eorum mores, qui Pontificio regno relicto, ad professiōnem Euāgelicā doctrinā accesserunt. Nec mirum, Erasmo hosti ueræ doctrinæ, pios ignotos fuisse, cum idem Eliæ acciderit Prophetæ, qui arbitrabatur se solum relictum esse. Hoc testimonium si Hostius aduersus nos produxerit, ut omnes pariter hanc ratione in orbe traducat, inter hyperbolas, hoc est, mēdacia eius numerabimus. Eius generis est, quod sequitur ex eodem ore: hanc, inquit, doctrinam (Euāgelijs) ferè leuissimus quisque amplectitur. Vide, mihi ex ore Erasmi audire uocem Phariseorum cum de CHRISTI doctrina idem iudicabant, quod uester Erasmus: Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariseis (Epi. Scropis.) Sed turba hæc, quæ non nouit Legem, maledicti sunt. Id quod Latinis uerbis dixit Pha-

risæorum interpres Erasmus, leuisimus quisq; Ml  
tor, quod homini meretrices & publicani in mente  
non uenerint, ex quibus non solum ecclesia collecta  
est, sed publicanorum ordo sacrum collegium Apo  
stolorum auxit, ut ex publicani cōuersione Ecclesia  
Euangelium Christi audiat, & posteritas eius opera  
fruatur.

Non inficias imus, sicut Christi tempore, ita &  
nostro multos esse, qui levitate magis quam pietate  
se piorum cœtui immisceant, qui Euangelium pu  
rum & sincere profertur. Sed hoc crimen damna  
re omnes & Principes uiros & hoc gradu inferiores,  
uideat Caligula, quid dicat uel scribat. Maior enim  
Principum nostrorum est pietas, & in defendenda  
pia doctrina constantia, quam nostri temporis Pha  
risæi uellent.

Post propagatam Euāgelij doctrinam, populum  
multis in locis deteriorem factum passim docet Lu  
therus, Sed fallacia est accidentis. Accidit enim do  
ctrinæ nostræ, quæ eius levitatis nullo modo est cau  
sa, sed hominum peruersitas, qui Euangelij liberta  
te ad licentiam carnis abutitur, sicut tempore Apo  
stoli dicebant quidam: faciamus mala ut ueniant bo  
na, quorum damnatio, inquit Paulus, iusta est. Et ite  
rum: manebimus in peccato ut gratia abundet. Pa  
patus autem pietas cum summa est, hypocrisis est co  
ram hoībus, & in oculis Dei horribilis abominatio.  
Eos

Roman. 3.

Roman. 6.

Eos autem nullo modo Lütherus iudices doctrinæ proposuit. Sicut nec ad promiscuā multitūdinem reiecit, sed suum adeoq; sufficiens p̄ijs Euangelij auditoribus iudicium esse docuit.

Inter Pontificia & Hosiana mēdacia, hoc insigne est quod de nobis scribit Hosius his uerbis. Sic iam hoc est moribus recepiū apud Euangelij uestrī precones, simul ut duas aut tres uxores habent, ut iam pro crimine propemodum non habatur, ac modo non in laude ponatur. Hoc inquam putidum est Mendacium. Si qui talia facinora designant, habent sua supplicia. Sed cōtra uerum est, q̄y apud Papistas simul duo aut tria sc̄orta habeat sacrificuli, ut iam nō p̄ crimine amplius, sed in laude habeatur: spuriū cū matribus sc̄ortillis sacrificiorum incedunt compū non minus, quam si honestis parentibūs natū essent.

Desine ergo sycophanta enormē turpitudinē uestrorū conflictis mendacijs contra innocentes paliare. Maior est enim, quam uel regi uel excusari posse, quæ apud nos seuerissimè punitur.

Frustra autem turpitudinis sacrificiorum causam in Serenissimum Poloniæ Regem reiecit Sycophanta, ut maiores in nostros conflent inuidiam & odium, qui suo hoc est Papali & Episcopali immunitate gaudent. In quos si rex animaduertere cupiat, statim audit, ne te Ecclesiasticis immisceas, Episcopo hec est iurisdictio nō imperij tui. his si luctis cē

ADVERVS STANISL. HOSIUM.  
sum pederint, denuo per annum liberis operari  
re licet sacrificulis.

Si uero solius Sereniss. Regis Poloniæ iudicio fit  
Episcoporum & electio & confirmatio, cur idem in  
nostris damnat Principibus Sycophanta? Verum  
sic adflueuere Pontificij adulatores, ut quando ue-  
lunt Principibus hoc ius concedant uel admant. Hę  
artes, cum notae sint nostris, ipsi suum officium fa-  
ciunt, nec clamores sacrificulorum curant, qui nihil  
quam quod ipsi fecerint, rectum putant.

An tota ac uera Ecclesia sit ceterus Episcoporum qui  
iuxta Aſotū Ecclesiā repreſentat, suo loco uidebimus.

Fides prouincialis & Catholica, quomodo una  
sint specie, & definitio utriuscq; eadem, supra de ge-  
nerali & speciali fide diximus.

Dum Brentius requirit, ut Episcopi secundum  
expressum Dei uerbum pronūcient in concilijs, Ho-  
sius id sele probasse iactitat, postq; produxerit len-  
tentiam ex Propheta: Labia sacerdotis cuſtodiunt  
scientiam, & Legem requirent ex ore eius. Sed mala  
est Hosij consequentia, à Debere ad inesse. Seimus  
hoc esse iplorum officium, sed an hoc suum offici-  
um faciant, de hoc uehementer & non sine cauſa du-  
bitamus. Nam in eodem Propheta statim sequitur:  
Vos autem receſſistis à uia, & scandalizauſtis pluri-  
mos in Lege, irriſum feciſtis pactum Leui dicit Do-  
minus exercituum, &c. Eiusdem criminis uos reo-  
agimus,

agimus, à quorum iudicio non provocaremus unquam, nisi à Lege, hoc est, expresso Dei uerbo recessissetis.

Si igitur ex uerbo Domini expresso pronuncia uerit totius mundi Ecclesiasticum iudicium, singulorum certè iudicium nō reformidabit synodus, & si quilibet priuatus tenetur reddere rationem eius spei quæ in ipso est, quanto magis concilium Oecumenicū suæ sententiae toti orbi exponet causas sufficientes ex uerbo Dñi adductas, cur hoc vel illud decreū sit, ne populus uana credulitate magis q̄ iudicio recto in officio cōtineatur. Si singuli in concilio hoc iuxta Apostolum facere tenerentur, quanto magis idem unā simul congregati.

De Ecclesia uisibili & inuisibili suo loco dicemus.  
Nunc ad ea, quæ sequuntur pergamus.

In explicatione loci Matthæi 18. Vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: quot mendacia, calumnias & sophismata cōfessat Holius?

Principiò impudenter mentitur & calumniatur, quod scribit, Brentium docere, hanc sententiam nō pertinere ad Prælatos Ecclesiæ, cum Brentius locutus sit solum de tñs Prælatis, qui Asoticam impie cutem probant. Nam de alijs paulò antè his uerbis scribit: Speramus autem inter Episcopos & Prælatos, reliquos esse aliquot uiros pios, quibus

Afotica impudentia & impietas uehementer dispi-  
ceat. Quare quod ad priuatam eorum personam at-  
tingit, membra quidem sunt Ecclesie, sed non ipsa Ec-  
clesia, &c. Quāta igitur impudentia est Hosij, senten-  
tiam deprauare, & ad omnes Prælatos detorquere,  
quæ suam restrictionem habet expressam. Hoc di-  
scrimen notat Brentius Epichero. Hosio non ingra-  
to, quando eos Afoticos appellat, quin ipsius Bren-  
tij uerba amplius audias, scribit enim: Multo minus  
hoc, quod alijs Christus dicit: Vbi sunt duo uel tres  
&c. iradit Spiritum sanctū Afoticis Prælatis & luce-  
cessioni eorum capitium.

Quod retorquet explicationem: Nec uobis sta-  
tim adesse Spiritum Christi, si uerbis tantum facies  
tur Christus & gloria Christi, respondemus, non tamen  
esse nostre impudentiam, quæ est horum frater-  
eulorum, nolumus enim uerbis adhiberi fidem no-  
stris, nisi rei ueritatem ipsius Christi minime deprau-  
atis uerbis demonstramus.

Consiſta blasphemia, quam Brentio obſiçit, ma-  
nifesta est sophistica. Brentij uerba sunt: Non conu-  
nitur in nomine Christi, si initio conuentus cantet  
Missa de Spū sancto. Hic Hosius. Quam hic audio,  
inquit, blasphemiam. Scilicet nō est inuocandus spū  
ritus sanctus, quando conuenitur in nomine Chris-  
ti. Fallacia est à dicto secundū quid ad dictum sim-  
pliciter. Non enim dixit Brentius: Spiritum sanctū non

non esse inuocandum. Sed hanc rationem inuocati-  
onis spiritus sancti improbat, uidelicet, quæ sit in ea  
Missa, quam appellat de spiritu sancto. Missa enim  
in suo loco dicemus, nihil aliud est quam horribilis  
prophanatio Coenæ Dominicæ à Christo institutæ,  
quæ communicatio est corporis & sanguinis Christi  
non unius pro omnibus sed omnium, qui instituti-  
oni Christi facisfacere cupiunt. Rectè ergo loquitur  
spiritum sanctum nō adesse gratia sua, sed fugere ab  
illis prophanatoribus institutionis Christi. Quod  
cum tu ad inuocationem transfers, quam Brentius  
non negat, improbè & sophisticè, hoc est, pro more  
& ingenio tuo facis.

Dum nos nō solum impenitentes, sed etiam in-  
spiritum sanctū peccare impudenter affirmat, ut hāc  
per instantiam crīmē tegat uerē sui ordinis homini-  
bus obiectum, qui plerūq; impenitentes conueni-  
unt, demonstrat se, quid peccatum in Spiritum san-  
ctum sit, ignorare. Demus enim doctrinam esse ue-  
ram quam uos profitemini, non tamen prouinus ue-  
rum est, eos in spiritum sanctum peccare, qui eam  
oppugnāt. Peccatum enim in spiritum sanctum tāle  
flagitium est & scelus, quod nulla ratio nec coram  
tribunali Dei nisi hominis defendi, aut excusari pos-  
sit. Si igitur nuda & etiam diurna oppugnatione  
ueritatis deficiatur, cōsequetur D. Paulum quoq; in  
spiritum sanctum peccasse, qui doctrinam Apostoli

ADVERVS STANISL. HOSIVM,  
cā oppugnat, & innocentes ad supplicium rapit, et  
neq; doctrina neq; miracula Christi & Apostolorū  
ignota erant. Si autem ueniā consecutus est, quomo-  
do probabitur in spiritū sanctū peccasse: quod pec-  
catum irremissibile est. Sequit̄ ergo eos non proti-  
nus in spiritū sanctū peccare, qui etiā ueram doctrinā  
oppugnant, & quod in ipsis est, acriter repugnat.  
Quapropter uana est de hoc p̄tō Hosij uociferatio,  
qui, quid hoc peccatum sit, nōdūm definire dīdicit.

Magna est multorum & incōsiderata in hac par-  
te temeritas, qui protinus hoc crimen ihs obijcere so-  
lent, à quibus in aliqua re dissentiunt, ut etiam in a-  
cerbam dimicationem exeat certamen. Nec ui-  
dent se le hoc crimine non solum illis omnem spem  
ueniae adimere, sed etiam sibi ipsiis omnes rationes  
præcidere, quibus errantes in viam renocentur. Si  
enim hoc scelus admisit antagonista, prohibens p̄  
ipso orare, ut qui peccatum ad mortē admisit, uana  
erune omnes collationes institutae cum eo, qui non  
redibit. Nō. n. à posteriori, ut quidam opinati sunt,  
sed à priori definitendum est, sicut ipse met Christus  
definiuit. Si enim finalis impenitentia est, sicut D.  
Augustinus opinatus est, qđlibet scelus, in quo im-  
penitēs perseverabit, hoc peccati nomine uentre.  
Nec indiget ulla disputatione: Quicunq; in delictis  
conera conscientiam perseverat, certo damnabitur.  
Sed pro eiusmodi hominibus ad extremum usq; ui-

te halitum oramus. Quos autem iusto iudicio suo  
ab̄iicit Christus, pro his non est neq; inhumanum  
neq; impium, nō orare. Hoc peccatum ad Hebreos  
& describitur: Impossibile est, inquit, eos, qui semel  
illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cœleste,  
& participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt  
nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutes q; sacerdotalis  
uenturi, & prolapsi sunt rursus, renouari ad poenitentiam, rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei  
& ostentui habentes. Hic tamen peccatum in spiritu  
ritum sanctum definiri duabus rebus, quas in hominibus  
cōcurrere necesse est, qui peccatum in spiritu sancto  
stū cōmisile dicunt, uidelicet: Quod fuerint illuminati,  
gustauerint donum cœleste, participes facti  
sunt spiritus sancti, gustarint bonum Dei uerbum, & uirtutes  
uenturi saeculi. Hęc oīa pertinet ad describendā agnitionē ueritatis, quæ p̄cessit peccatum in spiritu sancto. Deinde Apostolus nō loquitur de nudo lapso, sed  
tall, quo denuo crucifigunt filium Dei, & ostentui habent. Hoc est, quibus possunt modis blasphemari do-  
ctrinā ab ipso traditā, de cuius ueritate iam antea in  
consciētia conuicti sunt. De talibus pronūciat Christus, quod blasphemia in Spiritum non remittat in  
eternū. Et quod tales homines non renouent ad poenitentiam, per quā denuo lapsi ad gratiā redeūt. Eiusmo  
di aut̄ homines nō poenitent, quapropter nō redeūt, Eisi  
Deus natura sua nemini cœlum clauserit, hi vero ad

AD VERSVS STANISL. HOSIVM,  
ostium nolunt peruenire, quod in Christo peccan-  
tibus referatum est.

Duplex igitur aut triplex mēdaciū est, quod de  
nostris scribit Hosius. Prīmū quōd impudenter af-  
firmat nos in spiritum sanctum peccare, qui uerita-  
tem agnitam tuemur, non blasphemamus sicut Ho-  
sius. Secūdūm, q̄ alij simus authores, ut hoc pecca-  
tum committant, dum scđulo mōnemus omnes om-  
nium ordinum homines, ut ueritatem amplectant,  
nec ab̄sciant nec persequantur. Eam aut̄ quæ uera  
Ecclesiæ est, ueram doctrinam urgēmus, cuius uer-  
itas ex Propheticis & Apostolicis scriptis, tanq̄ ueris  
traditionibus Apostolorum demonstratur. Tertiū,  
Quod scribit nos neq̄ Ecclesiam audire, nec uelle ut  
ab alijs audiat. Et quōd traditiones Apostolorum  
temnamus, & contemni lubeamus.

Ecclesiam n. audimus ueram, uos autem, qui hoc  
titulo gaudetis neq̄ audire neque sequi jubemus, si  
cut Christus de Phariseis locutus est, mittite eos,  
quia cæci sunt & duces cætorum. Intra enim demō-  
strabitur, uos doctrinam profiteri, quæ Ecclesiæ pri-  
mitiū prorsus ignota fuerit.

Quod ad Vergerium & Lutherū attinet, quoniam  
uterq; non solum fidem datam Ro. Pontifici frege-  
rint, sed hoc etiā prædicant, quid est quod in utroq;  
prius reprehendas q̄ demonstraueris doctrinam,  
quā P̄tificij sequunt, esse Apostolicā. Si n. Aposto-  
lica

cam esse probaueris, utrumq; bis atrocissimo crimi  
liberare non poterimus, quod fidem non homi-  
nibus solum sed Deo datam fefellerint. Sin uero lu-  
ce meridiana clarus est, Pontificiorum doctrinam  
eandem aut magis impiam esse, quam Pharisæorū,  
qua ratiōe uitio uerti potest & Lutherο & Vergerio  
& alijs, qui illustre exemplum in D. Paulo huius gra-  
uisimi scilicet criminis habēt. Catholicus erat Pau-  
lus, dum mandatis Pharisæorum instructus in noua  
tores inquirit in Damasco, idq; data fide, & reipla,  
hoc est, magna crudelitate comprobata, qua tot in-  
nocentes martyres ad suppliciū rapiebantur. Postq;  
uero uoce filij Dei diuinatus prostratus ad eorū ac-  
cedit fidem, qui Pharisæis nouatores erant & pertur-  
batores pacis & trāquillitatis Ecclesiarū, an nō statim  
audit perfidus & apostata, cuius uitæ quoq; insidia/  
bantur sicut Apostolorum Acta testantur. Huius fa-  
cti adeo non penituit D. Paulū, ut id passim in suis  
Epistolis predicarit. Quod igitur ad conuicia & cru-  
delitatem Ro. p̄t. attinet, quid dissimile in hoc Pau-  
lo, cui Vergerio cognomen est. Cum nostros perse-  
queretur Catholicus erat, postq; erratū suum agno-  
uit & ad ueritatem Euāgelicam accelsit, non solum  
perfidus audit, sed ferè nullib; locorū tutus est à ue-  
stris cruentis insidijs. Cur in hoc nō gloriaret? Rūpa-  
ris, scio aliud dicere nō potes, nisi doctrinam nostrā  
refutes, qd tibi impossibile esse compertū habeo.

Q

225 ADVERSUS STANISL. HOSIVM.

Vos in Domino solum gloriari facile concederetis, modo addidissest, Papa, huius n. Idoli, seu potius Dei a deo obseruantes estis, ut quid Dñs è ccelo de filio suo dixerit & per Prophetas atque Apostolos locutus sit, non curetis.

Somnia Philippi non sequimur, sed doctrinam, eius ministerio ex scriptis Prophetarum & Apostolorum traditam, qui sua scripta semper uera Ecclesiæ iudicio subiecit. Vos non nisi oracula uerstri Idoli, & somnia Monachorum sequimini.

Quod ad solutionem uerborum Brentij attinet, Eos in nomine Christi conuenire, qui Christum uera fide complectunt: Quid autem, inquit Hosius, si Christum uera fide complecti dicat, qui ab ea longissime absunt? Respondeo, sicut supra, esse fallaciā consequētis. Nam allegare inconueniens non est soluere. Non nam quid quisque dicat, sed quid probet, attendimus. Si ergo nobis non sufficit dicere, quod in Christinoie conueniamus, nisi re ipsa demonstremus, nos nihil contra Christum statueremus, cur non ipse quoque cum sua Ecclesia eandem ferre legem, quam alii iulit? Eodem nam priuilegio nobis quoque non sufficit, quod Papistæ dicunt, scilicet Christum uera fide complecti, nisi cōprobauerint. Et est hoc loco denuo obseruanda uerborum Brentij de prauatio. Brentius dixerat, eos in nomine Christi conuenire, qui Christum uera fide complectuntur. Hosius uero loco dictioonis, uera, scribit, qui suo ipso

torum iudicio uera fide Christum complectuntur.

Egregia ratio est, qua probat suos habere ueram fidem; quādoquidem, inquit, Christiani uocamus, non Lutherani, & quod uocamus id esse pro uirili nostra contendimus. Non ignoramus, quām apud simplices nos Lutheri nomine graueris, qui non aliam, quām Christi doctrinam amplectimur ministerio Lutheri propagata. Sic etiam magnificos uestros titulos nouimus. Sed quām nihil horū probetis, hactenus demonstratum est.

Quām Diabolica depravatio est uerborum Brētij, quæ sequuntur, ubi scripsit: Et inuocat solum patrem Domini nostri Iesu Christi, quasi his uerbis excludat uel filium uel spiritum sanctum, ac doceat neque filium, neq; spiritum sanctum inuocandos. cūm Brentius hoc loco uerba Christi interpretari uoluerit, ut in nomine Christi, in cuius nomine synodus congregata est, Pater inuocet. Idē n. & Christo obīci potuisset. Respexit aut̄ Brētius ad idolatriam inuocationē sc̄dōrē, quā vocabulo Solū, dānare uoluit, id qđ Sycophāta dissimulare non pōt, cum addit, nisi fortē dicas te sanctorum inuocationem excludere.

Dum sanctorum inuocationem extra propositū adductam ueri conatur quām est ineptus?

Nos nō alium, inquit Hosius, inuocamus in illis (sanctis) et per illos, nisi Christū, qui si uixit & habuit in illis, dū adhuc corpus illud mortis circūler-

rent, multo magis nunc cum in illis carnis ergastulo  
solutis uiuere & habitare persuasum habemus. Re-  
digamus argumentum in formam: Christum inuo-  
care debemus, Christus est in sanctis siue uiuetibus  
siue mortis ergastulo solutis, Ergo sancti siue in coe-  
lo siue in terra inuocandi sunt. Ruditus beatus, video  
nullam esse collectionem, sunt enim in syllogismo  
quatuor Termini, & plus est in conclusione quam  
erat in præmissis. Conclusio enim erat, Ergo Chri-  
stus in sanctis est inuocādus. Eius loco collegit Ho-  
sius ipos sanctos inuocandos. Si uero collectio ua-  
let, propterea sanctos inuocādos quod in ipsis Chri-  
stus sit: eadē pariter ratione omnes totius orbis cre-  
aturas inuocabimus, atq[ue] hoc modo ipsorum litanias  
augebitur, Sancta species panis ora pro nobis. San-  
ctæ arbores & herbæ orate pro nobis. Sanctum coe-  
lum ora pro nobis, siquidem Christus in celo. Sed  
mittamus hanc gentium impietatem, per sanctoru[m]  
inuocationem in Ecclesiam introductam & consue-  
tudine confirmatam.

Cum Brentius scriberet: Ecclesiam non posse ex-  
uestiri & alijs rebus externis agnosci, Sycophanta  
statim calumniatur, quasi uelit futores & factores lo-  
co uerorum Episcoporum sedere, & de doctrina  
pronunciare.

Dum uero ex fructibus iudicādos censer, statim  
ad fallaciam accidentis recurrit, & falso omnium sce-  
lerum

lerum & flagitorum causam in doctrinam Euāgelij  
transfert blasphemum os, quod Euangello accidit.  
Papisticæ doctrinæ dicimus per se & ita inesse, ut ali  
os fructus ferre non queat, quām desperationem, hy  
pocrisim & omnis generis scelera. Vbi enim nō est  
uerā fides, qua Papistæ carent, alij fructus sequi non  
possunt, quām quos nūc diximus. Sed cum rectè do  
cetur, & uera ac pia doctrina multi abutuntur, quid  
illorum improbitas ad doctrinam? num hac ueritas  
doctrinæ metienda est?

Mendacium est, quod de hæreticis scribit primi-  
tique Ecclesiæ: Qui hæretici fuerint, nō quia scriptu-  
ræ non crederent, sed quod Ecclesiæ non crederēt,  
& quod Ecclesiasticā traditionem pro nihilo duce-  
rent. Hoc cōfinxit Hosius ut probaret quod ad mar-  
ginem annotatū est, Non satis esse omnia ad scriptu-  
ræ regulam exigere. Hæretici depravatis scripturis  
contra uerā sententiam scripture in ipsis scripturis ex-  
pressam pugnarūt, & errores suos prīnaciter defen-  
derūt, hec ipsoz culpa fuit nō traditionū reprehē-  
sio, quare nulla est authoritas, si scripturis repugnēt.  
Quod autem scripturæ sit ea perspicuitas, ut uera  
eius intelligētia nō extra sed in ipsa scripture quære-  
da sit, paulo post suo loco docebimus, nō nostra sed  
Augustini autoritate, qui forrasse Hosio satisfaciēt.  
Quod Arriani non acquieuerint in sententia Cō-  
cilij Niceni, quod ex scripture de diuinitate filij pro-

nunc iabat, quid facit hoc ad uestram peruersam opinionem probandam, qua sensum scripturæ extra scripturam querendum docetis? Nam et si dubium uocabulū in scriptura non continetur, res tamen, hoc est, filij diuinitas in ea comprehensa est, nec de uocabulo sed re ipsa erat certamen.

De successione supra responsum est, quod S. patres non ea sola & nuda nitebatur, sed prius scripturaræ testimonij sua comprobabat, q̄ ad maiorum suorum testimonia prouocarent, cuiusmodi nulla proferre poterant hæretici, sicut Athanasius uerè scribit, id quod ex Athanasij uerbis manifestū est, quæ hoc loco recitauit Hosius, ea non pigebit hic adscribere. Cuncti enim uos (inquit) hæretici præter Diabolū istius uobis defectionis à Christo authorem aueruntur. Ille & olim uobis hanc impietatem insestit, & nunc uobis author est, ut orbis terrarum concilium uituperetis, non alia de causa, quam quod in eo concilio, non quæ uestræ factioni patrocinentur, sed illa sunt scripta, quæ ab initio ipsi qui testes oculati, & ministri uerbi suere tradiderunt. Quid clarius dicitur, quam hoc ipsum, quo demonstratur, maiorum suorum testimonio successores pios non uulos, nisi scripturæ Propheticæ & Apostolicæ essent consuetanea quæ tenuerunt.

Quod hæretici ad scripturas prouocarunt semper, quid ad rem, qui non nisi eiusdem scripturæ auctoritate

itate & testimonij errorum conuicti sunt: Num quia scriptura ipsi abutuntur, Ecclesiæ ad alia arma recurrendū erit, quam scripturam ipsam? Quæ glo riosior est uictoria, quam si quis hosti ex manibus ar ma eripiat, & suo ipsorum gladio conficiat.

Sit hoc in certamine constitutū, ut præter scripturas nihil afferatur prorsus, tandem cui ueritas patro cnetur manifestum fiet. Cum enim in scriptura nullæ sit contradic̄tio, quia nulla falsitas, sequitur ut cum que diu sese regat error, tandem tamen productis scri pturæ testimonij, quæ ueritatis sunt, sese prodent. Non enim sufficit particulas Euāgeliorum excerpte, sed quomodo cum scriptura cōueniant tanq̄ corpore, ipsa collatiōne doeetur, qua obscura per clariora loca explicantur, & opinio ex obscurō loco hau sta, quæ alijs apertis locis scripture repugnat, refuta tur. Missis autē scripturis, ad traditiones hominum confugere, est domum super arenam ædificare, quæ ad quamvis tempestatem ruinæ exposita est.

In defensioē cōcilij Niceni aduersus nos mētit im pudēter, cū scribit, Priscā disciplinā per nos prorsus eueram esse. Suprà n. demōstratū est, in Papatu hypocrisin fuisse, Nec idoneis testib⁹ pbare unq̄ poterit, nos doctrīa nostra laxasse frena dissolutori uig. Negare nō possumus, doceri apud nos, q̄ disciplina externa non mereatur remissionem peccatorum. Quod autē uulgus ad licentiam libertatemq̄ carnis abutit, idē nobis accidit qđ Apostolo Paul⁹,

qui cum pariter doceret hominem absq; operibus  
legis coram Deo iustificari, propter solum meritum  
Christi per fidem, quidam hac saluberrima doctrina  
abusus dicebat, Peccabimus igitur. Item: faciamus  
mala, ut ueniant bona. Conuictu igitur quod nobis  
imputat dissoluta uitia etiam in Apostolu redudat.

Si nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequuntur,  
quid igitur eorum in summo uestro Pontifice que-  
remus, qui tot bellorum fax est & author. Num ipso  
deteriores sunt milites, qui sub ipso merent, & ipso  
authore summam crudelitatem exercent? Sed scio hec  
ad Ro. 30 c<sup>a</sup>  
p*ite paulo*  
*post finem.* in tuo capite reprehendere non audes, quia scriptum est,  
qui alios iudicat, a nemine iudicandus est. Quocunq;  
te uertas, quacunq; interpretationem afferas, Conci-  
lii Niceni decretu de Militia excusare nequis. Quia  
enim cont*affers ad fallaciam accidentis pertinet.*  
Siue enim quis deponat, siue non deponat, siue reu-  
mat siue cesseret, quatenus miles non corripondus est,  
nec ulla ei poenitentia iniungenda: si uero aliquid  
contra officium agat poenitentia dignum, quid hoc  
ad officium militis?

Sed uideas hoc loco egregium consensum Azo-  
ti cum suo defensore Hosio. In defensione lib. 3. cap.  
77. Sotus enim scribit: Concilium Nicenum, non mi-  
litiam, sed abnegationem fidei damnasse. Cotta Ho-  
sius ipsam militiam damnata esse affirmat. Donec er-  
go inter se consentiant, nos firmiter tenebimus, Pa-  
tris

tres Concilij in hac parte aliquid humani passos esse, quemadmodum Brentius in Prolegomenis demonstravit. Quod Christus æterna ueritas, non potest fallere, quid hoc ad uestras imposturas facit descendendas? Non n. Ecclesiæ, quæ electore coetus est, relinquit, si maximè Pontifices & sacrificuli omnis generis imposturas exerceant.

Cum Brētij sententia per oīa conuenit ea, quam ex Cypriano descripsisti. Dominus autem (inquit Cyprianus) de ecclesia sua loquitur, ad hos, qui sunt in Ecclesia, loquitur, ut si ipsi concordes fuerint, si secundum quod mādauit & monuit, duo aut tres collecti unanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, impetrare possint de Dei Maiestate quod postulant. Quid aliud quæso scribit Brentius? Sed extra Ecclesiam nos esse affirmas. Hoc nondum probatum est, quin contra demonstratum, cum uos horribilia idola defendatis, contra expressa scripturæ testimonia, sola cōsuetudine & traditionibus uestris cōfisi, uos non posse eam Ecclesiam esse, quæ columna ueritatis dicitur. Deinde refutat hæc Cypriani sententia tuam uanitatem, ut suprà dictum est, qua alligas eam toti Ecclesiæ, & non etiam omnibus eius membris, cum Cyprianus de omnibus pījs qui in Ecclesia sunt, loquatur.

Non minus frigidè respondet ad explicationem loci ex Matthæo de scripti, Ego sum uobiscū usq; ad

R

336 ADVERVS. STANISL. HIST. IV.  
consummationem seculi. Docere conat, hanc senten-  
tiā nihil ad nos pertinere, Quia nos egreſi sumus ab  
illis, & nō ipſi à nobis, 1. lo. 4. Quia uero ſepe haec ſen-  
tentia Ioannis abuſit, breuiter explicanda erit, ne  
opus ſit idem ſepe cum tedium lectoris repeteret.

D. Ioannes contra ſui tēporis hereticos ſcribit, q̄  
ab initio quidem ſuum quoq; conſenſum coniunxe-  
rint cū apostolica doctrina, q̄ uera & indubitata eſt,  
ſed ab ea poſtea defecerint & aliena ab ea docuerint.

Et uerè quidē Ioānes de ſui tēporis hereticis. Qui  
em̄ contra Apostolor̄ doctrinam aliquid afferebat,  
qd afferre poterat, q̄ hæreſiū, errorē & mendaciū.

Eandē ſententiā tali cōfidentia uſurpanſ q̄q; ad-  
uersarij noſtri, ut ſi eā aduersus aliquē pduxerint,  
ſufficiat ad hæreſeos crimen cōprobandum. Sed ut  
consequentiā ratio ſit ualida, probent prius neceſſe  
eſt, luā doctrinā apostolicā eſſe. Quod cū facere n̄  
queat, qd aliud ſūt q̄ scripture huius deprauator̄:  
cū eam ſententiā ad quālibet ſecessionē detorquāt.  
hoc. n. ipſor̄ iudicio, Christus cū Apostolis ſuis q̄  
que hæreſeos damnabit. Potuerunt. n. etiam Phariſ  
ſei dicere, ex nobis, hoc eſt, populo Iudaico cuius la-  
cris uſi ſunt, exierunt, ſed non erant ex nobis.

Desinat ergo in poſter̄ nobis haec deprauationē  
adducere, & eandē cantilenam itere atq; itere cuculli  
more occinere, qd ſine cauſa cōtra Brentium queri.

Sed audi queſio Christiane lector, quomodo pro  
bri

Hosius, suos esse Ecclesiam Christi, ad quam hæ  
promissiones pertinent. Brentius dixerat, ex senten-  
tia Christi, eos esse Ecclesiam qui Christū diligant  
& qui sermonē eius seruent, Io. 14. Hosius subiugit:  
In Christi sermone manere nos indubitanter credi-  
mus, quē si minus ex toto corde &c. diligimus, uel  
haec saltē in re nostram erga illum dilectionem decla-  
ramus, quōd nos ab illius corpore non separamus.  
Intelligit autem per Corpus Christi, Papisticam Ec-  
clesiam. Sensus est. Nos diligimus Christum, Qua-  
re, quia in eius gratiam manemus Papistæ. Egregiū  
dilectionis argumētum. quid si Christus Papatum,  
tanq Ecclesiam malignantium oderit, quid tuus cū  
illa consensus ad amorem Christi? quem si amares,  
illa Ecclesia separarēris. Sicut scriptū est, exite de  
illa populus meus, & ne participes statis dēlictorum  
eius, & de plaga eius non acipiatis. Vbi de Mercatu  
indulgentiarum & nundinatione Missarum cōcio-  
natur, quā multis annis in uera Ecclesia exercuistis.  
Du somnia Monachorū traducit Brētius, Hosius  
ad Philippi somnia cōfugit. Sed si probārit, Philip-  
pū suis somnijs ueritatē doctrinę pbasse, quā p̄fite-  
mur, sicut de monachis & alijs hypocritis aliquā plau-  
stra fabulare proferre possumus, quibus Purgatori  
um suffragia uiuorū, inuocationē sanctore & id ge-  
nus alias impietates stabilire & populo imponere  
conati sunt, hanc eius elusionē uerius q̄ solutionem  
accipiemus.

Micrus Magistratui tribuere, Philippum & Cal-  
uinum quam Brentius, Mendaciū est. Nam & Bren-  
tius ministerium spiritus, hoc est, officium docendi  
& administrandi sacramenta eis adimit. Et cuiusmo-  
di iudicium tribuat, suprà expositum est. Sed hæc ca-  
lumnia in officina depravationis nata est, qua mul-  
tū utitur Hosius ad suorum somnia comprobanda.

Quòd Brentium rationes deficiant, & ad cōuicia  
uertat, una est ex ueritatisbus Hosij, hoc est, putidum  
mendacium, Id quod lector ex his, quæ dicta sunt, co-  
gnoscere potest. Et confessio Hosij hoc loco posita  
fatis declarat, quam nihil præter officiū fecerit Bren-  
tius, si maxime in Pontifices & sacrificulos quædam  
scripslerit Seuerius, & ut Hosij uerbis utar amarius.  
Fateur enim malis artibus suos Pontifices & sacri-  
ficulos ad Ecclesiasticos ordines contendere. Quid  
igitur opus est plura de ea commemorare. Sufficit  
psius hostis confessio.

Quòd sperat fore, ut aliquando corrigantur, ego  
ad Calendas græcas reiſcio. Id enim solum est, pro  
quo tanq; pro aris & focis pugnat aduersarij. De do-  
ctrina nulla est illis aut exigua cura, quam defendunt  
nostro tempore potissimum, hi qui ad Ecclesiasticos  
Principatus quibus possunt rationibus cōtendunt.

Dū suos sacrificulos neq; excusare neq; defendere  
pōt, partē culpæ in Principes reiſcit, à quibus indo-  
cti ad Ecclesiastica officia nominentur, quorum ſu-  
fragium

fragium sequuntur Canonici.

Sed qua fronte Principes accusare audet. Cum. n.  
suprà omne de doctrina religionis iudicium ademe-  
rit suis Principibus, cur hīc exigit, ut idoneos nomi-  
nent, cum, qui sint idonei secūdum opinionem Ho-  
sij iudicare nec debeant nec possint. Verum hoc lo-  
co hominis fanatici & furiosi inconstantiam obser-  
uent Principes, qui ab Hosio propter negotiū cul-  
pantur uellementer, quod tamen cognoscere, il-  
lis neceps diuinis neceps humanis legibus licere scribit.

Ordinem in Ecclesia retinendum esse, quis igno-  
rat. Sed quid hoc ad ea, quae contra ordinem diuini-  
tus præscriptum, apud uos geruntur?

Non ignoramus uerum esse, quod scribis, si nul-  
li ordinarium munus docendi nisi ab Episcopis  
concessum esset, non regnaret nunc in Germania E-  
vangeliū doctrina, quam tu os blasphemum & exe-  
cratum, Sathanismum hoc loco & passim appellas.  
Episcopi enim uestri plerūq; asinos ordinare solēt  
ad tria Missa. Si qui sunt doctiores, iubentur imo da-  
ta fide obstringūtur docere manifestam impietatem  
de Invocatione sanctorum, de suffragijs uiuorum,  
De Purgatorio, De peregrinationibus, De oblatio-  
ne, De adoratione & circumgestatione panis in sa-  
cramento. His certè Episcopis nunq; reformabitur  
Ecclesia, quae ex professo idola tuetur.

Tractatum de Christi me incipit à crasso menda-

cio, q̄ scribit: Nos pudere noīs Christiani, qui malimus Euangelici quām Christiani appellari. Vt enim nobis Christiani nominis appellationem uenidicaremus, à Rō. Antichristo ad doctrinam Domini nostri Iesu Christi prouocamus. Huius mendacij potuisset illum commonefacere initium Catechesos nostræ, quo Catechumeni interrogati, cuius sint Religionis, respondent, Christianæ.

Sicut igitur nos non pudet Euāgelij, est enim potentia Dei ad salutem omni credenti, ita nos non pudet nominis Christiani, Sicut tu Mendacissimum os criminaris.

Ex hoc mendacio aliud nascitur, quod uidelicet scribit, Nos ideo inuisum habere Chrisma, quia nos pudeat noīs & appellatiōis Christianorū. Quare nō hæc ipsorum pinguedo ac foetidum oleum exolum nobis sit, aliās expositum est. Nam cum ipsi faceant, de Chrismate nihil in lege noua (sic appellat doctrinam Euāgelij) scriptum esse, quis non detestetur ipsorum temeritatem & impudentiam, qua imponteres illi Ecclesiæ suum oleum pro sacramento obtruserunt à Christo institutum, cui etiam plus uirtutis adscriperunt quām baptismo.

Nam quod reges & sacerdotes ungebātur oleo, quid hoc ad Christianos, qui ab hac legis Mosaicæ Ceremonia liberi sunt. Si uero odore huius olei delectaris Hesi, Pericopen Brentij legas, qua horrēda

& magica eius incantatio prolixè exposita est.

Cū adeo necessaria fuerit in sacerdotib. unctio, ut  
sine Chrismate presbyter ne baptizandi quidē ius  
habere scribat Hieronymus, quanta fuit Apostoli  
Pauli oscitantia, q & ad Titū & ad Timotheū scribit  
qualis persona esse debeat Episcopus, unctiōis uero  
& rasure ne uno uerbo quidē meminerit. Sanctiores  
nimis sunt uestri sacrificuli quam D. Apostoli Ti-  
motheus uel Titus, qui sine hac unctione uestra, mi-  
nisterio uerbi & sacramentorum functi sunt.

Si qd oleo Papistico tribuendū esset, nullo tñ mo-  
do ferendū est, qd scribit Hōsius, virtutē spūs S. inui-  
sibilē permixtā esse oleo, cū nulla sit mixtio rerū ecce-  
lestiū & terrestriū in sacramētis à Christo institutis.

Manuū impositio cū nunc sit res adiaphora, si eo  
modo etiam suo oleo uterent Papistæ, aliquo modo  
terendum esset. quia uero, ut dixi, suo oleo plus tri-  
buunt q baptismō, nullo modo tolerari potest. Do-  
cent. n. q illa summorum Pontificum manibus pe-  
culiariter administretur, baptismus ab omnibus  
vulgaribus sacerdotibus distribuatur.

Frustra hoc loco de significatione & mysterijs o-  
lei clamitat Hōsius, Sed an à Christo institutum sit  
nec sacramentū, querit: cū. n. creatura nō possit face-  
re sacramentū, nec creatoris uerbum de Chrismate  
demonstrare possitis, quid opus est in coaceruacio-  
ne tot testimoniorum frustra laborare?

De Conse.  
Dist. 5.  
Ca. De his  
uero.

Status controuersiae is est, quem poluit Brentius:  
 Num ab Episcopis uestris qui sunt hostes ueræ do-  
 cimētis sit petenda ordinatio. Nos negatis uestris Epi-  
 scopos tales esse, nos uero in explicatione doctrinæ  
 nœ cōprobauimus, istos manifesta Idola defendere.

*Iohann.17.*

Quām nihil discriminis sit inter Caiaphā & sum-  
 mun Pontificem uestrum, Phariseos & uestris Epi-  
 scopos, similitudo factorum comprobat. Talem autem  
 non posse fieri summum Pontificem probat deprava-  
 tione scripturæ Hosio usitata, quia Christus roga-  
 uerit pro fide Petri. Sed suprà dictum est, quid hoc  
 ad Rom. pertineat Pontificem. pro persona Petri ro-  
 gauit Dominus & omnibus, qui eius uestigia sequū-  
 tur, sicut & pro reliquis Apostolis & ipsorum audi-  
 toribus, & qui per ipsorum uerbū creditur in Christum.  
 Verba autem Christi ad Petrum dicta, Rogauit pte ne deficeret fides tua, personalia sunt,  
 & non nisi ad Petrum dicta.

Deinde quod ad Magistratum attinet, docemus  
 hanc curam ad ipsum tanq; principale membrū per-  
 tinere, uidelicet ut idonei Ministri Ecclesijs præfici-  
 antur. Ita tamen ut suum ius Ecclesijs ministris man-  
 at, quibus magistratus nihil derogat, cui etiam de  
 ordinādis sicut & populo rationē reddere possunt.

Exemplum Act.13. productum cum ipso Hosio  
 pugnat, Ibi enim docetur expresse, quod ad uniuersi-  
 tum cōcūm locutus sit Dominus, à quo Barnabas &  
 Paulus

Paulus segregati fuerunt in ministerium Domini.  
Similiter quoq; Act. 14. capite ordinationem pres-  
byterorum factam esse suffragijs piorū, cum scribit:  
*καρτονήσαντες πρεσβυτέρους κατ' εκκλησίαν.* & Cyprianus  
ex eiusdem scripturæ sacræ autoritate docet hunc  
morem, quo publico iudicio ac testimonio alijs ad  
munus docendi idoneus comprobat & deligitur, ex  
diuina autoritate descendere. Presbyteris enim nō  
quod lubebat, concessum fuit, sed illorum officium  
erat salutaribus consilijs & monitis populo pregiare,  
non dominari, quemadmodum suprà dictum est.

Concurrent ergo in ordinandis Ecclesiæ min-  
istris & Ministeriæ Ecclesiæ & magistratus & populi  
officium. Ministeriorum est examinare, Populi de cō-  
versatione ordinandi testari, Magistratus sua autho-  
ritate utrūq; tanq; Ecclesiæ membrum adiuuat, idq;  
iudicio, ut in doctrina idoneus, & vita innocens po-  
pulo preficiatur. Hic ordo si in Ecclesia obseruatus  
fuerit semper, fortasse alia eius nunc facies esset, q;

apparet.

Non ergo Principibus hoc ius damus, qd totius  
Ecclesiæ est: si uero id rapiant, à Papistis iniustè accu-  
santur, qui non minus eo abusi sunt.

Antichristianismus, quem ex Bernhardo de Ro-  
Pont. produxit Brentius, cum non uite sit modo sed  
& doctrinæ, qua fronte audent à nostris petere, ut  
ius ordinandi, quo Ecclesiam spoliârunt, ipsis hac in

S

Lib. t.  
epist. p.

impietate perseuerantibus concederent? Quis enim Christianus ab Antichristo petet ordinationem, hoc est, publicum testimonium & potestatem docendi in Ecclesia? Quod si maximè cuperent, non prius ab eis ordinantur, quam ueram doctrinam Euangelij abiurauerint, & in uerba impietatis sacrilegè iurauerint.

Optandum sanè esset, sicut Moïse loquitur, ut universus populus prophetaret. sed hoc exemplo non uult Brētius, quod tu in ipsum cōsingis, uidelicet, ut omnes sint Apostoli, doctores & Prophetæ, ut ordinatur diuinitus institutus, quo docendi ministerium non nisi idoneis committendum est.

Sectarum uero hanc unam esse causam, impudenter mentitur, nullibi enim plures sectas repries quam inter ipsos Papistas, qui de summo consensus gloriantur. Et est fallacia accidentis, ad quam nunc aliquoties non sine tædio responsum est.

In explicatione legis Theodosianæ cum dixisset Brentius: Damalum Pontificem Romanum, & Petrum Episcopum Alexandrinum, rectam fidem de Triade (de hac enim cum præcipue agebatur) secutus esse, addidit post pauca uerba: Det nobis (Alos) Petros Apostolos, det nobis Damalos Romanos & Petros Alexandrinos, qui ueram & sinceram doctrinam Apostoli Petri sequuntur, & habebit plios Principes non auditores tantum, sed etiam adiutores:

Ves: Ibi triumphum canit ante uictoriam Hosius, & ex utriusq; aliorumq; Rom. Pontificum scriptis mul ta coaceruat dicta de Ro. Pont. primatu. De Ecclesiæ iudicio. De oblatione in Missa. De traditionib; De poenitentia, De bonis operibus, quæ omnia cum doctrina Brentij pugnent. Aut igitur hæc ei probanda esse affirmat, aut inconstantæ notam effugere non posse, uociferatur, qui petierit sibi dari Damasos & Petros.

Sed hic conspicua est Hosij extrema malitia. Breuis, cùm peruersitas Pontificiorum hominum ei ignota nō esset, disertè addidit restrictionem, se probare doctrinā Damasi & Petri, de Trinitate, de qua nunc agebatur. Sic enim loquitur: Det nobis Petros Apostolos, & Damasos Romanos, & Petros Alexāndrinos, qui ueram & sinceram Apostoli doctrinam sequuntur. Hoc calumniatur Hosius, & ad omnia eorum scripta probanda detorquet, quod Brentio nūq; in mentem uenit. Et hoc uno exemplo quis cādor & quæ ingenuitas sit in Hosio, qui uerbā tā expresa & clara deprauare audet, cādius lector doceri potest, ut discat quæ fides ei q; sit in reliquis habenda.

Manifesta enim sophistatio est: Augustinū recipio & probo de gratia contra Pelagianos disputantē. Ergo omnia eius scripta recipio. Fallacia est à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Item: Apostolus Arati & Epimenidis sententiās adductas p-

140 ADVERSVS STANISL: HOSIVM,

bavit. Ergo oīā ipsorum scripta amplecti debet, qd nū  
la ratione sequitur. Item, D. Paulus agnouit & rece-  
pit inscriptionem unius altaris de ignoto Deo, ergo  
omnes inscriptions probabit. Eodem modo argu-  
mentatur Hosius hoc loco: Brentius probat doctrinā  
nam Damasi de Trinitate, Ergo omnem doctrinā  
eius probat. Sed ualeat Hosius cum suis ineptijs.

Exemplū de Theodosio ex Socratis historia ad-  
ductum, cum refutare nequit, eludere conatur, sed  
ut cuncte sese in omnes formas uertat, negare non po-  
test. Theodosiū de doctrina iudicasse, de qua diuer-  
sas confessiones uocati offerebant Episcopi.

Quod Nectarij Episcopi Constantinopolitanū  
consilio Theodosium usum commemorat, nihil sen-  
tentiae Brentij detrahit, nec enim ipse quoq; tale iu-  
dicium de doctrina tribuit Principibus, ut putent si-  
bi non audiendos esse Ecclesiae ministros.

Sed hoc uoluit exemplo Theodosij probare, q  
quemadmodum Theodosius non fuerit stupidus,  
ut absq; suo iudicio subscriperit alienis sententijs,  
ita Principum quoq; piorum officiū esse, non ab eis  
iudicio sacrificiolorum sententijs accedere, sed non  
nisi probatam & Propheticis aīq; Apostolicis scri-  
ptis confirmatam doctrinam tueri.

Cūm fateatur Hosius sese in hoc argumento, hoc  
est, Principum officio in Ecclesia filij Dei explican-  
do à Brentio urgeri, ex aliquot Synodis exēpla pro-  
ducit,

ducit, quibus comprobet, Principes sibi nunc p̄ hoc  
sumpisse in primitua Ecclesia, ut de doctrina religi  
onis cognoscerent aut iudicarent. Ea quoq; nunc ui  
debitimus, & luce meridiana clarius demōstrabimus  
Hostiū impiam opinionem illis ipsis exemplis refu  
tari & confundi.

Nam quod initio de Constantino commemora  
tur, qui conuocatos Episcopos monuit, ut ea que ad  
Dei fidem pertinent, absq; ulla animorum conten  
tione distinguerent, quid hoc iudicio eius derogat.  
Nihil prorsus. Episcoporum enim officium est dili  
genter scripturę loca, facta collatione, explicare, hoc  
lubens permisit illis Constantinus, sed q; illis ita ad  
dictus esset, ut sine iudicio, hoc est, cognitiōe doctri  
næ eis assentiretur, hoc nulla historia comprobabit  
Hosius.

Quod ad factum Constantini attinet in exuren  
dis sacerdotum libellis criminaliōijs, quid aliud fa  
cit, quā n̄ ut illorum stulticiam rideat, qui ad expli  
cationem doctrinæ uocati, priuatas iniurias ulcisci  
uolebant. Vbi dictum Psalmi: Ego dixi Dñ estis, in Psalm. 82.  
pertinenter adducit Constantinus, quod ad Magi  
stratus pertinet non sacerdotes. Magistratus enim  
eō loco Dñ appellantur.

Si quid nobis hac ætate deest, Constantinus est,  
qui tot conuiciorum libellis exustis sua authoritate  
Ecclesiis ministros eo adduceret, ut priuatas offensi

142 ADVERSVS STANISL. HOSIVM,  
ones oblii, doctrinæ explicationem sine conuictis  
& sophistica sumerent, fortasse minus esset & con-  
tentionum & offendiculorum in Ecclesia. Qui ad  
Constantinum deferebantur libelli, iniurias & si-  
multates sacerdotum continebant. Illis omisssis, in-  
quit, ad ea pergit, quæ fidem spectant, hoc est, ad e-  
am quæstionem dijudicandam, propter quam etis  
uocati.

Si non fuit Episcoporum Dominus Co*stanti*-  
nus, qua fronte, illorū seruus cum esset, suorum Do-  
minorum Episcoporū scilicet libellos exuri iussit.

Hoc igitur exemplo nihil aliud præstat Hosius,  
quam ut Principum eam asserat auctoritatem, qua-  
lem eis Brentius tribuit. Videlicet post quod sententias  
contulerūt Episcopi de aliqua parte doctrinæ, Prin-  
cipum esse officium de ea quoque iudicare, & postque  
iudicauerunt piam & ueram, studium quoque suum  
& operam ad eius propagationem cōiungant, sicut  
hoc loco Constantinum fecisse demonstratum est.

Nec opus erat ut ipse quoque Cōstantinus subscri-  
beret, sicut ne hoc quidem à nostris Principibus exi-  
gitur, nisi quando ipsis quoque fidei reddenda estra-  
tio. Aliás enim & Constantinus subscriptione iudi-  
cium suum de Synodi doctrina declarasset, sicut te-  
cerunt alij, qui ab ipso Hosio paulò prost commemo-  
rantur. Idem, quod ad subscriptionem Imperatoris  
attinet, ad ea quoque, quæ in synodo Constantinopo-  
litana

litana decreta sunt, respondemus. Sed video te Hosius non intelligere, quid sit subscriptio. Non enim haec solum est subscriptio, si addatur, Ego Constantinus sic sentio, sed illud uerè est subscribere, utrum uidelicet dogma legibus munire & publicis editis in populos propagare, Id quod Constantinus Imperator fecit.

In tertia synodo quam torquet se Hesiodus ne uel Theodosio uel Candidiano iudicium aliquod tribuat in cognoscenda uera doctrina. Nam uel aliquem colorem inducat malæ causæ, alium statum singit, quam à Brentio propositus erat.

Brentio negocium est cum Asotii impietate, qui affirmabat: non esse Principum officium iudicare & cognoscere de doctrina. Contrarium probauit Brætius, & cum iudicium sit Ecclesiæ, Prælati autem Asotici sint hostes Ecclesiæ, ad illorum iudicia non esse respiciendum docet Brentius, sed piros Principes & omnes fideles hortatur ut suæ æternæ salutis memores, quod ipsorum officium sit, ipsi quoque videbant, quid & cui credant. Nec ita suum iudicium captiuum exhibeant sacrificulis, qui pro libidine in Ecclesia dominantur. Haec cum scripsisset Brentius, Hesiodus qua potest malitia depravat, Et singit Brentium ita liberum iudicium tribuere Principibus, ut ipsi pro sua autoritate in Ecclesia discernant, & prijs Episcopis suo loco pulsis, ipsorum

144. ADVERSUS STANISL. HOSIVM,  
munia & officia usurpent, ita ut quis in consilium ad-  
hibere debeant Episcopos. Hac calumnia posita, ex  
empla Rom. Imperatorum recitat, qui partim conci-  
lijs interfuerint, partim subscripti erint. Sed quod ex  
amen doctrinæ in se receperint, nullo modo demon-  
strari posse contendit.

Sed cum quo contredit Hosius? quæ sibi Antago-  
nistam singit Hosius? Brentius certè non est, qui cō/  
tradicat. Si enim controversia aliqua exoritur in do-  
ctrina religiōis, ad quem rectius rei cietur eius exa-  
men, quam ad Ecclesie ministros? qui, sicuti in phra-  
si obscuritas est, præsidio cognitionis linguarum re-  
spondere possunt: si sententia obscura est, alijs apec-  
tioribus declarare possunt. In tali Episcoporum cō/  
sessu si maximè sedeant uel Principes uel Reges uel  
Imperatores, audire malunt, q̄ pronunciare. diju-  
dicatione uero audita & cognita, quam ex collatio-  
ne scripturarum profectam uident, suum quoq; cō/  
fensum adiungunt. & quāuis iudicio doctorum du-  
cantur, non tamen sine iudicio suæ cōscientiae allen-  
tiuntur.

Nec facile sibi persuaderi patietur uel Imperator  
uel Princeps, ut eam exequatur sententiam, in qua  
ipsius conscientia uulneretur. Necesse igitur habet  
adductis scripturæ locis & rationibus euidentibus  
decretorum ueritatem prius probare Principi, q̄  
executionē persuadeat Episcopi. Nec uero proprie-  
tes

re concilio superior esset Princeps, quod ipse quoque exigit eorum rationem, quae in concilio geruntur, siue coram audiat, siue per suos legatos ea de re certior fiat.

Sicut igitur sapientes Reges & Principes audiunt suos lures cōsultos de iure & legibus disputates, quorum etiam stant iudicio, quibus ea in parte propter legum ignorantiam longe inferiores sunt, sed tamē sibi prius legibus & rationibus cupiunt satisfieri. Ita in Ecclesiasticis controversijs, non sumunt sibi tale iudicium, ut nemine auditio pronuncient, sed accessoris doctis & p̄hs Ecclesiæ ministris eorum sententias & iudicia audiunt, non ut pro arbitrio statuant, sed ut suum iudicium quoq; ea sententia confirment, quos ex lege diuina, hoc est, ex scriptis Propheticis & Apostolicis disputantes audiunt. Hæc cura Christiano Principe dignissima est, nisi malit opinione quam fide uiuere.

Idem in tertia Synodo generali, quæ fuit Ephesi habita, fecit Imperator Theodosius, qui in Epistola ad Cyrilum scribit: Nos sanè nō patiemur, ut simul & turbes & Ecclesiæ turbentur, neq; ut inexcusa nobis sit ea doctrina, cui dijudicandæ præfici oportet eos, qui circumquaque sacerdotio præsident, & per quos in sententia firmiores sumus, & post hac sumus. Quid apertius pro sententia Brentij dici posset, qd ab Imp. Theodosio scriptū est. Tribuit

To. 4. Cyril.  
Epist. 4.

T

126 ADVERSUS STANISEM OSIVM,  
Episcopis quod ipsorum est officij, uidelicet ut de  
ciranam discutant. Deinde affirmsat se illorum ex  
plicatione in fide sua firmorem esse & fore.

Idem proflus nostri p̄ij Principes faciunt. Expli  
cationem controveriarum in doctrina Ecclesiæ m  
nistris Ecclesiæ commendant. Hos audiunt, eorum  
explicatione per gratiam spiritus sancti firmi sunt,  
& quotidie collatione scripturaræ firmiores sunt in  
fide. Postq̄ subinde magis magisq̄ uident, uos &  
scripturæ sacræ testimonijs, & probabilibus ne d  
cam firmis rationibus destitui: Sic iudicio doctri  
næ nostræ assentuntur, quos nullis blanditijs uer  
borum persuadere possemus, ut cum discrimine ul  
tæ ac fortunarum omnium eam profiterentur.

Eodem animo Quartæ Synodo interfuit Mat  
tianus Imperator, qui Imperiali authoritate non el  
let executus quidq̄, de quo nondum eius confirmā  
tum erat iudicium.

Zoz. lib. 9.  
cap. 2.

Pulcheriæ studium & sapientiam in extirpandis  
hæresibus quomodo potuisset prædicare Zozomie  
nus, si uera Ecclesiæ doctrinam non cognouisset, &  
de ea iudicare non potuisset? Horrendu aud tu est,  
persuaderi posse homini, ut in aliquot millia homi  
num, interdum etiā suppicio mortis animaduertat  
quispiā, nec eius facti rōnē afferre posuit aliā, q̄ alio  
rū iudiciū, qd ipse ignoret, & de q̄ iudicare nequeat.  
Rectè fecit Chalcedonensis synodus quod Archi  
mandritaz

manditæ scedula exhibuerit ut subscriberet. male Archimadrita, quod recusauit, quamvis hac recusatione non hoc uelit, uidelicet q[uod] non potuerit de ipsorum doctrina iudicare?

Quanta in Chalcedonensi synodo fuerit Magistratus authoritas, & quæ eius partes Actione 2. Syndodi docetur. Cum Cyrilli & Leonis Papæ lectæ essent Epistolæ, quid dixerint iudices sequitur: Magnificentissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Post hæc omnia quis dubitat? Iudicium certe in illis fuit non tam, ut quæ Epistolæ authenticæ essent, sed quomodo filij diuinitas, & duarū in Christo naturarum unio probata esset, uiderent.

Similiter in actione prima scribitur, quod iudices & senatus post causæ cognitionem & iudicium vindicaverint Flauianū, & Eusebium Episcopum, qui iniustè damnati erant. Sed libertu[m] verba eorum actioni primæ inserta recitare: Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: De recta quidē & Catholica fide perfectius sequenti die conueniente concilio, diligentiorem examinationem fieri oportere perspicimus. Quoniā uero Flauianus religiosæ memorie & Eusebius Reuerendiss. Episcopus, ex gestore & cognitionū scrutatiōe, & ipsa uoce q[ua]rundā, q[uod] nō synodo presuerūt, confitentū se errasse, & frustra eos dānasse, q[uod] nihil circa fidē mōstrant errasse, ostendunt iniustè depositū. Vide nobis (si placuerit

AD VERSVS STANISLA THOSIVM,  
Domino nostro) eidem pcenæ dioscor Reuerend.  
Episcopum Alexadriæ, & Iuuenalem Reuerend.  
Episcopum Hierosolymorum, & Thalassium Reue-  
rend. Episcopum Cælareæ Capadociæ &c. qui pote-  
statem & principatum tunc Synodi tenuerunt subia-  
cere, & à sancto concilio secundum regulas ab Episco-  
pali dignitate fieri alienos, omnibus quæ acta sunt  
ad sacrum apicem referendis. Orientales & qui cum  
ipsis Reuerend. Episcopi, dixerunt, Hoc iustum in-  
dicium. Illyriciani (iudicium senatus & iudicium miti-  
tigare uolentes) & qui cum ipsis Reuerend. Episco-  
pi. Omnes errauimus, omnes ueniam mereamur.  
Sed orientales denuo & qui cum ipsis Reuerend. Epi-  
scopi, dixerunt: Multos annos senatus. Sæctus Deus,  
sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.  
Multos annos Imperatoribus. Impius semper fu-  
git. Diuersorum Christus depositus. Homicidā Chri-  
stus depositus: Hæc iusta sententia, hoc iustum Con-  
cilium, hoc sanctum concilium, iustus senatus, iussu  
concilium, Martyres Deus vindicauit.

Quid ad hæc Hosius dicere potest? Iudices & le-  
natus Politici erant non Ecclesiastici. hi non solum  
audiunt, sed etiam iudicant, quosdam absoluente  
& vindicantes, quosdam damnantes: Hoc ipsorum  
iudicium approbatur ab Episcopis, pronunciatur iu-  
stum, diuinum, & ipsius Christi iudicium, quo San-  
cti quidam martyres vindicati erat. Num tibi res le-  
uis

vis uidetur aliquem ab hæresi & errore absoluere,  
alios uero eidem poenæ adiudicare? Si huic concilio  
intersuisset Hosius, superbè repulisset iudices ipsos.  
Quid uos prophani iudices sumitis uobis de dñs &  
Episcopis iudicium? non decet Episcopos à Polití-  
cis, sed ab Episcopis & Deo iudicari. Concilij est &  
sanctorum Patrum de decretis synodi iudicare, hi solū  
intelligunt, quos absoluant & condemnant. Vestri  
officij non est. Ideo intra fines uocationis uestre per  
maneatis. Hæc uociferatus fuisset superbus, blasphe-  
mus, & loquax Episcopus Vuarmiensis. Sed aliud  
sonat vox Episcoporum orientalium, qui clamant: lu-  
sum iudicium. Vnde manifestū sit quid p̄ij Episco-  
pi iudicio piore iudicū & senatus, qui omnes Po-  
litici erant, tribuerint. Nunc eos uix subsellio infi-  
mo, aut ut cum Brenio loquar, paulmēto dignant.

Sic iudicauit quoq; Iustinianus Imperator, cuius  
executio sine iudicio non fuit. Sic & Constantinus in  
Constantinopolitana tertia synodo, qui etiam sub-  
scripsit: legimus & consensimus. Sic iudicio non ca-  
ruis subscriptio Patri, Marcellini, Felicis & Liberij,  
qui Politici cōcilio Araustcano secūdo intersuerūt.

Sed qd refert, prior ne Imperator subscribat an E-  
piscopis. Nec quidq; horū dignitati deceſſisset, si ma-  
xime Imperator prior subscriptiſſeret. Facit aut huius  
Imperatoris pia humilitas aliquid ad fastum Episco-  
porum & Prelatorū, cui nostra ætate aliquid derogari  
valde dolent.

Ex synodo Nicena secunda quod de Imaginibus assert decretum, quam est impium. Vbi statuitur, ut Imagines Christi, Matris eius & sanctorum adores tur. Et ad crimen Idolatriæ depellendum, aiunt se in illis (imaginibus) non consistere, honoremq; & adorationem concludere, sed per eas ad inuisibilem illam singularemq; atque unicam diuinitatem dirigere.

Sed quis adeo barbarus & rufus etiam inter ethnicos fuit unq;, qui non eadem ratione suā Idolatriā excusare potuerit. Num Aegyptij ignorarūt Apis esse bouem quē colebant, & cui lacra faciebant? Nū Ieroboam filius Nebath ignorabat suos uitulos ex auro esse? Num idem ignorabat Aharon cum populo Iudaico? Horribilis tamen erat Idolatriā, ut cuncti iactitarent se se animis non consistere in illis bobus, sed ad inuisibilem deitatem ascendere.

Execranda impietas est, quod scripsit Photius in hac synodo decretum. Sic crucis (inquit synodus) ignum adoramus, quo dæmonum agmina fugantur & uarij curantur morbi, cum semel in ipso exemplari gratia & uirtus exhibita sit, & usque ad exempla similis uis se se diffundat. Quid Idolatria est, si hæc non est? Eant nunc Papistæ, & dicant, se se nullam uirtutē adscribere simulacris, cum impiè assueret, eam uirtutem inesse exemplis quæ sit in exemplari.

Quicunq; igitur hanc horribilem Idolatriam stu lerunt,

stulerunt, ihs uestra excommunicatio non nocet, quod singulare pieratis ipsorum testimonium fuit, quod in hanc horrendam Idolatriam non consenserint.

De Basilio Imperatore idem dicimus, quod de reliquis. Etsi enim iudicia non sunt similia, sine iudicio tamen non creditur subscriptisse.

Gregorius Nazianzenus nobiscū nō pugnat: ipsi em quoq; reprehendimus eorum temeritatē, qui cu piū caput esse, cum uix pes aut manus esse possint: quapropter hoc quoq; testimonio Principibus manet sua i doctrina cognoscēda, libertas & autoritas.

Sed qua fronte ex concilio Apostolorū proferre auder Hosius de presbyteris, qui sanè non oēs munus docendi in Ecclesia usurpabāt? Ut illis iudicium de doctrina q; adimat, qui pleni spū Dei erant. Sic argumentatur: Petrus, Barnabas, Paulus, Iacobus locutus, reliqua multitudo iacuit, Ergo caruit iudicio. Nolo hanc tam crassam & palpabile malitiam refutare, mirum quō Deus homini fulmine parcat.

Quod Valentinianus Imperator noluit eam curam suscipere, quid eius exēplum pīs Principibus praescribere potest: Fallacia consequentis. Dissimilia enim multa reperiantur exempla. Sed Episcopo Hosio hęc reuerētia in summis Regib. & Principib. placet: sic. n. pro libidine in Ecclesia dñari possunt. Confligit Hosius tandem etiā ad hæreticos Valentiniānū & Aurelianum Imperatores atq; gētiles,

quorum reverentiam erga Episcopos in eo commēdat, quod ipsi quoq; à iudicio abstinuerint in doctrina religionis. Sed quis hic non uiderit stuporem Hosij? Dum enim hæreleos accusat in tanta dignitate cōstitutos, quid aliud facit, quam q; eos peruersi iudicij accusat. Cur enim hereticus est Valentianus, nisi quia iudicat Catholicorum sentētiā & doctrinā esse falsam. Cur Aurelianus permanet gentilis & in Christianos molitur persecutionem, quæ tamen subitanea eius morte impedita fuit, nisi quia iudicat Christianorum fidem esse falsam? Miror quomodo Pilati exemplum omiserit Hosius admodū illustre, qui etiam detrectabat iudiciū de doctrina Christi, cū diceret Christo: Quid est ueritas? q.d.ad me non pertinet iudiciū de Religione & fide. Et Gallionis, qui in Actis Apostolorum recusat suscipere iudicium de quæstionibus iudeorum. Siquidem esset, inquietus, iniquum aliquid aut facinus pessimum ônus iudei, rectè uos sustinerē; si uero quæstiones sunt de uerbo & nominibus legis uestræ, uos ipsi uideritis, iudex ego horū nolo esse. Hactenus que Imperatorum & Principum partes fuerint, in controvèrsiarum religionis dijjudicatione, paucis demonstratum est. Si uero historijs doceri potest, Imperatores & Principes ita in iudicium Episcoporum reieciisse omne iudicium de dogmatibus Ecclesiæ, ut quid decreuissent siue consentaneum, siue dissensuum,

A.D. 18.

tanè esset scripturæ sacræ, pro oraculo spiritus sancti, sine ullo suo proprio iudicio amplectentur, iudicamus eos non piorum Principum, sed Epicureorum & prophaniorum officio functos esse.

Sed si sanè, q̄ iudicio abstinent, nū hæreticorum & gentilium exemplo idem te pīs Principibus perluadere posse confidis?

Quām malitiosè deprauat uerba Augustanæ Confessionis, quæ sic sonant: Secundum Euangeliū, seu ut loquuntur, iure diuino, nulla iurisdictio competit Episcopis, ut Episcopis, hoc est, ihs, quibus commissum est ministerium uerbi & sacramentorum, nisi remittere peccata, item cognoscere doctrinam, & doctrinam ab Euangelio dissentientem rei scere, & impios, quorum nota est impietas excludere à communione Ecclesiæ. Quanta per Deum immortalem est uis ueritatis, ut etiam per hostium ueritatis iugula nonnunq̄ erumpat. Hęc Hosius. Sed uide lector, quanta sit hominis cæcitas. Augustana confessio docet ad Episcopos non pertinere ius gladij, sed ministerium docendi Euangelij. Ex hoc se probare confidit Hosius, ad Principes non pertinere iudicium & cognitionem, quod authoribus confessionis nunq̄ in mentem uenit. Sed quem mendaciorum non pudet, quomodo pudere posset depravationum & calumniarum? Hęc Principum confessio fuit & iudicium de doctrina, ne quid erres Hosii, non solum

154 ADVERSUS STANISL. HOSIVM,  
pastore Ecclesiæ, qui errores Papisticos abiecerunt.

In fine huius disputationis, tanq; suæ causæ diffi-  
dens, sese ad serenissimum Poloniæ Regem conuer-  
tit, & maiorum eius, & Imperatoris Caroli defun-  
cti, & Ferdinandi Regnantis exemplo hortatur, ne  
hanc piam curam suscipiat, ut de doctrina Religio-  
nis cognoscat. Videt enim improbus & blasphem-  
mus homo, Si regi uel tantillum concedatur, fore ut  
lux Euangelicæ doctrinæ in corde eius per gratiam  
Spiritus sancti exoriatur, ut tandem declareret, se no-  
le Cathedras constitutas, ex quibus Euangeliū uox  
sonat in Polonia, demoliri, sed altaria euertere, in  
quibus hactenus Cœna Domini horribiliter fuit  
prophanata.

Ego uero hoc loco exhortatione ad Serenissimū  
Poloniæ Regem supercedebo, contentus explicati-  
one Veritatis perspicua, quæ, ut Irenæus loquitur,  
docendo persuadet. Vnum silentio præterire non  
possum, quod ad dedecus tanti Principis scribere  
non est ueritus Hosius de Paire Regis Sigismundi  
in Domino, ut speramus, defuncto. Cum ab eo po-  
stularent nonnulli, ut purum Euangeliū in regno  
suo prædicari permetteret, respondit: Officij sui  
non esse de puritate verbi cognoscere. Non enim  
mihi persuadere possum, hanc hominis Christi  
uocem esse potuisse. Cur enim homo Christi  
anus, ne dicam Rex, non esset summe sollicitus de  
puritate

puritate Euangeli, cum hoc unum necessarium sit.  
Et Christus tumultuantem circa alia Martham cor-  
cipiat, Mariam vero collaudet, quæ ex ore Chri-  
sti puram doctrinæ hauriebat. Quod si uero incogi-  
tancer emissæ est vox, qua fronte hic sycophanta ef-  
ferre audet, quæ non nisi illorum sollicitationibus  
adscribenda erat, dum semper etiam non uoca-  
ti aliquoties præsto sunt Regibus, uociferantes, &  
quibus possunt rationibus persuadentes, ut hanc cu-  
ram cognoscendæ doctrinæ abiijciant.

Sed audiamus ea quoq; quæ contra Vergerij co-  
natum pium, euomuerit temulemus Hostius in Mē-  
sa serenissimi regis Poloniæ. Vide, inquit, Serenis-  
sime Rex, q; in eptū, quamq; absurdum sit, & ab om-  
ni ratione prorsus alienum, quod admirator Brētij  
postulat Vergerius, ut unus alijs Princeps aut Rex  
sibi iudicium usurpet. Etia communisensu destitu-  
tus esse uidetur. Hactenus uerba & conuicia Ho-  
stij, qui quorū sensus habeat ignoro, cerebrum illi non  
esse iam demonstrauimus.

Fingamus aut, inquit, ut in regno tuo (quod pro  
sua misericordia procul Deus auertere dignetur)  
quocunque tandem iudice seorsim aliquid ab or-  
be reliquo Christiano de Fide constituatur, Cedo  
Brenti, cedo & tu Vergeri, quo nomine fidem hanc  
appellabimus: Polonā ne, an Lithuanā, an Russicā  
an Brussicā: Certè Catholicā uocare nō poterimus,

ADVERSVS STANISLAH OSIVM.

si fuerit ab orbe reliquo Christiano diuersa. Quid igitur aliud restabit, quam ut expungamus illum articulum fidei nostrae, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam. Et illius loco dicamus: Credo Polonam, aut Lithuanam Ecclesiam, quæ sancta dicit non poterit, si fuerit à reliquo Christi corpore, sancta Ecclesia Catholica separata. Hactenus Hosius. Qui in preceptionibus Rhetorum probè institutus est, firmissimum argumentum ultimo loco sibi posuisse uidetur, ut Regem à cognitione ueræ doctrinæ auocet. Eius summa est: Si maximè cuperer Rex aliquam doctrinæ & Cæremoniaræ mutationē suscipere, de nomine tamen, quo appellanda sit hæc fides, nondum constare. Sed quælo mi Hosio, si eò peruentum est sicutneis tuis argumentis, ut in illis parum præsidij ponere uidearis, & de nomine solùm dubitas, quo appellanda sit fides, quæ doctrinam amplectitur, cuius summa descripta est in confessione Imperatoris Carolo V. Augustæ Vindelicorū in comitijs Anno &c. 30. exhibita, hac sollicitudine & cura facilè te liberabimus. Christiana, si fortè ignores, rectè ac uerè appetebit, quæ Christi doctrinam sequitur, & in ea sola acquiescit, sicut Propheticis & Apostolicis scriptis prodita est.

Quod enim tu Lithuaniae aut Polonicam aut Brussicam criminaris, uanum est. Fides enim Christiana non loco aut multitudine hominum, sed ueritate

tate doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ definitur,  
quam qui habet puram & incorruptam, Christianus  
est, siue in Polonia, siue Lithuania aut Borussia  
uiuat. Et quid si tam tolerabile esse fidem appella-  
re Lithuanam aut Polonam, quam Romanam;  
cum Poloni & Lithuani non minus sint homines  
quam Romani.

Quod Catholica dici non possit, si fuerit à reliquo  
orbe Christiano diuersa, & ipsi concedimus. Sed bo-  
nus Episcopus mitris & pedibus Episco-  
porum suorum fascinatus orbem Christianū non-  
dum quis sit definiare potest. Suprà enim demonstra-  
vimus, & propitio Deo in sequentibus decebimus,  
Rom. Pont. cum suis Cardinalibus & Episcopis ma-  
gna ex parte hostes esse Christiani orbis.

A Papa igitur, Cardinalibus & eorum impuris fa-  
ctis fiet apostasia, non à Christiano orbe separatio-  
ne, eam doctrinam recepit serenissimus Poloniæ  
Rex, que in nostris Ecclesijs beneficio Dei sonat in-  
corrupta.

Precatur Hosius pro sua impietate, ut hoc Deus  
auertere dignetur, Videlicet, ne doctrinæ nostræ  
hospitium præbeat Polonia, Sed nos stultum & im-  
pium uotū esse arbitramur, & speramus preces pio-  
rum præuilituras, ut etiam in hoc amplissimo Re-  
gno filio Dei Ecclesia colligatur, quæ ipsum recte  
agnoscat, inuocet & colat.

Sed ut Epilogi nouissima pars exordio & reliquis partibus orationis conueniat, sex enormibus mendacijs hunc librum cōcludit. Primum est, quod de nostris scribit: Nulla esse alia nostra q̄ separatiōnis consilia. Alterum, q̄ nouam fidem cōdamus majoribus nostris ignotā. Tertium. Quod Regi auctores simus, ut maiores suos ac nostros oēs cæcitat̄ & impietatis condēnet. Quartū, ut schismaticus sit. Quintum, ut sit hæreticus. Sextū, Nostra scripta non aliò quam ad sēditionē excitandam spectare, & ad sempiternum animarum interitū. Horum quia nullum cōtra nos uerè cōprobare poterit, reliquum est, ut sit mendacissimū os, cui in prophanis rebus nulla fides habenda est, multo minus in ihs, quæ ad salutem animæ pertinent.

Nullam enim à Catholica Ecclesia separationem docemus, in qua optamus esse coniunctissimos, sed ab erroribus, Idolomanījs, & à meretrice Babylonica, ex qua exēdūm docemus omnibus, qui animas suas liberatas uolunt, Apoc. 17. Nouam fidem non condimus, sed ueterem, & quæ ab initio orbis propagata est, in Christum unicum Saluatorem prædicamus, quam Hosius cum suo fodalitio non obscurat modo, sed prorsus negat, dum homines de gratia Dei perpetuō dubitare docet, sicut suo loco ostendetur. Nec maiores nostros omnes cæcitat̄ accusamus, aut impietatis condemnamus, si errores taxentur.

taxentur. Electos enim omnibus temporibus conservatos iri, Christi uox testatur, Faciet signa & prodigia, ut si fieri posset, etiam electi in errorem inducerentur. Et ad Eliam dicitur: Reliqui mihi septem milia, qui genua sua non curuârunt ad Baalim. Sic passim habuit etiam in Papisticis densissimis tenebris suos Dominus, qui in uera fide & uera inuocazione perseverârunt. Quapropter neq; schisma contra unitatem, nec heresin contra ueritatem catholicam docemus. Nisi schismatici sint & haeretici Christus & Apostoli, qui sese quoq; à Phariseis & Leuitis separabant, partim caput, partim membra ueræ Ecclesiae. Seditionis crimē etiā Christo & Apostolis eius intentatum, quid mirum si nos quoq; propter profissionē ueritatis noīe Christi idē audire cogamur.

Frustra igitur uel Anglie, quæ post summam crudelitatem, quam Eduardo sexto necato in eo Regno exercuerunt Pontificij, denuo Euangeliū doctrinam recipere incipit, uel Germaniæ exemplo, in cuius perniciem iam coniurauerunt Pontificij, sicut in nem Christi Pharisæi cum primoribus populi, Serenissimum Poloniæ Regem ab amplectenda pia doctrina, que in Ecclesijs nostris sonat, dehortat. Horum enim malorum oīm non doctrina nostra, sed Pontifici ore summa crudelitas est causa, qua eam extinctam volunt. Quare non desinunt eūsmodi Sathanæ habella, magnatū inflāmare animos, ut innocentem

fundant sanguinem, si ut Pharisæi excitabāt popu-  
lum, ut contra Dominum uitæ clamarent, Crucifi-  
ge. Quapropter speramus, quæ Regis Polonæ  
pietas est & moderatio, tantum abesse ut eiusmodi  
uaniis, impijs, sophisticis, blasphemis, & crudeli-  
bus persuasionibus aurem præbeat, quin potius per  
Spiritus sancti gratiam uel rāndē excitetur & emer-  
gat ex captiuitate illa, qua Hosius cum suo cōsortio  
optimum Principem captiuum detinere confidit,  
ut ipse quoq; Euāgeliō Christi hospitium præbeat.  
Modo nunc illud ab eius pietate imperent piorum  
uota, ut cognoscat solum doctrinam, Cui prius fidē  
non habeat, quām compertū habeat, eam cum Pro-  
pheticis & Apostolicis scriptis non pugnare, qua in  
parte piorum non formidamus iudicia, cum Hosi-  
us cum suis lucem ferre nequeat.

Hactenus dētexi Mendacia, blasphemias, calum-  
nias, depravationes scripturæ & sophismata Hosij  
in explicatione argumenti de legitimis iudicibus re-  
rum Ecclesiasticarum, & quomodo hæc pia cura co-  
gnoscendę ueræ doctrine ad omnes pios, in primis  
vero ad Christianos Principes pertineat, refutatio-  
ne argumentorum Hosij & confirmatione ar-  
gumentorum Brentij, demonstratum est.

Nunc ad ea, quæ sequuntur,  
pergamus.

DE AVI

# De Authoritate Sacrae SCRIPTVRAE CONTRA STA- nislauum Hosigm.



TATVS huius libri est: quod Hesius aduersus Brentium demonstrare conatur, in explicandis de doctrina Religionis controuersijs, non ad sol. m scripturam sacram prouocandum esse, & quoniam obscuram, ambigua, dubia, mortua sit & nihil respondens, his enim elogijs eam ornat Azorus, eius explicatio nem non ex scriptura, hoc est, locorum collatione pertendam, qua obscuriora per apertiora ac clariora loca explicantur, sed recurrentia esse ad traditiones hominum, conciliorum decreta, Patrum scripta, & proximam Ecclesiæ, per quæ scripturæ sacrae obscuriora dicta explicanda sint.

Brentius contra docet, Eisi quædam loca in scriptura sacra occurrant obscuriora, ea per clariora explicari posse. & uanitatē refutat, qua scriptura sacra humanis traditionibus subiicitur, & Patrum dicta, ac conciliorum decreta per scripturam, & non scripturam sacram, per Patrum ac conciliorum decreta explicanda esse, confirmat.

Videamus igit utriusq partis & examinemus ar-

Principio astutè dissimulat blasphemias Azois,  
quas in scripturā sacrā euomuisse demonstrat Bren-  
tius, & frigidè excusat uenerabilē scilicet fraterculū,  
q̄ ei à Brētio iniuria fiat. Simulat etiam, se suosq̄ re-  
uerenter de scriptura sacra sentire. Sed tātum abeñ  
ut suum Azois defendat, quin eius blasphemias  
etiam supereret Hosius. Libet huc uel saltē unum  
locum describere ex blasphemo libello, quem de eis

o. 2. presso Dei uerbo edidit: Nos uero, inquit, Dei Di-  
coelo sententiam potius expectabimus, ac tum istos  
pro sua, non scripturarum sententia dimicantes, tum  
ipſas etiam scripturas, quarum tot iam, non diuen-  
tas modò, uerū & contrariās interpretationes ab  
ferri uidemus, FACEssere iubebimus. Et qđ nobis  
ecclēstis ille magister dignatus fuerit reuelare, tan-  
quā ex pressum Dei uerbum, ea, qua pars est, rre-  
rentia, recipiemus, ac ipsum loquentē potius audie-  
mus (sicut etiam Propheta dicit: audiā quid loqui  
in me Dominus) q̄ ut ad EGENA ista Elementa  
nos conuertamus, & in illis, quæ nunc in hunc  
nunc in illum sensum inflecti uidemus, salutem  
nostram constituamus. Non oportet Legis au-  
scripturæ esse peritum, sed à Deo doctum. VANus  
est labor, qui scripturæ impenditur: scriptura enim  
Creatura est, & egenum quoddam elementum. Nō  
conuenit

bonuenit Christiano, nimium Crētūræ addictum  
esse, Deū audire oportet, huius uoces de cœlo expe-  
tiādē sunt, ut nos erudiant. Hactenus Hosius. Quæ  
verba, siue Hosius suo, siue aliorum nomine reci-  
tet, certè hanc esse Alotorum, & Hosiorum, hoc  
est, imp̄ijsimorum hominum, de sacra scriptura  
sententiam, non est obscurum. Hoc ne est reueren-  
ter de scriptura sacra sentire? Quid est scripturam  
eleuare, prorsus ab̄scere, & pedibus conculcare, si  
hoc non est? Vocat enim scripturam sacram ege-  
num elementum, & creaturam talem, cui Chri-  
stianus homo non debeat nimium addictus esse:  
Vanum esse laborem, qui scripturæ imp̄editur: scri-  
pturam facessere iubet, q̄ uariè exponi possit: expe-  
tiādās esse sine scriptura de cœlo reuelationes, qui-  
bus credendum sit & confidendum. Non igitur mi-  
rum est, si blasphemias Aloti defendendas suscep-  
tit, cum adeo horrēda ipse de scriptura sacra euome-  
re audet, que nec obstinatissimi Papist̄ probare po-  
terunt. Quid igitur tribueret uel Br̄etū uel aliorum  
piorum & eruditorum scriptis os blasphemum.

Nunc quid Hosius in hoc tertio libro scribat bre-  
uiter percurremus.

Exorditur autem à fallacia accidentis. Hæretici  
semper ad solam scripturā sacram prouocārunt. Er-  
go ad solam scripturam prouocandum non est, ni-  
li hæreticus esse & haberī uolueris. Vino inebriant̄

homines ebriosi, à uino ergo abstineamus. Hæretici ergo erunt Christus & Apostoli, q ad scripturā prouocarunt ad Pharisæorum impietatem refutandā.

Hanc fallaciam excipit unum atq alterum mendacium, quo de nostris configit, Eos nihil prorsus præter scripturas recipere, & Ecclesiæ sensum atque consensum pro nihilo ducere, cum eas tantum traditiones repudient, quæ cum doctrina Apostolica pugnant, & certum est ab Apostolis non esse introductas, sed per impostores in Ecclesiam Dei insectatas. Consensum Ecclesiæ maximi faciunt. Sed errores multitudinis refutant, quos illi nomine consensus Ecclesiæ imperitis obtrudunt.

Qua reverentia scripturam recipiat, paulò antedictum est, ne quis putet seriō loqui Hosium.

Scripturas à uobis nostros habere dicimus, quemadmodum Prophetarū libros Christus & Apostoli à Pharisæis, sed quid hoc ad illorum aut uestram impietatem comprobandum?

Sub Papatu fuisse non solum Christianos, sed nō cleum Christianitatis quis dubitar: Nam in ea multitudine erratum latitabant Electi, de quibus Christus iam pridem pronūciavit, quod nec prodigiis nec signis, que à uobis ad confirmandas horribiles Idolomanias predicanter, in errorem induci poterint, diuina scilicet gratia præuenti, qua hos errores detestati sunt.

Probare

Probare conatur in sequentibus, Sotum reueren-  
tius de sacra scriptura scribere Brentio. Quia Sotus  
plures agnoscat Canonicos libros quam Brentius.  
Sed consequentia neganda est, Authoritas enim sa-  
cræ scripturæ non cōsistit in multitudine librorum  
sed paucorum ueritate. Et minus reuerenter de scri-  
ptura sacra sentiunt, qui quoluis libros, de quorum  
fide non sine causa dubitatum fuit, eiusdem authori  
tatis cum rurtois & uerè Canonicis haberi uolunt.

Vt assenserat quoddam libros, etiam inter Canoni-  
cos censeri, quales sunt Iudith, Tobias, Ecclesiasti-  
cus, Sapientiæ, Machabeorū libri tres, mutilata Au-  
gustini producit testimonia. Scriptura, inquit Augu-  
stinus, Machabeorū, ab Ecclesia non inutiliter rece-  
pta est, si sobriè legatur. Vbi longè inter Canonicos  
scripturæ sacræ & hœs Machabeorum libros discer-  
nit. Et iterum: suppositio horum temporum non in  
scripturis sanctis, quæ Canonicæ appellantur, sed  
in alijs inuenitur. In quibus sunt & Machabeorum  
libri. Et Cyprianus in expositione symboli, Sciendū  
est, inquit, quod & alij post Canonicos, libri sunt,  
qui non Canonicī, sed Ecclesiastici à Maioribus ap-  
pellantur, ut est Sapientia Salomonis, & alia Sapien-  
tia, quæ dicitur Iesu filij Sirach, qui liber hoc ipso  
generali uocabulo apud Latinos Ecclesiasticus ap-  
pellatur. Quo uocabulo non author libelli, sed scri-  
pturæ qualitas cognominata est. Eiusdē ordinis est

ADVERVS STANISL. MOSIVM,  
libellus Tobiae, & Iudith, & Machabeorum libri,  
quæ omnia legi quidem in Ecclesia uoluerunt, non  
tamen proferri ad authoritatem ex his fidel &c.

Fallaciam ergo h̄i: commisit Hosi⁹, quæ est à dī  
cto secundum quid ad dictum simpliciter, quam eū  
am subtile mendacium dicere posse.

Sicut tudo librorum reuerentiam parit scriptu  
ræ sacre, maiorem huic ego tribuam q̄. Hosi⁹. Si n.  
Apostolor⁹ Canones sunt authētici, libris noui Te  
stamenti addā adhuc duas Epistolas Clemētis, quæ  
in capitulo 84. recitant, quas author ita commēdat,  
ut oībus publicanda non iudicet, propter Mysteria  
quæ in se continent. Nam hæ quoq; omnibus cleri  
cis simul ac laicis uenerādæ sunt tanq; sacræ, si autho  
ri Canonum credimus. Sed ualeat Clemēs cum suis  
mysterijs, & sufficiat nobis Mysteriore Dei facta in  
scripturis Canonicis explicatio. Hosi⁹ sese suppo  
sitioñs Apostolorum Canonibus, si liber, oblectet.

Brentium scripturis ludere, quod scribit Sotus,  
penes lectorem candidum sit iudicium. Hosum aut  
scripturas miserè deprauare, partim ostēdimus, par  
tim propitio Deo ostendemus.

Vtinam uero quod ore satetur ex animo crede  
ret, suos Catholicos detestari omnē doctrinam, cul  
tum & religionē pugnātem cum scriptura. sic. n. cor  
rueret āḡsolat̄ria, Sanctorū inuocatio, Suffragia pro  
mortuis, Nundinatio Missarū, Mercatus Indulgen  
tiarum,

tia, & similia multa. quæ omnia cū scriptura sacra ex diametro pugnant, sicut suo loco demonstrabit.

Scripturam sacrā non esse obscurā dixit Brētius, sed addidit eius rationē. Videlicet ut eius interpretatione sit extra ipsam scripturā querenda, hoc cauillat Hosiū fallacia à dicto secundū quid ad dictū simpli citer, ac uociserañ, Brentiū docere nihil esse obscuri in scriptura sacra, cuius uanitatē ea quæ sequunt̄, redargūt. Cū n. obscuritas sit aut in uerbis, aut in rebus, de uerbor̄ obscuritate, hoc est phraseos, scribit Brētius: Negari nō pōt, quin aliquoties nōnulla in scriptura sacra imperitis obscuritas occurrat, pp̄ter phrasim eius linguae, qua scriptores usi sunt. Quod ad res attinet, ait Brentius, Nec negari potest, quod & res ipsa testificat, q̄ imp̄js, & incredulis scriptura sit maxima ex parte obscura. Fateor ergo Brentius, obscuritatē in scriptura, cū in uerbis cum in rebus, sed docet hanc per se non inesse scripturæ, sed uicio hominum accidere, ut quædā loca obscura sint. Imp̄js quidem omnia, qui nihil perspiciunt earum rerum quæ Spiritus Dei sunt, pijs aliqua, sed quæ aperioribus declarari possunt.

Ex Augustino de doctrina Christiana profert locum de scripturæ sacræ obscuritate, sed quæ de explicatione huius obscuritatis addidit Augustinus, astutè dissimulauit & omisit Hosiū, uidelicet obscuriora loca aperioribus explicanda esse.

Quod ad diuersam explicationem uerborū Cœnæ attinet, iam dictum est, obscuritatem non esse in rebus per se, sed uicio hominū accidere, quibus carnis imbecillitas obstat, quo minus sese perfectè spiriti sancto in obsequium Christi subiçiant.

Omnia Sathanam habere posse præter charitatē impudenter affirmat Hosius, ut nostram cum illius cādem fidem & doctrinam doceat. Sed blasphemia est cum atroci mendacio coniuncta.

Cum Brentius docet gladio spiritus, hoc est, uerbo Dei, sicut Paulus ad Ephesios loquitur, repellas & uincendas astutias Diaboli, Hosius respōdet, non scripturarum intelligentiam, sed fidem peccatum, mortem, horrores inferni & Sathanam uincere. Est autem fallacia equiuocationis in uocabulo intelligentiæ. Duplex enim est intelligentia scripturarum, altera carnis, qua loca scripturæ nouisse & recitare potest prophanus homo. Altera est spiritualis, qua homo per Spiritus gratiam in eius ueritate confidit & acquiescit. Hosius de priore blaterat, quod Christianos non faciat. Sed quis hoc negauit?

Verūm quod ad fidei explicationem attinet, quæ spiritualis astutiæ uincuntur, quæ non est sine illa spirituali intelligentia, quām est ineptus & ridiculus, imò quām stultus & blasphemus. Firma fides, inquit, ea demum est, qua uictoria semper contingit, quam solidiorem nonnunque reperire licet in ijs, qui minorem

minorem habent scripturarum intelligentiam. Qui cum se nihil aliud scire iudicet, quod Iesum Christum, & hunc crucifixum, in illo solo fiduciam suam omnem collocatam habentes, articulum hunc toto cor de profitentur: Credo sanctam Ecclesiam. Satis mirarne quo Hoc ruditatem. Antibi parum in scriptura nouisse & intelligere uidetur, qui scit & credit in Iesum Christum, & hunc crucifixum? D. Paulus ad Corinthios scribens, ait: Non iudicaui me sciens aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. & ad Galatas, Absit a me gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. D. Petrus testatur ad hoc caput præcipue referri omnium Prophetarum conciones. Huic omnes Prophetæ, inquit, testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Et Ioannes Evangelista summa Evangelitæ doctrinæ hanc suisse dicit: Haec, inquit, scripta sunt, ut credatis quod Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

Summa igitur cæcitas est Hoc, qua laicos scripturarum intelligentia uera priuat, qui nucleus scripturarum tenent. Fides enim non est fides, sed opinio incerta, qualis est Papistarum fides, quæ non expresso scripturæ testimonio nititur, quemadmodum scriptum est: fides ex auditu, auditus autem per uerbum Dei. Roman. 10.

Miror autem heri & nudius tertius Catholicum  
Hosium factum Lutheranum. Si enim ad vincendas  
spirituales astutias, peccatum, mortem & satanam sus-  
ficit nouisse Christum & hunc crucifixum, & creden-  
te Ecclesiam sanctam Catholicam, hoc est, esse ceterum  
hominum in terris dispersum, qui idem credit & in  
Christo omnem suam fiduciam collocat. Cur nos tanquam  
haereticos traducis? qd hoc nomine a Papistis dissen-  
timus, a quibus imperitum vulgus seducitur, qui non  
solum Christum crucifixum nouerunt, si tamen no-  
uerunt unq; sed docent peccata expiari nostris quoq;  
operibus, suffragis uiuorum pro mortuis, pena Pur-  
gatorij, peregrinationibus, mercatu indulgentiarum,  
nundinatione missarum, & id genus alijs rebus. Su-  
pram aliquoties dixit, Veritatem per iugulum hostiis  
eius, inq; etiam inuitis interdu erumpere. Id quām  
uerē dici posset de Hosio, uel hic saltē locus docet.  
Et si haec quoque uerba quām sophisticè sint posita,  
paulò post uidebimus.

Quod ait: nihil esse periculosius, quām uelle in a-  
gone mortis de scripturis cum Sathanā contēdere,  
quām absurdum est, quām falsum: In hoc certamine  
gladio usēdum esse docet Paulus, & qualis gladius  
sit definit, Verbum scilicet Dei. Hoc uerbum nisi fi-  
des apprehendat, fides nō est. Fide igitur ut uincas,  
uerbo Dei, qd scriptis Propheticis & Apostolicis  
continet, ut sis instructus necesse est. Fides. in uer-  
bo & per uerbum uiacit.

Manis

Manifestè hoc loco uidere est, Hosiu[m] cum suo so-  
dalitio in hoc conspirasse, ut scripturam sacram q[ue]c  
è medio auferat. Sicut sic passim in Papisticis locis,  
ubi cum periculo capitis cōiunctum est, secum No-  
vi testamenti libros habere patrem familias, ex qui-  
bus familiæ suæ interdum maximè diebus teriatis  
unam atq[ue] alteram pericopen proponat.

Lutherum, Christū quoq[ue] negatur, quia sacrifici-  
cium missæ negari permittata prophetia est.

Per doctrinam Lutheri animos hominum preparari,  
ut Deus quoq[ue] Christus neget, & Mysteria Iathanæ  
per ipsum ruelata, blasphemia est execranda, quam  
suo tempore non impunè feret Hosius, Connivet nūc  
Dominus, donec patrum suorum mensuram impleat.

Cū autem denuo repeatat, nihil esse cum maiore peri-  
culo coniunctum, quām si quis de scripturis cum sa-  
thanā certamen inire uelit, quā rationem uincēdi Sa-  
thanā, morte & internū, doceat Hosius, uideamus.

Tum uero, inquit Hosius, tutissimum fuerit exē-  
plum sequi Carbonarij cuiusdam, ex quo, cum ani-  
mi causa, uir quidam doctus quesiuisset, quid crede-  
ret, symbolum recitauit. Cū interrogaret ille, quid  
præterea crederet, respōdit: Quod ecclesia credit Ca-  
tholica. Ille uero: quid credit Ecclesia? Quod ego, in  
quit, credo. Cūq[ue] subinde ille quereret, circulo hoc  
usus Carbonarius, nihil aliud respondit, quām se  
credere, quod Ecclesia credit, Ecclesiam credere, q[uod]

ipse crederet, nec aliud ab illo quidcū eliceret potuit. Ferit autem euenisse posterius, ut uir ille doctus & sacrarū literarum peritus in graue morbum incideret, deq̄ uita sua periclitaretur. Orsus est cum eo quoq; tum Sathanas disputare, quidue crederet, querere. Cūq; nimis urgeret sathanas, necq; se miser ille satis explicare posset, uenit ei in mentem Carbonarij, nec alia fuit eius uox audita, præter hanc, Ut Carbonarius. Qui uero absidebant, eum propter morbi uim errore mentis affici putabant. Posteaq; uero fuit ex morbo confirmatus, interrogabat eum, quid sibi uoluerit, cū toties clamaret, Ut Carbonarius. Ille rem omnem explicat ordine, quemadmodum in illa sua cum diabolo disputatione, sicut olim audiuerat ex Carbonario quodam, non aliò sibi consigliendum esse duxerit, quam ad fidē Ecclesiæ Catholice, tanq; ad Asylum unum omnium tutissimū, quodcū plus in ea præsidij tum inuenierit, quam in omni scripturarū exercitatione, quas tota uita sua meditatus erat diligenter. Acceptum se ferre diuinæ misericordię, quod in simplicem illum Carbonarium inciderit, cuius nisi sibi succurrisset exemplum, ingens fuerit periculum & discrimen aditurus: Hactenus Hosius:

Compendiaria hæc est uia uincendi Sathanā, quam nobis prescribit non oī ille Cordubensis, sed magnus nostri temporis Hosius Vuarmiensis Episcopus, singulare scilicet Regni Polonici decus. Si quis

sciat

Sciāt recitare symbolum, & in agone mortis ingemīnare hāc uocem, Ut Carbonarius, protinus omnes diabolos fugari. Compēdiaria certe uia, modo quæ de ea commemorantur uera essent.

Quia uero ipse noster Hosius statim subiungit: si ue autē uera sit hæc historia, siue se res aliter habeat, de eius ueritate ipse quoq; dubitat. Hæc cum prioribus si conferas, fanaticum & furiosum hominē non agnosces. Paulò antè dicebat, In agone mortis tutissimum esse lequi exemplum Carbonarij illius. Nūc uero an uera sit historia an fabula ipsemet dubitat. Videre igitur licet, quod pariter cum mente & sensu communem amiserit.

Deinde, quanta est contumelia in scripturam sacram diuinum organum, plus ex hac uoce & in istitione Carbonarij hominem accepisse cōsolationis, quam ex omni scripturarum exhortatione, quas tota uita sua meditatus erat diligenter. Quis hunc Carbonarium Euangeliām elegit? Mirore eius nomen tam insignis doctoris Calendario nō inscriptum, ut eius memoria esset apud posteros sempiterna.

Ego autem ueritatem de hoc Carbonario pandā, & unde hæc uox Carbonarij profecta sit exponam Hosio, ne de ueritate historiæ dubitet.

In tanta & supina negligētia Episcoporum, & ruditate atq; ignauia sacrificiorum, ueritas doctrinæ cœlestis, superioribus annis humanis traditiōibus,

172 ADVERSUS STANISL HOSIVM  
Monachorum somnijs & scholasticorum sophisma  
tis sepulta iacebat, ut quid crederent uix ipsi cæcore  
duces nouissent. Sacra, que in Ecclesia siebāt, lingua  
uulgo ignota celebrabāt. Patres familias uero à luis  
matoribus Symbolū Apostolorē cum oratione Do  
minica & Decalogo retinuerūt. Sed quid in Ecclesia  
zgeretur prorsus ignorabāt, qui enim linguam igno  
tam intelligerent? Contenti ergo suo symbolo, sacri  
ficulis sua sacra relinquebant, quibus si maximè asti  
terunt interdum, ignorabant tamen malediceret ne  
an benediceret sacrificulus. Quapropter de reliquis  
partibus doctrinæ Christianæ interrogati nihil  
prorsus respondere poterant, eas scilicet propter ru  
ditatem sacrificiorum non edocti. Qui ergo reli  
quis callidiores erant, hoc effugio suam imperitiam  
palliarunt, sese scilicet credere, quod Ecclesia credit.  
Hæc, inquam, nō Carbonarij solum, sed ferè omnia  
strum spectatorū, (auditorē dicere uolebam) est con  
fessio, qui de præcipuis capitibus doctrinæ Christia  
næ interrogati, qd sit baptismus, quis eius usus, quid  
Decalogus, quid requirat, quomodo impleat, quid  
œena Dominica, quis eius usus, Quis symboli usus,  
magis muti sunt quam pīces. sic scilicet à ueltris sa  
criticulis neglecti. Hanc ruditatem tantum abest ut  
agnoscatis, & emendetis, quin etiam tanquam tu  
tissimam æternæ salutis viam prædicetis & com  
mendetis. Laicorum officium non esse plura scire,  
hæc

hæc ad officium Episcoporum spectare, Rusticorum vero sit laborare, & suo sudore hæc inutilia & perniciosa onera terræ in suo ocio alere. Cæterum quid Ecclesia credat, ad ipsos eam curam non pertinere, modo credant Ecclesiam Catholicam non posse errare.

Hanc esse ueram historiam, non superioris tantum sed etiam nostri sæculi exempla declarant, Vbi tantam uidere est hominum ruditatem, ut quæcumque credere iubeantur credant, nihil de eorum uel pietate uel certitudine scientes, sed credulitate sua somnia sacrificulorum sequentes. Sed non sine causa dolet istis hominibus, minorem nunc esse & simplicitatem & credulitatem hominū, quam ante 40 annos fuit. Ea enim extorquere poterant, quod uolebant. Cæterum nunc apertis oculis imposturas & fraudes sacrificulorum magistratus pariter cum subditis nident. Et hanc quam illi implicitam fidem predicarunt, uidet esse somnum & merum ludibrium satanæ. Ac credunt quidem, quod Ecclesia credit Catholica, sed non sicut Carbonarius ille, qui quid Ecclesia crederet ignorabat. Verum hi etiam sciunt, quid Ecclesia credat de Baptismo, de uera fide, de Invocatione Dei, De preceptis Decalogi & eorum impletione per fidem. De coena Domini. De ostio cœli & clauibus quibus reseretur. Hæc explicita, hoc est, explicata fides est, non implicitus uis Carbonarij &

inuolutus error, qui unde prouenerit ignotum est.  
 Color certe omnibus suspectus est, qui cum tenebris  
 eosam afferat doctrinam, quæ omnes partes doctrinæ  
 Christianæ hominibus ex oculis remouet, me-  
 tus est ne fuerit ipsissimus diabolus, is scilicet quem  
 coties cum Luthero disputantem introducis.

Abi ergo in malam rem cum tuo Carbonario ex  
 inferno resuscitato nobis & omnibus Christianis  
 cum illius fide, hoc est, erronea opinione, nihil erit  
 commune, qui scimus cui crediderimus, & quia cre-  
 dimus loquimur, hoc est, quod credimus, profite-  
 mur, & per gratiam Dei constanter iuemur.

Hosius ad fallacias natus, & calumnij assuetus,  
 cum ueritate premitur, qua potest ratione rectè dicta  
 deprauat. Ita hoc loco quoq[ue] facit. negare non audet,  
 etiam Laicis ex scriptura descendam fidem: quapro-  
 pter ut aliquid calumnietur saltē, addit. Etiam si scri-  
 pturas omnes non ad amulsum aliquis intelligit, sa-  
 lutem nihilominus consequi potest. quasi uero à no-  
 stris auditoribus omnium locorum scripturæ abso-  
 lutam & perfectam requiramus intelligentiam: Sed  
 hæc calumnia in superiore libro refutata est.

Si eadem ratione uerbum Domini Romæ alliga-  
 tum non est, sicut oppido Vuitenburgensi, pro con-  
 cesso ab Hosio accipimus. Verbum enim Domini  
 nec locis nec personis alligatum est. Sed personæ  
 uerbo alligatae sunt, quibus tantisper creditur, dum  
 quæ

Quæ in scripturis prodita sunt, incorrupta docent.

Quod ad lumen Theologorum attinet, qd  
in Academia Vitembergensi à sacrarum literarum  
studiosis præstatur, quām nihil adimat libertati do-  
centium in Ecclesia, circumstantiarum diligens con-  
sideratio docet. Nam ad naturæ ordinē, expressum  
Dei accedit uerbum, quod iubet coram cano capite  
assurgere. Et quoniam non paribus donis spiritus  
sancti instruci sunt omnes, ne alibi impingant, seni-  
ores certe & eruditiores audiendi sunt, qui collatio-  
nes scripturarum de dubijs recte pronunciare, & ru-  
diores docere possunt. Non igitur tyrannis est, qua  
in uerba Theologorū Vitembergensium etiam re-  
clamante conscientia quis iurare cogatur, qui in du-  
bijs quibusdam hæret, sed ad collationē p̄fam & fra-  
ternam ut accedat, ne quid temerè innouetur à quo-  
quam, solenniter promittit.

In ea collatione nondum auditæ sunt hæ Papales  
uoces: Philippus sic credit, ergo oēs sic credimus.  
Sed cum iuxta normam & regulam scripture dubia  
expenduntur, iudiciorum ac sententiarum ratio ex  
clarissimis ac minimè depravatis testimonijs Prophe-  
ticis & Apostolicis redditur.

Quòd si uero in eo aliquid peccaretur, fallacia ac  
cidentis esset. Nihilominus pia constitutio in natu-  
ra & uerbo Domini fundata permanet, in ecclesia se-  
niores à rudiorib. & imperitioribus audiēdos esse.

Sin nihil in scriptura est difficile, si nihil obscurum,  
quorum attinet, (inquit Hosius) etiam a loginquis  
& remotis locis de quopiam Christianæ doctrinæ  
loco Vuitembergam referre.

Collectio hæc mendacio nicitur, qua propter re-  
futatione non eget. Non n. negat Brœtius in scriptu-  
ra sacra esse quædam difficultia & obscura, id eo q[uod] col-  
latione opus esse ldeor[um] scripturæ, ad quā opera eru-  
ditior necessaria est. Sed nihilominus manet immo-  
ra ueritas, scripturam per scripturam explicandam  
esse, eamq[ue] sibi ipsi ad explicationem sufficere.

Multis exaggerat certamen de articulo iustifica-  
tionis in Brœtsia exortum, de quo suo loco dicens  
copiosus. Nunc sat is electorem unius uel alterius  
Hosiani Mendacij & sophismatis admonere.

Nam quod uociferatur nostros de summa Evan-  
gelij nondum consentire, mendacium est. Cum  
nun summa Evangelij sit: homines consequi omni-  
um peccatorum Remissionem & uitam æternam,  
propter passionem, mortem & obedientiam Chris-  
tii per fidem. Si Hosius demonstrauerit, uel in Brœ-  
tsia, uel in Saxonia, uel in superiore Germania à Phi-  
lippo, Brœtio aut illorum discipulis aliter doceri, fa-  
tebimur ipsi quoque uerum esse, quod ab eo scri-  
ptum est: adde, si libet, hoc quoque, si comprobaue-  
ris Osiandrum & Morlinum duo contentionis hu-  
ijs capita, docuisse, aliter nos remissionem peccato-  
rum

nam consequi posse, quam per fidem propriam unitam & solam obedientiam Christi, quae Euangelij summa est, victoriam tibi concedemus. Sed quia dictum doceri potest, quanta est hominis impudenteria, tam confidenter in innocentes mentiri.

Contentionis uero inter Osiandrum & Antago nistas eius exortę causam non est quod in scripture reiecta obsecritate, sed utriusque partis affectum, qua in parte aliqd humani passus esse, utrinque libenter fatemur.

Quod Romanæ sedis solius iam inde à mille & quingentis annis semper propriū fuerit de religiōis cōfroversia iudicium, ad quod de omni questione referendum sit, Mondaciu est nimis crassum, cum diuersum doceri queat ubi concilijs constituum demonstrari potest, quomodo per singulos Metropoliitanos questioes de doctrina religionis exortādi contendā & iudicandā sint.

De Suenckfeldio suo loco dicitur, ne idem sāpe cum tedium inculcetur.

Symboli, Decalogi, orationis Dītice, & sacramentorum obsecritatē probare conat Hostus, quia extēt in hæc capita multore prolixa cōmentaria, quibus non indigeret Ecclesia, nisi hæc capita obscura essent. Non magna iactura uidetur, si pauciora etiā extarent cōmentaria. Verē hec ad Catechismi obsecritatē cōprobandā nihil faciunt. Cōmentaria n. hæc seruit imperitorib. quod potissima pars in exhortationib.

conlumitur. altera uero, quæ breuiter comprehensa sunt in suas partes euoluuntur et distribuuntur. Sua tamen etiam simplicissimis horum capitum uerbis manet ea perspicuitas, quæ etiam rudes docere potest. Exactam uero omnium partium explicationem & ex scriptura ampliore, coaceruatis scripture testimonijs, confirmationem, iam dictum est, nos non exigere a simplicioribus, quibus ad salutem satis est hæc capita uno atq; altero scripturæ testimonio confirmata habere.

Res ipsa docet, si quid obscuritatis habent sacramenta à Christo instituta, scholasticorum intricatis disputationibus hoc magna ex parte deberi, qui sele etiam difficulter explicare possunt, tantum abest, ut aliquid certi imperitiores doceant.

Dum errorem de una parte sacramenti tueri conatur, nihil aliud facit, quam ut Laicos non una parte, sicut Papistæ hactenus, sed utraq; priuet, idq; ut si bi uidetur, expresso Dei uerbo.

Brentius de Alotieis Prælatis scribit: q; inuenient artificium, quo ex omnes, faciant Non omnes. Cōtra Hosius probare nititur, uerba Christi ad laicos non pertinere, quando dixit: Bibite ex hoc omnes: Quid enim, inquit, perspicuè magis dici potest, q; quod Matthæus dixit, Vespere autem facto discūbebat cū Duodecim discipulis: Ad hos igitur duodecim, quos ita diligenter enumerant omnes Euangelistæ,

D. IACOBVS ANDREAS

gelistæ, quin dixerit Christus, Bibite ex eo omnes,  
dubitatum fuit nuncq; quod etiam eos fecisse scribitur  
Marcus, hæc Hosius.

Si hæc ratio ualeat, sequitur Laicos etiam mandu-  
catione corporis Christi in Coena eadē ratione pri-  
uari. Sicut enim ad hos duodecim dixit: bibite, ita &  
ad hos duodecim solum dixit: edite, hoc est corpus  
meum. Nullo ergo iure laicis debentur uel una uel  
duæ partes sacramenti Coenæ, cū Christus in distri-  
butione utriuscq; partis solum cum Apostolis, hoc  
est, duodecim discipulis locutus sit.

Multū igit̄ Basiliensi & Constantiensi cōcilij debet  
Laici, quorum auctoritate & gratia unam partē Sa-  
cramenti retinuerunt, quibus iure nulla debebatur.  
In libro, quem de expresso Dei uerbo edidit Ho-  
sius, scribit Diaboli nō Dei uerbum afferre, qui do-  
ceat, uerba Christi: bibite ex eo omnes ad Laicos e-  
dam pertinere.

Cum autem luce meridiana clarius demonstrari  
queat, hoc Paulum Apostolum fecisse, cum ad Co-  
rinthios de institutione & usu huius sacramenti fer-  
bit, ubi nullum discriminem inter Laicos ut uocant ~~8~~  
clericos, hoc est, Ecclesiæ ministros & auditores fe-  
cti, quid aliud respōdere possumus, quām esse sum-  
mam & execrandam in Deum blasphemiam, cuius  
Apostolus quoq; reus agitur. Nam cum Paulus ad  
totam Ecclesiam loquatur: quotiescūq; de pane hoc

ADVERVS STANIS. NOTIVM,  
comederis. Si de calice Domini biberitis, ponet  
Dominus anunciabitis, hoc iuxta Hosium non am-  
plius Dei sed Diaboli uerbum est. Hæc blasphemia  
fulmine quoq[ue] refutanda est, non scriptione.

Blasphemiam hanc comitantur aliquotenormiz-  
menda ea. Primū. Quod de Bucero scribit, q[uod] in col-  
loquio Ratisbonensi P[ro]p[ter]a istuc articulum probauit,  
uidelicet ut Ecclesie libera fias potestas, una ut  
altera parte sacramenti uti, digerendum acta restantur.  
Alterum, quod scribit de Bretonio ex eius sententia  
nihil referre, si quis mutet præscriptam à Christo  
baptizandi formulam, modo sententiam non mu-  
tet. Docet enim Breatus contrarium, uidelicet nul-  
lo modo omittenda esse uerba baptismi, nec alia for-  
ma baptisandos nisi ea que à Christo præscripta est.  
Tertium est quod scribit, Nos hac & non alia cau-  
lburgere Calicem, ut adsuetaciamus homines ex  
contemnere quæ decernuntur in concilijs, ut eos te  
ccliam non audire doceamus, ut separationis abil-  
ita consiliorum autores simus. Quid enim p[ro]p[ter]a de cre-  
tis conciliorum debeamus suo loco dicetur. Veram  
Ecclesiam ut audiant, p[ro]p[ter]a, & ne ab ea separantur,  
hortatores sunt nostri semper. Ficta ergo hæc sunt  
eximina. Princeps causa una & sola est Christi insti-  
tutio, hanc urgeamus, quam uiolare & mutare sacri-  
legium esse ex sententia Gelasij docemus, quæ cum  
a uestris non obserueretur, præter panem uos nihil  
habere,

habere, certum est, dum modò rusticis loco calicis  
caleum dedissetis.

Recte Lutherus, qui non conciliij auctoritate sed  
Christi institutione distributionem corporis & san-  
guinis Christi credendam & sumendam docet, sed  
quod doceat omnem conciliorum auctoritatem co-  
muniere, mendacium est.

Laicus de Calice sumendo, nullum Christi præce-  
ptum esse, mendacium est.

De audienda uera Ecclesia extat manifestū Chri-  
sti preceptū. Ea uero institutionē Christi non mu-  
tat, sed religiose seruat, frustra ergo eius auctoritatē  
contra institutionē Christi profert, q̄ nulla est. Quod  
igit doceamus Ecclesiā & Christi mandatū contene-  
re & pro nihilo ducere, sicut clamitat Hosius, men-  
daciū est.

Quod magna pars hominū in Papatu scripturoe  
libros nunq̄ uiderit, tātum abest ut dubitemus. Ho-  
sius ueritā non sine lachrymis deploremus. Nam que  
tu de illorum implicita fide commemoras, si prae re-  
sponsum est, quale cōpendium fuerit, ad ignorantia  
& errores regendos. Et multum dolet uobis; scriptu-  
ram sacram à sutoribus & sacerdotibus legi. Si qui ul-  
tra crepidam, ut dicit, non propterea reliqui ab eius  
lectione arcendi sunt, qui sobrie in ea uerantur. Cō-  
uicta uobis sit, qui ut homines in uesta obstinata &  
cūtata retineatis, prorsus lectiōe libroru; saceroru; phi-

184 ADVERSUS STANISL HOSIVM,  
betis, obtrudentes illis lugendas sanctorum, & alia  
Monachorum somnia.

Ex Psalmo 18. cum Brentius afferret testimonium  
lege Dei illuminari oculos, quod fieri non possit, si  
obscura esset, Hosius Davidi lucidam fuisse demon-  
strat. Sed non omnibus qui tenent grammaticam &  
habent sensum communem. Hic obseruet pius lector,  
quam sibi constet Hosius. Supradicte contendit Davidem  
non iudicasse de doctrina. Hoc loco autem fatetur  
præceptum & legem Domini Davidi fuisse lucida.  
Sed non item alijs. Haec manifesta est contradicatio.  
Deinde Mens Brentij non est, nihil prorsus obscu-  
ritatis esse in scriptura, sicut iam aliquoties dictum,  
nec omnibus obuium esse quoquis scripturæ locos  
explicare. Sed hoc uult Brentius, non esse tantam  
obscuritatē scripturæ, ut ipsa sibi ad explicationem  
non sufficiat, sed recurrendum sit ad humanam in-  
terpretationem tanq̄ certiorem iudicem. Hic cum  
Categorice Hosio respondendum esset, recurrat ad  
quorundam ruditatem, qui non omnia loca scriptu-  
ræ interpretari queant. Sed hoc non querebatur. Et  
hoc loco uastrum & uanum Rhetorem agnoscit le-  
ctor Hosium.

De impletione præcepti dilectionis, supra modū  
impiadocet Hosius. Verba eius sunt: Ceteran hoc  
præceptū (Dilige) inquit ita ut præceptū est, expli-  
ri in hac uita possit, quantæ sunt ea de re disputatio-  
nes.

nes; negatis uos, & impossibilia Deum præcepisse  
uultis, aiunt Catholici, qui certo persuasum habent,  
nihil minus in eū cadere posse, qui summa bonitas  
est, cuius misericordie nō est numerus, quām quod  
exigat à nobis, quæ nos præstare nō posse scit, & nisi  
præstiterimus transgressi præcepti sui poenas expe-  
tit. Est itaq; dilucidum hoc Domini præceptū, quo  
Lex impletur uniuersa. Cui si per nos satisfactū fue-  
rit, iam non modo scimus, uerū & habemus omnia,  
que sunt nobis ad salutem necessaria. Et paulo pōst:  
Cæterū hoc præceptū etiam absq; literis dicit,  
& est spirituale quoddam decretum in cordibus ho-  
minum scriptum. Hæc Hosius.

Hic manifestè affirmat legē uniuersam nobis non  
esse impossibile, sed impleri, eiq; ita ut præcepta est,  
satisfieri posse. Ita autem data est: Diligas Dominum  
Deum tuū ex toto corde, ex toto anima, ex toto men-  
te & omnibus viribus tuis: & proximum tuum sicut  
teipsum. Hæc lex si à nobis ita impleri potest, quid  
opus erat Christum de ccelo descendere, ut pro nos  
bis eam impleret: à quo etiam transgressionum no-  
strarum omnium poenas sumpsit Pater, i. Pet. 2. Esa.  
53. Cōtra hanc Hosij opinionem pugnat D. Paulus  
in omnibus suis Epistolis, præcipue uero ad Roma-  
nos, Galatas, & Ephesios scriptas, ubi docet Christū  
esse impletionem legis omni credenti, qui exoluīt  
quod non debuerat. & testimonij Prophetarum &

116 ADVERSVS STANISL. HOSIVM.

argumentis probat, nos sine operibus legis ex mtra gratia propter Christum per fidem remissionem peccatorum consequi. Iudicium igitur in hac explicacione uel Ethnicum agnoscas licet, non Christianum Hosium, cui salutis compendiū etiam sine scriptura promptum est.

Ex dicto Christi Mat. 5. Vos estis lux mundi, Bre-  
tius, doctrinam Apostolorum esse lucidam, claram & minima-  
mē obscuram, docet. Hosius ad hanc obiectionem respon-  
sus, multis declamitat de uiuę uocis latente energia.  
Hoc quidem non negatur, nihil tamen facit ad pro-  
bandam scripturam obscuritatem, si maximè uiua vox  
Apostolorum plus afficiat. Etsi hoc quod ei derogat D.  
Paulus, cum inquit: regnum Dei non est in sermonibus, sed in  
uirtute. hac Deus adest non minus lectio, quam auditui,  
modo animis uera fide ad ipsum erigat uel lectors ut  
auditores, ut agnoscant ministerium sua uirtute carere,  
nisi spūs gratia adsit, & intus opere, quod aures uel o-  
culi ad discendam & intelligendam uoluntatem Domini seruum.

Iure ergo reprehendit à Brentio Petrus à Soto, q  
tm̄ discrimen inter scripturam & uerbū prædicatum fa-  
cit, ut manifesta scripture loca deprauet. D.n. Petrus  
quādo inquit, Habemus firmiorem sermonem Prophete-  
tum, nihil aliud quam libros Prophetarum & scripta eorum  
intelligit, quae in Synagogis passim legebantur.

Quædam in scriptura sacra obscura esse, cum con-  
sideratur Brentius, Hosius colligit: planum igitur est,  
inquit, quod sint in scripturis obscura plæracqz. Sed  
fallacia

fallacia est consequentis. Non enim licet à parte ad  
sotum affirmatiuè argumētari. Aliqua sunt obscura  
loca in scriptura, ergo pleraç sunt obscura. Obscu-  
ritatem aliquam scriptis Propheticis inesse non ne-  
gauit quicq; Brentius. Eiusq; interpretationem non  
esse cuiusuis tibi lubens concessit. Sed ad eam expli-  
candam sibi scripturam non sufficere, sicut tui non-  
dum probarūt, ita Brentius concedet nunq;. Deinde  
cum summā concionum Propheticarum tenent  
simplices, de qua Petrus Act. 10. loquitur: Huic om-  
nes Prophetæ testimonium perhibent, quod remis-  
sionem peccatorum accipiunt omnes, qui credunt  
in eum, satis habent, obscuritatem phraseos eruditis  
commeđant. Sic frustra ex uerbo Christi: Scrutami  
nū scripturas, earum obscuritatem probare conatur.  
Nam diligētia hæc quam requirit Christus, scripturæ  
perspicuitati nihil adimit, cum Christus non ni-  
hila quærentiibus inuehiatur. Cæcitatem & supinam  
negligentiam Pharisæorum eo loco magis accusat,  
quām scripturæ lucem. Rationi omne uerbum Dei  
obscurum est, quod spiritui patet.

De duab. contentionib. in Articulo iustificatiōis  
& Coena exortis, suo loco dicet, & q; ex scripturæ sa-  
cræ obscuritate natæ non sint docebīt. Ex his ui-  
dere & iudicare pōt lector, quō Hösius cōtra Bren-  
tij argumēta nihil aliud q; sophismata, figmēta & de-  
prauatiōes attulerit, & adhuc firma stet & incōcussa

eius sententia: Scripturam sacram non obscurā esse,  
etiam si quædam loca obscura sint, sed quæ per aper-  
tiora declarari queant.

Hosius ut probaret, suæ Ecclesiæ traditiones red-  
piendas esse, consueta fallacia utitur à dicto secundū  
quid ad dictum simpliciter: Scripturis comprehen-  
sum est, audiēdam esse Ecclesiam, Ergo omnes tradic-  
tiones in Ecclesiā inuecte sunt etiam in scriptura sus-  
cipit. Sed consequentia est mala. Nam Ecclesiæ au-  
thoritas est restricta ad ipsius Christi uerbū, cui per  
omnia subiecta est. Possunt ergo hunc titulum usur-  
pare, qui Ecclesia nō sunt, quorum decreta si uerbo  
Christi repugnant, recipienda non sunt, tanq; à ue-  
ra Ecclesia Christi profecta: sicut suo loco docebit.

Brentium non multum abhorrente ab Arrianore  
sententia, tam uerum esse respondet Brentius, q; ue-  
rum est, Hosium & Azotum bonos viros esse. Con-  
suetetur enim piè unam diuinam Christi filij Deicūm  
Deo Patre naturam, non similitudinem, ut Arria-  
ni, sed æqualitatem & oīrīes unitatem, in qua nihil  
sit prius nihil posterius, infinitum unum &c. Vnde  
satis mirari nequeo, qua impudentia & malicia dia-  
bolica Hosius contra suam ipsius conscientiā & con-  
tra manifesta Brentij scripta, ( quibus ubique æter-  
nam filij Diuinitatem non solum afferit, sed firmis-  
rationibus & argumētis in Confessione, Apologia  
& homilijs suis cōfirmat, eiusmodi enorme & satba-  
nicum

nicum mendacium euomere audeat.

De uocabulo δυούντος Brentius disputās, rectē A-  
zoti refutat inscitiam. Nam qđ scribit: scripturis nō  
esse comprehensum filium patri δυούντορ esse, men-  
dacidum est. Quod qua fronteuel ab Hosio uel Azo-  
to dicitur, non sine causa miramur. Nemo negabat,  
hanc uocem δυούντος in scriptura nusq; reperitur:  
Nec de uocabulo certamen erat, sed de re ipsa, quæ  
etiam sine hoc nouo uocabulo excogitato iam trece-  
tis annis & amplius in Ecclesia piè credita fuit, uide/  
licet filij Diuinitas cum Patre æterna & æqualis. Ut  
cuncti igitur S. Patres de uocabulo hoc acriter con-  
tenderunt, quæ fuit eorum pietas, haud inulti alijs  
verbis in eius uera explicatione usi essent, si planè &  
discretè filij diuinitatem, & naturæ cum Patre unita-  
tem confessi fuissent Arriani.

Summa ergo iniuria & contumelia Nicenī concil-  
li afficit Patres Hosius, si dicat: ex hac ipsorum tradi-  
tione, filij Diuinitatem nobis constare. Si uero scri-  
pturis expressa est, quomodo traditio erit extra scri-  
pturam? Si scripturæ genuinū sensum concessissent  
Arriani, num Patres de uocabulo litigaturos cre-  
dis Hos? Et ergo hic quoq; fallacia, à dicto secun-  
dum quid, ad dictum simpliciter, quando propter  
rem non propter uocabulum de litera contendérū  
unā, qua Arriana impietas occultabatur.

De imputatiua iusticia quod impiè & impuden-

ter affirmat; nusque scriptura expressam, hoc loco nihil prorsus responderem, nisi coaceruasset multa, quae neutiquam prætereunda sunt.

Si de uocabulo Imputationis contéderet, scripturis nō esse expressum, facile suis ipsius verbis cōuin ci posset. Idem de uocabulo iustificatiōis & iusticiae diceremus. Sed cōpositionem horū uocabulorū, Imputatiōiū iusticia, impugnat, & quod nusque in scriptura reperiant coniuncta, uocifera. Quod ut illi demus, Num ex eo probabit, quod ad marginem impietan notatum est, Imputatiōā iusticiā à nobis, quos Hereticos appellat, sine scriptura statuit. Iusticiā Christi nobis ad iusticiā reputari, ac si nostra esset, nul quām in Canonicis libris scriptum reperiri, ait impudens os, Hosius. Ut alia loca omittā & in suum locum reñciā, unus pro multis est ad Ro. 10. ubi Apostolus inquit: Finais legis Christus ad iusticiā omnī credenti. quid clarius dici potest, quod quod scribit Paulus: credētis iusticiā esse Christum, qui pro peccatore legē Dei impleuit perfectē. Sed de hoc suo loco diceat copiosius, ubi hæc cōtrouersia explicāda erit, quā supra modū exagitat Hosius, ut opinor, in gratiā uicinare Ecclesiā, ex quarē cōtagione metuit lycophāta, ne regnū Polonicū quod inficiāt. Atque eo in loco huius hois impietatē producemus in lucē, quod hic affirmare audet, nusque in scriptura pictum aut scri ptum esse nos pro iustis per imputationem haberi, quatenus

quatenus Christi iusticiam per fidem poscidemus.

Non minor impietas est & impudentia, q̄ hanc quoq; piā sententiā impugnat: hominē de remissione p̄tōrē debere certum esse per fidē propter Christi passionē & mortē, & articulū fidei esse disertē negat. Si. cut. n. extremi iudicij Diem incertū esse uolu-  
it Deus, ita & gratiā suam hominibus. Idēq; magno  
nostro cōmodo, ut nos à superbia & elatione animi  
conseruaret. Sed pr̄stat eius audire uerba, ne quis  
putet à me contra Hosium consingi, quæ in lucem  
producere, est confutare.

Noli, inquit, putare Brēti, quod sine causa Deus,  
sicut extremi iudicij Diem, ita iustificationem quo-  
que nostram, gratiæq; suæ consecutionem nobis nō  
esse certissimam uoluerit: imbecillioribus enim ista  
certitudō superbiæ quædam occasio esset. Nam si  
qui persuasum habent apud Regem aliquem aut  
principem se esse in gratia, quamlibet animi sui af-  
fectionibus imperare sciant, effugere tamen uix pos-  
sunt, quin efferantur animis. Est ne uerisimile, quod  
quiuis de uulgo, si certo scire queat, se esse in gratia  
apud Deum, ab hoc elationis crimine cauere sibi  
possit? Monet Paulus, ut in humilitate superio-  
res nobis alios arbitremur. Scilicet hoc facile  
præstaret quiuis ē turba. Posteaquam uero cer-  
to persuasum haberet, se iustificationem, se Dei  
gratiā, se Dei filiorum adoptionem esse con-

ADVERSTVS STANISL HOSIVM,  
 secutum, nec impedire iam quidq, quo minus regni  
 coelestis heres efficiatur. Sicut autem usu uenit nō  
 nūnqz, ut qui serui, de gratia dominoꝝ suorum sunt  
 securi, minus diligenter eis inferuant, quin & con-  
 tēnere nonnunqz incipient: Sic in uiris imperfectis  
 hæc, quam tāta contentione uos afferitis, gratiæ cer-  
 titudo quid aliud, q̄ inertiæ cuiusdam, socordiæ, ni-  
 tæqz laxioris esset occasio futura? Quis. n. de pœnitē-  
 tię tructibus, quis de gratiæ profectu solicitus foret,  
 si certò se iustificationem Deic̄ Gratiam esse conse-  
 cutum persuasum haberet? Quamobrem quod con-  
 sideratores Patres & Domini nonnunqz faciunt, ut  
 gratiam suam erga filios & seruos dissimulent, nec  
 eos omnino certos de ea esse uelint, quò sic illos in  
 officio contineant, ne si nīmum de ea sint securi, ne-  
 gligentiores reddantur. Idē erga seruos creaturasqz  
 suas Deum facere, RECTE CREDI POTEST.  
 Hęc Hosius. Quę non duxi refutāda, q̄ fieri nō pos-  
 sit, quin ad eorum saltem simplicem recitationē nō  
 possit non uehementer perhorrescere pius ac Chri-  
 stianus lector.

Hæc cīne sunt Catholicorum rationes & argumē-  
 ta, quibus incertitudinem gratię Dei propugnant:

Nam ut uel saltem uno uerbo ad omnia respon-  
 deam, num quia incerta dies extremi iudicij. Ideo e-  
 tiam de gratia Dei certi esse non possumus? Quanta  
 est hic dissimilitudinis ratio. Quia potius ita collis-  
 gere

geret licet, quemadmodum certissima est Dies exire  
mi iudicij, cuius hora ignorat, ita certissima est gra-  
zia Dei per spiritum Christi in nobis obsignati, qui  
testimonium perhibet spiritui nostro quod sumus ROM. 8.  
filii Dei. Incerta igitur erit, si prius probaueris men-  
tita fuisse Paulum, qui ad probandam hanc certi-  
tudinem spiritus sancti producit testimonium. Sed  
tuxta Hosium respondendum erit spiritui sancto, &  
dicendum: Ne mihi spiritus sancte testaris de certi-  
tudine adoptionis filiorum Dei, quod ego quoque fi-  
lius Dei sim, ne forte elatus siam & superbus, ne que-  
amplius alijs subiiciar, sed permitte me dubitare an  
sim in hoc numero, ut dignos penitentie fructus fa-  
ciam: Verum perhorresco ad eorum commemora-  
tionem. Paulus ad Roma. Ephesios & Coloss. docet  
nos utram cum Christo uiuificatos resurrexissemus a mor-  
tuis, & cum illo collocatos in coelestibus, que omnia  
quid aliud sunt, quae euidentissima testimonia, quod  
fideles iamiam sint in gratia Dei, adeo ut sese amplius  
moriri non posse certo sciant.

Quae de superbia, socordia & negligentia eorum  
uociferantur, qui certitudine gratiae abuti possunt,  
ad fallaciam accidentis referuntur: Tantum enim abest  
ut certitudo gratiae talem uel elationem animi, so-  
cordiam uel contemptum pariat, ut in electis non sit  
efficacius argumentum ad faciendos dignos fructus  
penitentiae & ueram humilitatem & honestam ui-

194 ADVERSUS STANISLAHOSIVM,  
tam sectadām, quām hæc ipsa gratiæ Dei certitudo.  
Cū enim considerant se se mera gratia Dei nullo suo  
merito ad tantam dignitatem filiorum Dei euectos,  
qui possent Deo ingratiti esse & quomodo non stude-  
rent humilitati & dilectioni erga proximum?

Quod quicq; statim seipso fiat deterior, qui hanc  
doctrinam amplectatur, Mendacium est suprà re-  
futatum.

Quòd Lutherò tribuit, ita docuisse, hominem iu-  
stificari per Christi iusticiā, ut etiā improbus esse  
perseueret, nihilominus iustus sit, quia Christus iu-  
stus est, Mendaciū est putidum. Passim, n. regenera-  
tionem urget iusticig fidei comitē, que nisi lequatur,  
excuti Spiritum sanctum cum fide, si quæ in homi-  
ne fuit, per quam solam Christi iusticiā accipimus.  
Eiusdem generis est, quòd conuiciatur: Nos hac  
doctrina fenestram aperuisse ad omnem improbita-  
tem, cum uerè pietatis basis & fundamentum sit Pa-  
piistarum nihil aliud quām hypocrisis, cum optima  
tua fuerit.

Nihil cōtra nos pugnāt Salomonis & Ecclesiast.  
sententiæ, Beatum esse, qui semper sit pauidus. Ve-  
ra enim fides etiam uerum timorem habet coniun-  
ctum, quo non dubitamus de gratia eius, sed eum re-  
ueremur, cui propter Christum gratos & acceptos  
tam certò credimus, quām certum est, Christum à  
mortuis resurrexisse ad iustificationem nostram.

Male!

Maledictū ergo & execratum est conciliū Tridentini decretum, quod hanc Propheticā & Apostolicā doctrinā de certitudine gratiæ Dei, in qua omnis cōfessio solatio piorum sita est, anathemate percussit.

De Chrismate, quām est prolixus & verbosus Hosius, ut eius pariter antiquitatem & sanctitatem commendet. Sed quod à Christo institutū sit, nullo modo probare tentat, quod sese probationibus destitui uidet.

Quoniam uero ad ea non respondet, quæ in Pericope secunda Brentij se legisse affirmat, ubi hæc eius ratiōnes refutatae sunt omnes, ego quoq; in hoc argumento non prolixior ero. modò eius commonefaciam uolo Hosium, Si iuxta suum Dionysium eius Divina regenerationis sine sacratissimo unguento consummari non potest, cur Apostolus Philippus Eunuchum Gandaces Regine Aethiopum aqua baptizatum dimiserit sine regenerationis gratia? De aqua enim ibi legitur, de oleo nihil, cuius mentionem fecisset Lucas, si necessaria fuisset. Si uero necessaria non est, cur ei plus tribuitur, quām Baptismos?

De forma cōsecatiōis fontis baptismi & olei christiani cū ipse dubitet in ecclesia primitiua usurpata, nihilominus tñ has execratiōes noīe traditiōis apostolice Ecclesiæ obtrudit ipostor, q; Pontificali inserte, quā certo certius est necq; Apostolos necq; primitiua

Ecclesiam usurpasse, nos tantisper illos omittemus,  
donec aliquid certi ea de re nobis afferat Hosius, ut  
sciamus uerè Apostolicam esse.

*Amb. lib. 1.  
De sac. c. 5.*

Ex Ambrosij dicto (qui tamē de sacramentis sup/  
positiūcius est Erasmi iudicio) colligi pōt, quomodo  
posteritas in has execrationes inciderit. Vīdisti, in/  
quit, aquam, sed non omnis aqua sanat, sed aqua fa/  
nat, quę habet gratiam Christi. Aliud est Elementū,  
aliud consecratio, aliud opus, aliud operatio. Non  
sanat aqua, nisi spiritus sanctus descendenterit, & aquā  
illam consecraverit. Sanctitas aquæ non est ex aqua/  
tu sacrificuli, sed ex spiritus presentia, qui sanctificat  
hanc aquam & consecrat, hoc est, eius ministerio ui/  
tur ad regenerationē & sanctificationem hominis,  
quæ in hunc usum consecrata est semel & sanctifica/  
ta per institutionem Christi, sicut exempla Aposto/  
lorum testantur, qui ex quaquis oblata aqua bapti/  
bant, eacq̄ sancta erat, qua aspergebantur baptizati,  
reliqua pura aqua erat, nec extra usum ullam ube/  
riorem sanctitatis rationem habebat, quam alia que/  
uis aqua.

Calumnia est uerborum Brentij, qua crimina/  
tur, Apostolos non omnes suas cōciones scripto tra/  
didisse. Quis hoc affirmauit unct̄? De summa con/  
cionum loquitur Brentius, eam improbè refert ad  
singulas conciones sophista. Multis in locis contio/  
natus est Apostolus Paulus, Romanis, Corinthijs,  
Ephesijs.

Ephesij, Colos. Philipp. Thess. sed doctrinæ summa in omnibus Epistolis comprehensa , num in diuersis locis diuersa quoq; est? Epistolas si conferas, omnium concionum Apostoli summā & argumen-  
tum declarat unum & idem , Peccatores non nisi in Christo remissionem peccatorum habere per fidē,  
que promissio Baptismo & Coena Domini obsigna-  
tur, cui gratitudinem animi perpetuam debent in-  
uocatione nominis eius, gratiarum actione , & offi-  
cij dilectionis erga proximum.

Firmitati scripturæ nihil adimit, quod pauci scri-  
pserunt Apostoli. & Ezechielis sententia, qui legem  
cordibus inditam docet. Cum enim doctrinæ sum-  
ma scriptio comprehesa est quam tradiderunt Apo-  
stoli, non tam facile alijs imponere potuerunt poste-  
ri, q; si nihil scripto fuisset traditum . Sicenim quili-  
bet sua somnia tanq; Apostolicam doctrinam iacti-  
tasset, quorum uanitas ex ipsorum scriptis demon-  
strari potuit.

Quare non est, quod clamites Hos, de firmitate  
maiori cordium humanorū, quam fragilium char-  
tarum & membranæ , ut scrinium pectoris Pontifi-  
cij commendes, quod clave Sathanę referatum nihil  
nisi blasphemias, & Idolomanias profert. Nos con-  
stater docemus, multo rectius nobis cōsuluisse pro-  
videntiam Dei, quod fragilibus chartis suam uolu-  
tatem inscripserit, posteritati per suum spiritum dē-

scendā, quām si ea intermissa fuisset. Sed quām uel letis uos diuersum, sic em̄ erroris antiquitate & prescriptione parta uobis eset uictoria.

Quòd uiuentibus Apostolis Ecclesia primitius caruerit Euangelio scripto, quām impudenter affirmat. Num Prophete præter legem populo Iudaico non aliam tradiderunt doctrinam, de natuitate, doctrina, miraculis, morte & resurrectiōe Christi &c. fuerūt ne mutis quid pmissiones de semine mulieris, & semine benedicto uolebant aliud, quām qđ ab Euangelistis postea descriptū est. Verum ut hoc illis concedamus, hīc tamē suo errori patrocinium non inuenient. Dent nobis Apostolos Petrum & Paulū loquentes, minus cum illis hac de re contendemus. Sed cum ab illorum pietate & doctrina altissimi sint, qui sese ipsorum successores esse gloriantur, quām necessarium fuerit scripto Apostolicā doctrinā extare, res ipsa docet.

Apostolos sine scriptura multa locutos conatur docere exemplo Pauli De Synaxi, quam necq; in hoc uel illo Propheta legerit, sed saltē dicat: Ego accēpi à Domino: & addit: nihil igitur assert, præter traditionem à Christo acceptā. Sed audi uicissim Hos, quid Moses loquatur Deut. 18. de nouo Propheta audiendo, quem prius Apostolus probauerat, ēt Christum Iesum crucifixū & resuscitatum à mortuis, quod postquām probatum fuerat, satis erat ei

iūs allegare uerbum & mandatum , quem pater au-  
diri uoluit , è cœlo clamans ; hunc audite . Impro-  
ba ergo cauillatio est , quam attulit ad probandam  
suorum uanitatem , qui etiam sine scriptura differen-  
tibus & traditiones suas obtrudentibus , uult credi .

De consuetudine Ecclesiæ contra contentiones  
allegata & contemptu Dei adducta testimonia ridi-  
culè deprauata sunt . Contentio enim non solum cō-  
suetudine Ecclesiæ , sed uerbo Dei expresso prohibi-  
ta est . Et ad Thessalonicensis loquitur Paulus de sanctifi-  
catione , quæ etiā præcepta est . Frustra ergo utrum-  
que pro tuis traditionibus sine uerbo Dei attulisti .

Sed quod scribit : Apostolos de rebus non maiori-  
ris momenti , nimirum ut abstineretur à contami-  
nationibus simulachrorum & fornicatione & suffo-  
catis & sanguine , statuisse , quām concilium Arausio-  
canum de Chrismate , quām uantum est . Videlicet ne  
ab i H o s i idem esse scortari , quod Dominus prohi-  
buit , & Chrisma omittere , quod quo authore in Ec-  
clesiam irrepit , incertum est . Verum memor , te E-  
piscopum esse , reuoco sententiam , qui , quanti æsti-  
ment scortationem sacrificuli tui , fortasse non igno-  
ras , nec dubito , te maiore promptitudine animi cō-  
cessarum eis usum scortorum , quām Chrismatis in-  
termissionem .

V er qd opus est pluribüs de hoc agere , cū ipsi fate-  
mini de substâlia baptismi nō esse hoc uerbi oleū :

<sup>1. Cor. 11.</sup>  
<sup>1. Thess. 4.</sup>

toto igitur omittere possumus. Cæterum quod de Ecclesia blateras, eius precepta nō esse uiolāda, iam sæpe respondimus, uos nomen & titulum Ecclesie sine re polsidere, cum sitis hostes ueræ Ecclesie Christi.

Sine causa queritur Hosius de Brentij modestia, quā ab alijs prædicari audierat. Fuit sanè is semper modestus in reprehendenda sacrifi. ulorum pariter impietate & impuritate. Vnde factū est, ut etiam nonnihil cōcionari didicerint sacrificuli ex eius homilijs, quibus si destituti fuissent, pro cōcione quid dicerent, non habuissent. Sed postq; hac sua lenitate uos abutī uidet, fines modestiæ sibi egrediēdos non putauit, sed hanc ipsam suam modestiam nonnihil acuere uoluit. Quæ si uos in uiam non reuocauerit, futurum est, ut aliquid uobis sacrificulis succentur. Quare nisi eius severitatē experiri uelitis in tempore uobis resipiscēdum erit, cui ex animo eorum hominum dolet interitus, qui uestro ministerio salvandi erant. Eius opera utiliter Ecclesia Christi uitatur. Vesta ludionibus gaudet, quo nomine tu sine causa Brentium traducis.

Non periculo carere ingēti arbitratur Hosius, si oleo Chrismatis & signo crucis priuetur Ecclesia, quorum altero de Christi nomine, altero de Christi cruce gloriari se, publicè profitetur. Quasi uero sine utroq; fiducia in Christi nomine officio & cru-

fideles gloriari nequeant, qui etiam propter confessio-  
nem ueritatis sanguinem profundere non re-  
cusant. Sed magis arridet his rebus ludicris commo-  
nieri, quam uerbo Domini, quod plenarisq; sacrifici-  
tulis ignotum est.

Nostros, nouos ritus ueteri Ecclesiæ ignotos in-  
stituere & antiquos abrogare, mendacium est. Quæ  
enim recens ab Idolatris in Ecclesiam inuecta sunt,  
expurgantur, doctrina autem & Cæremoniæ ab A-  
postolis & primitiua Ecclesia usurpatæ, religiosè a-  
pud nos retinentur & obseruantur. Etsi in Cæremo-  
nijs iuxta Apostolicam doctrinā cuiq; Ecclesiæ sua  
libertas permittitur.

Argumeneum phreneticū & furiosi hominis est;  
quod, cùm scribat: Absq; signo crucis & usu olei ho-  
mines æternam salutem consequi posse, nihilomi-  
nus affirmet, si quis eorum usum contemnat, eum  
in spiritum sanctum peccare. Hęc enim ut concedat,  
posse abrogari, non tamen sine publica autoritate  
fieri debere. Sed iam toties dictum est, nos Ro. Eccle-  
siam pro Catholica non agnoscerē, cuius decreta si  
sunt expectanda ad nouissimum Diem scimus reie-  
ctari. Pj Principes & Episcopi cum intelligunt sui  
officij esse abrogare, quæ cum doctrina Apostolica  
pugnant, quid Papa cum suis statuat, nō expectant,  
qui pro suis auditoribus & subditis Deo rationem  
reddere tenentur. Nec ualebit excusatio in die illa;

308 ADVERSVS STANISL HOSIVM,  
qua multi seducuntur p̄ij magistratus, se se talia mu-  
turos fuisse, si Rom. Pontificis intercessione authori-  
tas. Verbum Dei nullius authoritati subiicitur.  
Quare quid homines statuāt curādum non est, mo-  
do ipsi quod Domino placet, agamus.

Calumnia est, qua Brētū uerba deprauat. Qui so-  
lennes consecrationes olei & id genus aliarum re-  
appellat magicas execrationes. Hosius uero calum-  
niatur Brentium Verbum Dei appellare magicas  
execrationes, cum Brentius abusum uerbi Dei so-  
lum reprehenderit.

Iisdem uerbis eundem uti de formula baptisimi, &  
Christo præscripta impudens mendacium est.

Quid mirum quod à multis Patribus christiana ce-  
lebratum sit, cum nō is solum sed alij quoq; errores  
eum in Ecclesia inualuerint. Ea uero nūc tueri, & de-  
fendere, de quibus Patres admoniti, fortassis emen-  
dassent, mirandū est. Non n. potest negari, nimium  
tribuisse maiores nostros huic oleo, à quo procul  
dubio alienissimi fuerunt sancti Patres.

In explicatione uerborum Christi: Quęcunq; au-  
diui à Patre meo, nota uobis feci: denuo recurrat ad  
usitatam fallaciam: Quod Apostoli non omnes su-  
as conciones descriperint, cum de summa omnium  
Apostolicarum concionum locutus esset Brentius.

De disceptatione in negocio Cœnæ Dominicæ  
explicando, suo loco dicetur.

Quod

Quod ioculariter contēdit, in scriptura Canonicis non additum: ut hi solum ex calice bibāt, qui iudicium rationis habent, quis nō mirabitur uel ruditem uel maliciam Hosij? Cum enim Paulus expressè scribat, Probet seipsum homo & sic de pane hoc edat, iudicium certe requirit nō nisi ab ihs, qui usum rationis habent, & paulò post: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Si non legit & expedit rudis est; si uero legit & intelligit, quanta malicia est, expresso Dei uerbo contradicere?

Lutherum libris Canonici detraxisse docet cōmemoracione uocis, qua uulgo Biblia liber hæreti-  
corz appelleſt. Sed malicioſa eſt deprauatio, Luther  
retribuere, qđ ipſe de uulgo Papistare locutus eſt.  
Aliás qđ reuerēter de ſcriptura ſeniat, Hosio nō eſt  
ignotum; hanc n. uocē reprehendit nō pbauit unq.

In excusando ſuo Soto, qui in productis testimo-  
nijs diſcrimen facit inter ſcripturam & uerbum Euā-  
gelij, quām eſt ineptus? Bene, inquit, dicit Hiero-  
nymus, Garrulitas ſine autoritate ſcripturarum non  
habet fidem, ſed non grauitas patrum, testimonia  
ſcilicet eorum, quos Apostoli docuerunt, non au-  
thoritas Ecclesiæ, non denique ratio. Hæc enim o-  
mnia fidem habent, etiamſi ea, quæ aſſerunt, non  
ſint in ſcriptura. Hæc eſt petitio Principij. Nam  
de hoc controuertitur. An cuiquām ſi credendum

ADVERVS STANISLE HOSIVM;  
sine scripturarum authoritate, quod noster Hosius  
sanctus concessum assumit.

Sed quod gloriosem ex hoc certamine Brentius reportat uictoriā operae premium est audire. Non solum tibi concedimus, inquit, quod uis, scripturas uis delicas sufficere ad salutem, quin etiam plus concedimus, quam tu etiam postulare ausus sis. Non solū sufficere scripturas ad salutem, uerum etiam, si quis nunc scripturas legerit, ac ne uiderit quidem: Nec quid in eis contineatur sciat, dum modo sciat Iesum & hunc crucifixum, eiusque crucifixi legem obseruet, iam eum nosse omnia, quae ad ueram & æternam salutē cognitu necessaria sunt, necque nosse modo, quae cognitu, uerum etiam habere prorsus omnia, quae sunt ad illam consequendam, necessaria. De qua certus est, si crucifixi legem obseruet, quae uerbo tantum uno continetur, Dilige.

Summam scripturæ dicit esse Nouisse Christum crucifixum & eius legem obseruare, hoc est, credere, Christum pro peccatis nostris satisfecisse, Eundem Deum & proximum diligere. Idem nos fatemur & credimus. Et si suo loco docebimus, hoc Hosium ne que credere neque intelligere.

Sed hoc nouisse & habere hominem, quod nesciat, quid in scripturis contineatur, quis audet, nisi mentis non sit compos? Nemo enim id scire potest, nisi doceatur. Vnde autem id post Patriarchas, Propheta-

tas & Apostolos doceri potest, quam ex scriptura: Aut igitur hanc summam nesciunt, aut quid in scripturis tradatur sciunt. Nisi forte uestra pietas loco scripturæ utatur iudicibus picturatis & statuis ex ligno & lapide fabricatis, à quibus mutis, cæcis & surdis indoctum uulgs fidem doceatur.

Deinde obseruādum est quod scribit, hominem posse certum esse de salute cōsequenda, si legē Christi obseruet, cui suprà dixit satisfieri posse. Hæc non est alia quam desperatiōis doctrina. Eisi enim Christus præcepit dilectionem, nullibi tamē testatus est, eam à nobis perfectè impleri posse. Impletionis autē nomine apud D. Paulum uenit inchoata illa obediē Rom.12:  
entia que Deo placet, quia præstatur à persona, quæ propter Christū iam Deo grata est & accepta. Non ergo impletur, propter peccatū inhærens, & impletur, quia sit in fide Christi, propter quem in gratia sumus apud Deum.

Si ergo hæc compendiaria uia est ad uitam, quid opus chrismate: qd alijs uestris sacris, quæ tantoper re à uobis prædicantur. Addit Hosius: Cæterum hoc tibi nuncq; concedemus, ut qui non credit sanctam Eccliam, qui non audit illam, qui non obedit præpositis, qui non facit ea, quæ dicunt sedentes in Cathedra à Deo constituta, possit ad salutem æternam peruenire, cum eum aperte contra Legem crucifixi uenire constet.

Vicerat iam Brentius, nisi hæc appendix addita  
fuisset, qua ad Carbonariū suum redit Hosius. Sen-  
tentia uerborum est: In reliquis nō opus esse laicis,  
aliquid scire, modo faciant ea omnia, quæ à sacrifici-  
lis iubeantur. Sed de hoc suprà responsum est, quoale  
sit errorum & impietatis operculum. Interrogati. n.  
quid de his credat Ecclesia, nihil respôdere possunt;  
quod perinde est, ac nihil prorsus credere. Valeat  
ergo Hosius cum suo Carbonario & Ecclesiæ fide  
quam ipse credit, Nos accipiemus nobis ab Hosio  
concessum, scripturā ad salutem sufficere, nec quid-  
quam recipiendum uel credendum quod in scriptu-  
ra non reperiatur, aut cum scriptura pugnet.

Blasphemias uero, Mēdacia, calumnias, deprava-  
tiones & sophismata ita detecta esse arbitror, ut etiā  
à mediocriter institutis intelligi queant.

Nunc ad tertium caput accedemus, penes quos  
sit scripturarum interpretatio.

De hoc principio constitutum sit, scripturæ sacre  
interpretē esse spiritum sanctum, qui homines du-  
cit in omnem ueritatem. homo enim cum ex se lo-  
quitur mendacium loquitur, uerum autem non nisi  
ex spiritu Dei loquatur, necesse est.

Per quos autem loquatur & qui sint eius organa  
ex quore ore spiritus sancti interpretatio audienda  
sit, quærerit. Hæc quæstio non noua est, sed iam olim  
in populo Dei tractata. Cui lex Dñi precripta erat,  
Eius

Eius interpretationem sibi uendicabant sacerdotes & Leuitæ. His contradicebant Prophetæ, Christus & Apostoli. Ita nostris temporibus libros Canonicos utrinque amplectimur, sed cum aliter interpretentur eos Papistæ, aliter nostri, cuius interpretatio genuina, & ad quem pertineat uidendum erit.

Traditiones non posse explicare scripturam probat Brentius, quia ipsæ ex scriptura iudicandæ sunt. Quæ si pugnant cum scriptura, quomodo eam interpretabuntur? Si uero consentaneæ sunt, propterea aliquod pondus habent, cum scripture sua autoritas constat sine traditionibus.

Verum Hosius negat ad scripturam exigendas traditiones, quæ sunt illi consentaneæ, factum id esse in plœrisque concilijs, ut iterum fiat, necesse non esse. Sed ad hæc suprà respondimus: cum unusquisque hominum teneatur omni querenti reddere rationem suæ fidei, cur hoc recusaret cōcilium? Quin Patriarchæ concilij promptos esse decet singulorum decretorum firmas & sufficientes rationes afferre, quibus hoc uel illud decretum sit. Et cum Dei iudicium expectent, cur hominum reformidarent?

Regulam accipimus, quædam recipienda, Etsi scriptura non dicat, modo scriptura non contradicat.

Quod interpretatio scripturæ alligata sit cōcilijs, & eius indubitate ueritas inde expectanda, confutat Brentius, quod cōcilia etiā soledē errauerint. Hosius contra legitima et acumenica

legitima & oeconomica cōcellia, in his quæ ad fidem  
pertinent, nunq̄ errasse affirmat. Brentius quæ sint  
legitima querit. Hosiust quibus Rom. Pōtis ex p̄  
fuerit. Sed quoniam hoc quoq̄ probare nequit, cū  
Imperatorum non pauci synodos conuocauerint, id  
non nisi de sententia Rom. Pontificum fecisse affir-  
mat. Sed esto. Roman. Episcopus Aulæ Imperatoris  
proximus interrogatus sit ab Imperatore, quid  
hoc de iure diuino ad præminentiam illam, quam  
postea Rom. Pōtifices usurparunt, sicut suo loco ex-  
emplis docebitur.

*Esa.28.* Calumnia est quod sequitur. Brentius reprehen-  
dit Missam de spiritu sancto. Hosius Missæ nomis-  
ne dīsimulato calumniatur: Brentium nephas du-  
cere inuocare sp̄ritum sanctum. Sed hæc sunt artes  
Pontificiorum adulatorum, qui dixerūt, Posuimus  
spem nostram mendacium, & mendacio protecti  
sumus.

Dixerat Brentius, eos idoneos scripturæ inter-  
pretes in concilio, qui in Christo Manent, hoc est,  
qui uerè crediderint in Christum, & à Christo, per  
peccatum uastans cōscientiam non exciderint. Hoc  
calumniatur Hosius, quasi uelit Brentius, sacrae scri-  
pturæ interpretes prorsus sine peccato esse, cūm de  
ihs loquat̄, qui sine p̄cenitentia in peccatis, per quæ  
Christo exciderunt, persevererent. Ac ne in hac parte  
eres, quos uelit intelligi Brentius, ex eius Perico-

pe huc adscriberel. bet: scortatores, adulteros, ebrios, blasphemos, impostores, simoniacos, homicidas, Sicarios, Magos, ueneficos, Cynædos & Sodomitæ, addo etiam meretrices. scribunt enim mulierculam meretricem fuisse Papam.

Pericope §  
De Ecclesiæ

Ad locum ex Paulo productū: Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt, respondet Hosius, Paulum de iudeis loqui & gentibus, non autem de malis Christianis, qui fidem habet & professionem Christianorum. Sed quām inepiè hoc: aliò ne loco habendus est, quām sicut Ethnicus, homo, qui nihil præter nomen & professionem Christianorum habet: Fidem enim iustificantem habere non potest, nisi sit bonus. Deinde non Ethnicos & Iudeos, sed Christianos ex utroq; populo collectos uocat Apo stolus Carnales, hoc est, à carne uictos. latius enim patet quām animalis. Quapropter nō est, quòd hac elusione elabarū.

Cū Sotum reprehendisset Brentius, qui tam in eptè & tam impiè Ecclesiā definierat, aduersus quam portæ inferorum non præualebūt, uidelicet: Quòd sit uisibilis cœtus, nec ex electione Dei, aut uera fide & charitate internis pendens, ut quis ad eam pertinet, siue ut subditus, siue ut prælatus. Sed ut uiuum membrum sit, hæc requirantur. Hosius in Brētium debacchatur, multis scripturæ testimonij prebans uisibilem cœtum dici Ecclesiā. Postea uero subiungit

ADVERSVS STANISL<sup>VS</sup> HOSIVM,  
git: in hoc cœtū uocatorum, qui à Grecis uocatur Ec-  
clesia, Electos neque uideri neq; agnolci. Sed quid  
hoc aliud est quam uocabuli æquiuocatione lude-  
re, fallacia Hosio non inconsueta: Quod toti tribu-  
tur, id partes quoq; participant: Si contra Ecclesiam  
non præualebunt portæ inferorum, Ergo nec con-  
tra uera eius membra. Reliqua uero nec sunt Eccle-  
sia, nec ad Ecclesiam Dei pertinent aut eius definiti-  
onem aut priuilegia. De hac loquitur Brentius, quā  
Hosius dicit non posse uideri, eam Brentius inuisi-  
bilem appellat. Vocabulum autem & promissio  
Ecclesiae ad impios pertinere, id non modo absur-  
dum est, sed etiam impium.

Non ignoramus uisibilem esse debere cœtum &  
auditorum & doctorum Ecclesiae, sed quatenus Ec-  
clesiae definitio conuenit singulis ueris membris, in  
uisibilem esse cœtum luce meridiana clariuere. Ve-  
ra enim Ecclesia, ad quam promissio pertinet, electi-  
one Dei, uera fide & charitate definitur, Ut Ecclesia  
sit & dicatur cœtus hominum à Deo ab æterno in  
Christo electus, in quo sonat incorruptū Dei Ver-  
bum, & Sacramentorum iuxta institutionem Chri-  
sti est administratio, qui uera fide Deo adhærent  
& gratitudinem suam operibus charitatis decla-  
rant. Reliqui Ecclesia sunt & dicuntur, sicut homi-  
nis picta imago homo dicitur. Hæc sola Ecclesia re-  
gitur Spiritu Sancto, Hæc sola non errat: hæc sola  
est

est columnna ueritatis, extra hanc solam nemo salua-  
ri potest: hæc sola genuinum & uerum sensum scri-  
pturæ habet: Quæ omnia sicut ipse quoq; cœtus cre-  
duntur. Videmus cœtum hunc externè, uerum non  
luxta eius definitionem, sed pro eo ut in oculos no-  
stros incurrit. hæc luce meridiana clariora sunt. Cū  
ergo has Christi promissiones non ad promiscu-  
am multitudinem referimus, non uestram senten-  
tiam sequimur, sed Spiritus sancti mentem. Et quo-  
niam tua Ecclesia pedis siue pedibus definitur, e-  
am cum sua interpretatione scripturarum tibi relin-  
quimus. Huius nostræ uera membra sele pia expli-  
catione scripturæ subinde produnt, quorum corda  
filio Dei nota sunt.

Cum igitur uisibilis cœtus totus Ecclesia dicitur,  
per Synecdochē fit, & nomine communicant mul-  
ti, propter paucos, inter quos ueritatem doctrinæ  
lucæ conseruat Dominus. Et propter paucos priu/  
legio ad tempus utuntur multi, ad quos nihil  
pertinet.

Quare si quid ad Ecclesiam referendum est, Eccle-  
sia secundum notas suas querenda est, quæ ab homi-  
nib. uideri possunt, uidelicet, ubi sonat vox Euange-  
lij incorrupta, & ritè secundum institutionē Christi  
administrant sacramēta. In hoc cœtu Ecclesia credit  
non uidetur, & propter ea quæ uideri possunt, tanq;  
indubitate Ecclesiæ mēbra, ad hūc cœtū consurgit, hic

cœtus auditur, huic obtemperatur, si qui mali sunt, sibi mali sunt. Ecclesiam vero sponsam suam, que nō nisi electione & fide definitur, agnoscit Christus, nos credimus eam in cœtu uocatorum esse.

Sed quanta impietas est Hosij & improbitas, qui affirmat, Portas inferorū contra eos præualere non posse, qui electione Dei, fide & charitate Dei carent, cum his portæ inferorum pateant. Quomodo errare non possint, qui ueritatis viam nō ingrediontur? Quomodo saluari possunt, qui salutem per fidem non recipiunt: hęc ex definitione Alistica colliguntur absurdia.

Colligit Hosius, quemadmodum malis committitur sacramentorum administratio, ita nihil periculi esse, si eisdem & scripturæ interpretatio. Sed ingēs est diuersitatis ratio. Potest enim qui libet ad preclaram formam sacramenta administrare, Sed interpretatio scripturæ iudicium requirit, quod spiritu sancto gubernetur. Et fieri potest, ut etiam mali recte concionentur, siquidem ne hoc quidem ministrium ab illorū dignitate uel dignitate pender. Sed controuersiarum disputationem eis tribuere, & in illorū sententia uelle a. quiescere, est in soucam sponse ruere.

Alia uero est sententia uerborum Christi: Super Cathedram Mosi sedēt Scribæ & Pharisei &c. q̄ ab Hosio assertur, Quos alibi omittendos docet, quia

sunt

sunt cæci & cæcorū duces. Est ergo cum restrictione accipiēda, quāt nus in Cāchedra Moysi sedēt, hoc est, docent, quæ Moses docuit, audiendi sunt, si uero sua somnia prædicauerint, fugiendi sunt, tanq̄ cæcorū duces.

Si quod ipse Hosius fatetur, ad iudicium de sententia scripturæ non admittitur, qui Epicureus & Sardanapalus iudicatus est, quos quælo ex Prælatis suis constitues iudices: cum ea admittas quæ suprà ex uestris scriptoribus de ipsisorum impuritate producta sunt testimonia, quos in conciliabulo Tridentino congregatos Sodomitis deteriores pronunciārunt Rom. sedis Legati: Quis sperabit fore, ut ipsi seiplos ejciant, qui à nemine iudicari uolūt, sed ut ipsis sententia stent omnes, postulant.

Multos ex nostris malos esse, non ignoramus, ad publica uero iudicia ut adhibeantur, quos tales esse compertum habemus, mendacium est Hosiānum. A clibentissimè hanc legem feremus, quam à nobis exigit Hosiās, ut tales ejciantur.

Malitiaē uero uel multorum uel paucorum causa quā n̄ implē in doctrinam nostram rejciciatur, suprà refutatum est. Cogebatur Amos Propheta audire sed tuolus, quid mirum si nos quoq̄ homini Atheo Atheismus: modo Idolatria uestra abiecta in agnitione ueri Dei ac Patris Domini nostri Iesu Christi per spiritus sancti gratiam persistamus, & proiecio

nem nostram honestate uitæ ornemus.

In defensione Sotii, desperationis doctrinā reputat, posse scilicet uiuum Ecclesiæ membrum superari à portis inferorū, sed non Ecclesiā. Sed suprà dictum est, eandē firmitatē esse singulorū, quæ est oīm, qd ad salutē attinet. Quæ meas nemo rapiet ex manu mea. Electi nō seducuntur fieri potest ut interdum satanæ astucia circumueniantur & propter carnis imbecillitatē succubant, sicut de Cypriano, Origine, Tertulliano cōmemoratum est. Nos addemus etiā reliquos Patres, Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, &c. quibus Deus non minus errata doctrinæ quam uitia morum condonauit, cum in fundamento permanserint salutis, quod est Christus Iesus Dns noster. Id quod alibi de se Augustinus fatetur.

Vanitatis arguit Brentiū: qui pugnātia dixerit in eo, quod fateat, quosdam profiteri fidē, qui tñ sint sine fide, & palam fateantur sibi nō opus esse nec electio Dei nec uera fide atq; charitate. Sanè si recte consideres, nō pugnant. Videmus n. quanta multitudi hoīm profitentur fidē, q tñ, ut sine fide sunt, ita etiā de fide sua affirmare audēt, ut sedeat in eiusmodi cōciliabulis, sibi nō opus esse uera fide, modò p confessionē externā habeat & uocationē. Quod q uere sit, iudicij diuini examen docebit. Quare non est, q Brentiū hoc loco uel vanitatis uel sophistices accus. hæ uoces sunt Cardinaliū uestrorū, qui dum fidē Chri

Christianā sele profiteri aiūt, nihilominus tñ, ut locus  
eis cōcedat in cōcilijs, nō opus esse illis uera fide sed  
uocatiōe, quę ipsis ratōe pedū & insulare debeat.

Sed audiamus regulā, iuxta quā idoneus aliquis  
iudex sit agnoscendus ad dirimendas controuersias  
religiōis. Si Hosio credere uolumus: Si quis, inquit, ad hoc iudiciū est uocatus, hoc est, Apostolorē locū in ecclesia teneat, quę Episcopi tenet: habet prēterea publicam & legitimā fidei profesionē, is ad iudicā dum de doctrina idoneus est. Hęc sententia & regula si genuina & uera est, fateamur necesse est, nos Episcopos iudiciū recusare non posse, si uidelicet sufficit tenere locum Apostolorū, & profiteri fidem Ecclesie, ut affirmet sele credere, quod Ecclesia Catholica credat, is statim ad iudicandū idoneus sit. Hoc ita assumit Hosius, quasi nihil contra dici possit. Vere, ne qđ erres Hosii, hāc regulā nō accipimus, si nobis nō unū, sed mille Imperatores, Basilios, afferres, qđ illius ad nos iudiciū: Quid. n. facilius est qđ titulū apostolice sedis usurpare, quid facilius, qđ dicere, sele credere, qđ ecclesia catholica credit: Sic nobis salua hac tua regula nō solū indocti s̄ mos qđ sc̄p̄ asinos, sed imp̄ssimos qđ hypocritas, homicidas, adulteros, Cynḡdos, Sodomitas, pro iudicibus constitues, qui ad hunc gradum enecti Symbolum Apostolicum recitare & hanc uocem sonare possunt, Placet. Imō ne Plitacus quidem excludendus erit, qui Symbolum Apostolicū recitare edoctus articulatum p̄nūciauit,

quem Cardinalis quisplam , nisi fallor , Alca-  
nius nomine , aliquot Ducatis emit , quemadmo-  
dum haud contempnendus scriptor testatur . Alias  
proprietates in Episcopo requirit D. Paulus , qui ad  
hoc officium nō admittantur , nisi apti & idonei sint  
ad docendum , qui potentes sint exhortari non per  
Papalia decreta , sed doctrinam sanam , & qui contra  
dicētes possint cōuincere . Hi quoq; sunt idonei ad  
iudicandum . Qui vero sacras literas nesciunt , assue-  
ti solum ad huius mundi pompam , principatus ad-  
ministrātes , num propter titulū Episcopatus , quē si-  
ne re gerunt , ad iudicium admittendi erunt : His lat-  
cos iure preferremus , qui in sacris literis eruditii , re-  
ctius iudicarent , cum & ipsi tales Episcopi laicis lon-  
gè inferiores sint , nec quidq; Episcopi functione &  
munere dignum habeant .

Ait sycophanta : Quæ ciuilis , eadem & Ecclesiasti-  
ci quoq; magistratus est ratio . Hoc ut constet , prius  
prober Ministros Ecclesiæ esse magistratus , quod  
nunq; præstare poserit , sic ut suprà demonstrau est .  
Deinde dissimilitudinis ratio est maxima , si maxi-  
mè aliqua magistratus ratio cōcederetur . Magistra-  
tui etiam iniquissima p̄cipienti & imponenti one-  
ra , modo non contra Dominum & uerbum eius fa-  
cere cogantur , obtemperādum est . Sacerdotibus au-  
tem , si quid contra ueritatem doceant , obtemperan-  
dum non est . De moribus sacerdotum non est que-  
stio .

stio, sed de ipsorum iudicio in interpretāda scriptura, quod ideo accipiendum & probandum exigis, quia sunt Episcopi, & loca Apostolorum teneant.

Scimus auditoribus nō competere docendi munus, quia non omnes Apostoli, non omnes Prophetæ. Nec hoc exigitur. Quia uero uestri Episcopi neque Apostoli neque Prophetæ sunt, quorum paucissimi sacras literas nouerunt, multo pauciores munus docendi in Ecclesia usurpant, cur nobis contra Laicos tanque Apostolos & Prophetas illorū uanos & inane titulos obijcis?

Hosius cum putet, idem esse, peccatorum remissionem annunciare, & scripturas interpretari, arbitratur hac ratione suos Episcopos & Prelatos idoneos esse scripturæ sacræ interpretes, & doctrinæ religiosi iudices. Si quidem potestatem remittendi peccata habeant, alterum quoque non defuturum. Sed quā sit dissimilitudo, omnes uident. Potest quilibet sacrificiulus remissionem peccatorum penitentibus annunciare, sed qui rudes sint in scriptura intelligentia & explicanda, non ignorat Hosius. Minus ea in parte sibi sumunt Episcopi, qui circa politica potissimum occupati sunt.

Deum per officia Ecclesiastica diuinitus instituta, sua charismata & dona disp̄esare, dubium nō est. Quod uero qui officij titulum usurpat, ei quoque gratia statim officij adsit, id uanissimum esse, experientia

testatur. Officium Magistratus organum est Dei, cui annexa est hæc gratia, quod innocentes defendunt. Sed non sequitur, quæcumq; id statim factur, qui ad hoc officium administrandum peruenit, cum aliquoties in officio suo non solù negligētiores esse, sed se penitus etiam tyrannidem & crudelitatem maximam exercere uideamus.

Caluini testimoniū Hosio prorsus non suffragat, qui non negamus, posse impios quoq; splendide de Christo sine regeneratione disserere. Sed eiusmodi hominum iudicio propter titulum standū esse, nondum probatum est, Caluinum suffragari.

Arbitrio Petri claves regni cœloꝝ traditas esse, si mille Hilarios produceret, probare non poterit, qđ necq; Petrus necq; quisq; Apostolore sibi sumpsit. Ac longè alia est Hilarij & reliquor; Patr; sententia, quā Hosius miserè deprauat. Ministeriū n. non Petri solum, sed omnium Apostolor; extollunt, Per quod placuit Deo coelestia bona dispensare.

Sed quāta est uanitas, qđ scribit duas esse claves, una sciētia, quam in Paulo: potestatis altera, quam in Petro suis scribit Ambrosius. Sicut igit̄ Paulus potestate, ita Petrus scientia caruit. Non solù equa tuit uniusq; Apostolore potestas, ut si aliqua potestatis præeminētia querenda sit, in Paulo reperiatur magis qđ in Petro. Paulus n. Petr; corripuit, quod qua potestate fecerit ex Hosio queremus, si nō potestatis etiā clauem accepit. Quodā

Quod autem plena potestate, Apostolorum successores non habeant, per arbitrio ligare & soluere, & patrum ad ductis Testimonij & sua auctoritate Episcopali confirmat. Ipse noster scribit, tu in celis ratam fore Sacerdotum sententiā, si clave non errante fecerint. Ex Chrysostomo, Deus sententiam seruorum confirmat, quatenus ea tamen iusta fuerit. Ex Origene: Si quis non recto iudicio eorum, qui presumunt, depellat, si ipse antea non exiit, hoc est, non ita egit, ut meretur exire, nihil legitur in eo, quod non recto iudicio ab hominibus uideatur expulsus. Et ita sit, ut interdum ille, qui foras mittit, intus sit: & ille foras, qui intus retineri uideatur. Hac Origenis sententia, omnes sancti Martyres ab ioluuntur, quos iniuste hereticos damnatos his quae draginta annis magno numero crudeliter trucidatis. & ipsorum innocentem sanguinem, qui in conspicu Domini preciosus est, sudistis.

Quae de Patribus, & terminis antiquis non transgrediendis adducit, pro nobis faciunt, contra Hosum. Non enim quod ad doctrinam religionis attinet, usque scriptura docet Patres quatenus Patres audierant, quam ut filios suos doceant, non somnia sua, seuerissime praecepit DOMINVS. Si quid alienum ab ea doceant, sequenda est regula Cypriani, qui docet, Non uidendum esse, quid non fecerint, qui ante nos fuerunt, sed quid fecerit is,

& faciendum præceperit, qui ante oēs fuit Christus.  
 Inconstantie arguit Brentium, qui paulò antè scri-  
 pserat: Fingamus autem Christū dedisse hoc dicto:  
 Quidquid ligaueritis &c. potestatem præcipiendi,  
 Paulò pòst uero scribat: Hoc dicto nō loqui Chri-  
 stus de authoritate præcipiendi. Hęc contraria dicit  
 Hosius, quod eò adduxi, ut maliciæ extremæ exem-  
 plum & argumentum uideat pius lector in hoc ho-  
 mine, qui summo studio omnia, quæ potest, calum-  
 niari & deprauare conatur.

Brentius enim dum fingit Christum dedisse po-  
 testatem præcipiēdi, absurditatibus docet quòd po-  
 testatem non dederit, atq; hoc modo explicat, quām  
 uana sint, quæ de hac potestate Pontificij garriunt.

Pontificios præcipere, quæ à Christo præcepta  
 non sunt & Apostolis eius, copiosè explicatum est.  
 Quid enim illi de inuocatione hominum mortuo-  
 rum, de Purgatorio, de Mercatu Indulgētiarum, de  
 nundinatione Missar, de Peregrinationibus, de Sa-  
 tisfactionibus pro peccatis, de Adoratione, circum-  
 gestatione panis, & id genus innumeris rebus præ-  
 ceperunt?

Contrà quantus est stupor hominis, qui, ut ostend-  
 eret, nos docere multa, quæ Christus non præcep-  
 rit, Querere audet, ubi Deus præceperit, ut credere  
 mus imputatione Christi iusticiæ nos iustos esse?  
 Vbi præceperit tanq; articulū fidei credere unum,  
 quenq;

Quæcūq; sibi certò remissa peccata esse. Etsi utrūq; de-  
pauet. Hæc enim duo capita in scriptis Apostolicis  
ita expressa sunt, ut clariora esse nequeāt. Videlicet,  
quæcunq; Christus fecit & passus est, q; nobis in re-  
missionem peccatorum imputentur, & quod Deus  
uelit hæc adprehendi fide. Credidit Abraham Deo  
& imputatum est ei ad iusticiā. Et iterum: Perfectio  
legis Christus ad iusticiam omni credenti. Et iterū:  
Ei uero, qui nō operatur, credēti autem in eum, qui  
iustificat impium, reputatur fides eius ad iusticiam.  
Et iterum: Non est autem scriptum propter ipsum,  
quia reputatū est illi ad iusticiā, sed & propter nos,  
quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscita-  
vit Iesum Christum Dominum nostrum à mortuis  
etc. Si uult ut credamus, uult certe ne dubitemus, et si  
fides tam perfecta esse nequit, q; exigit à nobis Dñs.

Qua fronte scribere audet à Christo præscriptū  
non esse modum ieunandi: de quo prolixa apud Matth. 6.  
Matthæū Christi extat concio. Nihil sanè de ciborū  
delectu, quo potissimum uos uestrum ieunium de-  
finitis, quam traditionem Paulus doctrinam dæmo 1. Tim. 4.  
niorum appellat.

Dolet Hosio, q; Brentius nolit sese à scriptura ad  
Patres remitti: cum n. maior sit & puritas, & minor  
obscuritas S. scripturæ quam Patrū, mallet Hosius  
Patrum & Ecclesiæ suæ opinionem amplecti, quam  
scripturæ expressum sensum, qui paucis test bus

Ad. 17. Cum iudicio scripta Patrum legenda esse conce-  
dit Brentio, addit autem (Ecclesie): si ueram Ecclesiā  
intelligit non repugno, Si uero Papisticam intelli-  
gat, nullo modo concedendū est. Vult enim priusq;  
Patrum scripta euoluat, ut, quæcūq; in Ecclesia iam  
multis annis usurpata sunt, probet prius lector. Si  
uero animum liberum afferat nemini quām scriptu-  
ræ sacræ addictum, repudiandum docet. Sed quis  
est Hosius, ut hac in parte ei credamus? Berrhœs  
Paulum cum iudicio audiebat, q; solis scripturis ni-  
tebatur, que rebant enim num hęc ita se habent,  
non in praxi Ecclesiæ, sed scripturis, idque iudicio,  
quod Apostolo probatur.

A. Theß. 5. Quòd uero iudicio quidam aberrant, fallacia ac-  
cidentis est, potest quidē fieri ut aliqui & multi fal-  
lantur, nō tamen inde sequitur omnes falli. quapro-  
pter hoc non obstante nihilominus hęc regula sit,  
nihil nisi iudicio accipiendum & credendum, sicut  
Apostolus monet.

Iudicium autem tuum quod Ecclesiæ uocas, quid  
aliud, quām error est? quo probare tenentur simpli-  
ces homines quod nullis scripturis doceri potest.

Regula ex Lyrenense tuo producta Vincentio tū  
uera erit, quando cōprobatum fuerit multitudine  
suffragiorū ueritatē metiendā esse. Non ignoro, hęc  
apud Iureconsultos obtinuisse, ut opinionē sequatur  
in

in causis politicis, quæ omnium doctore communis  
est, quāvis sēpē numero & iuris & æquitatis regula  
contradicat. Non eadē in sacris ratio est, Vbi unius  
hominis uerē testimonium multitudini interdum  
præfertur,

In erroribus Patrum extenuādis, quām frigidus  
est Hosius. Erroribus tamē illos absoluere cum ne-  
queat, quomodo illorum interpretationem nobis,  
tanq; auhenticam semper, obirudere audet.

Retractionum libros dum commendat Augu-  
stini, nostros accusat, quōd in retractandis suis opi-  
nionibus eius exemplum non imitetur. Postquam  
vero id Lutherum præstiuisse docemus, inconstan-  
tiae arguitur, qui nunc purgatorium concedat, pau-  
lopōt rectius edoctus neget & retractet. Pōtificem  
R.o. in summo gradu collocauit, eundē postea ex Da-  
niele & Paulo edoctus Antichristum pronunciat.  
Indulgentias quoq; dixerat ab initio non esse inuti-  
les Ecclesiæ, postea Apostolicis scriptis de gratia iu-  
stificante edoctus, affirmavit esse meras Antichristi  
Romani imposturas. An hoc non est exemplo D.  
Augustini inconsideratè & errore dicta retractare?  
Pessemus multo plura huius rei exempla comme-  
morare, sed hæc nunc sufficiat, & ut hoc nomine a/  
pud sanctissimum tuū, Lutherū ac nos oēs excusa-  
tos habras, tuā Episcopalē dignitatē humiliter oro,  
Lyram Lyrenensis tui non recusamus: Doctores

cum Ecclesia recipiendos, nec cūm doctoribus Ecclesiæ fidem deserēdam. Quatenus enim ueræ Ecclesiæ doctrinam afferunt, quod est purum Dei uerbū, recipimus. Si ab ea doctrina, hoc est, uerbo Domini aliena docent, in ipsoꝝ gratiam doctrinam & fidem Ecclesiæ ueræ non deserimus. Pluris enim facienda est uerbi Diuini ueritas, quam hominū authoritas.

Variè unum & eundem locum scripturæ explicari posse, non ignoramus. Cuiuscq; tamen loci non nisi unam propriam & genuinā sententiam esse, nō dubitamus. Cum ergo hoc loco de scripturæ interpretatione agatur, rectè productæ sunt à Brentio diuersæ explicationes loan. 6. de mandatione carnis Christi. Et si non impig, tamen diuersæ cum sint, cui ex Patribus credēdum sit, qui proxime ad mentem Christi accesserit, non sine causa dubitatur.

Si ergo sententia scripturæ dubia est, obscura, & tua opinione ambigua, Patrum præsidio me explicare nequeo, cum & hi non minus sententijs uariet. Sed ad Ecclesiæ Tuæ dicis recurrentum praxim & consensum. Verum si de hoc ipso consensu controvèrsia sit, quis me errore liberabit? Nōne, ut mihi mens & conscientia satisfaciat, ad scripturam recurrentem erit, quæ ut omni contradictione, ita prorsus errore caret, Cuius simplicitatē sequi longè tutissimum est.

De loco Matth. 16. Tu es Petrus, parum in explicatiōe Hosiana desiderarē, modo sibi cōstaret. Posse enim

enim suo modo dici petram non solum Christum,  
sed etiam Petrum confitentem Christum, & fidem eius,  
non negamus, ita tamē, ut suus honos Christo manet  
at in uiolatus. Christus enim petra est, fundamentū,  
super quod Ecclesia fundata est. Dicit & Petrus pe-  
tra, quia, ut uerbis Hos̄i seu potius Leonis Papae u-  
tar, uirtute Christi saluatur. Est fides quoq; petra,  
¶ & hæc in uerbo Domini, & ipso Christo funda-  
ta mundum uincat. Verūm si genuinum & propriū  
huius loci sensum queramus, unā rem Christū intel-  
ligi uoluissle, uel ipse Hosius nō dubitauerit, De quo  
si constiterit prius, nō recuso etiā alias explicationes  
quæ cum Analogia fidei non pugnant. Eam igitur  
accipimus sententiam, quam ipsa uerba planissima  
secum afferunt. Christus loquitur de petra, quæ non  
est ipsa Ecclesia, Nam affirmsat se se Ecclesiam adi-  
caturum super hanc Petram, Aliud igitur Petra est,  
aliud Ecclesia. Cū vero D. Petrus Apostolus sit mē-  
brum huius Ecclesiae, ipse fundamentum esse nō po-  
terit, de quo hic loqui Christus, quia & ipse super  
hanc petram fundatus est. Reliquum igitur est, ut ex  
alio perspicuo scripturæ loco colligamus, per petrā  
hoc loco Christum intelligi, qui fundamentum est  
Ecclesiae, nec aliud ponere posse Apostolus affirmsat. i.  
Corin. 3. Hanc sententiam sequitur Lyra, quia huius  
loci propria est. De Petri uero firmitate & fidei, et si  
etiam ex hoc loco quædam doceri possunt, tamen

quod ad uocabulū Petri attinet, huius loci non sunt  
propriæ explicationes.

Hanc sententiam amplecti uidetur Hosius, cum  
affirmat, Christi & uirtutis esse, hanc molē sustine-  
re, sed Petri tamen ministerio uti. Si ergo per petrā  
ministerium intelligit, quis unq̄ Petro eam dignita-  
tem ademitt̄? affirmamus & ipsi quoq; ministru Ecclesiae,  
quæ super peiram Christū fundata est, suisce  
Petrum. Verū, q; omnibus totius orbis Ecclesijs  
præfuerit, sicut de Antichristo Ro. eius pseudoluci  
cessore prædicant, id Hosij & aliorum Pontificiorum  
adulatorum commentum est & cantilena.

Quod uero Petrum publica & legitima confel-  
tione, sive, 18. definīt, id nimis infirmum uidetur: potest ei-  
nūm hypocrita quoque labijs appropinquare Do-  
mino, cum cor lōgē ab eo absit. Ut ergo uerē Petrus  
sit, firma fides requiritur, in Christo & promissione  
eius fundata. De ministerio suprà dictum est, quo-  
modo à personæ dignitate non pēdeat, ne quid hic  
cauilletur Hosius.

Non negamus D. Augustinum quoq; ad maior-  
rum interpretationem sæpen numero prouocasse, ue-  
rum id prius non facit, quam scripturarum perspic-  
cua & dilucida collatione, quod possum erat, de-  
monstrauerit. Patrum si postea producatur authori-  
tas, eis non simpliciter fides habeatur, sed (ut verbis  
Hosij, aut potius Augustini utar) tribuatur tācum,  
quantum

quantum uel scripturis, uel aliqua probabili ratio-  
ne persuadere possunt. Hanc quoque conditionem  
cum accipiamus, qui audent nostros tanque contem-  
ptores S. Patrum tanta impudentia traducere, qui-  
bus eum honorē tribuimus, quē à nobis requirūt;

Et hac ratione nos quoque illorum consensu & te-  
stimonio utimur ad errores refutandos, qui pro se  
pairū testimonia & cōsensum habere non possunt.  
Nec tamen sequitur, nos pro arbitrio illorū testimo-  
nia nunc rej̄cere nūc adprobare, sicut Hosius cauī-  
latur, sed rationes expendimus, quæ cūm scripturæ  
expressæ contentaneæ comperiuntur, propter scri-  
pturam fidem merentur.

Putidum mendaciū est, nostros ita incertis uaga-  
ti opinionibus & interpretationibus, ut subinde su-  
as confessiones mutent. Sint sanè inter nos quidā cu-  
tiosi & nouarū rerū studiosi, qui quoque uero doctrī-  
næ circumferant. Hos ut recipiat in Catalogū eorū  
rogamus, qui magno numero apud uos nihil pror-  
sus credunt, usque adeo de nulla religione sunt sollici-  
ti, sed credunt cum Carbonario sanctam Ecclesiam

Catholicā, quæ quid credit, incompertum habent.

In Idolatriam uero uestrā quid aptius, quid cō-  
uenientius dici potuisset, quod quod aduersus nos in-  
nocentes ex Ieremia produxisti : In omni colle  
sublimi, & sub ligno frondoso tu prosternebaris  
meretrīx. Et ex Ezechiele ; Fabricata es lupanar

iuū in capite omnis uitæ, & diuariasti crura tua omni trāseunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Loquuntur Prophetæ de excelsis, quæ passim in montibus, excelsis, collibus, uallibus, cōpitis & sub arboribus frondosis extruebantur ab hominibus superstitionis. Eodem prorsus modo sub Papatu in omnibus montibus, collibus, uallibus, extructæ sunt & confectæ Capellæ in cultum & honorē sanctorum, qui à suis cultoribus in quauis necessitate inuocabantur. Idolatria longè ea maior, q̄ gentiles cum suis Idolis exercebant. Hanc fornicationem spiritualem extera, na quoq̄ comitabatur turpitudo, quæ uniuerso orbis nota est.

Quare non est quod nos tristis hac in parte ullius inconstantiæ accuses, qui in una permanent confessione, quam Cælari Augusto Carolo V. anno 30. cū non sine uite fortunatum q̄ omnium periculo fidelis ratio reddenda esset, exhibuerunt. Ac frustra castitatem uestram cū sanctissima sponsa prædicatis, qui neminem præter crassos Monachos & teneras moniales in amplexus uestros admisisti, cum impietate, quam sicut Iudei sua excelta, uos quoq̄ tanquam & Deo gratissimum cultum prædicatis.

Quomodo Synodi audiendæ sint non sine iudicio, supradictum est, frustra ergo hoc loco Brētium Hosius irridet, qui suos auditores uult esse truncos & stipites, ut sine iudicio, quævis Papalia decretis & Monachorum

Monachorum somnia pro doctrina ueræ Ecclesiæ recipiant. Dum obsequium, non iudicium requirit Lutherus, de re manifesta loquitur, Deum omnia pro sua uoluntate gubernare, rebus præscribere, nō res Deo. quare non suo carnali iudicio, sed spiritus Dei ueritati subiectos uult omnes homines.

Cum Brentius iudicium Episcoporum nostri temporis recusaret, rationem adduxit: q̄ pleriq̄ careat ijs conditionibus, quas in Episcopis requirit D. Paulus. Vbi potissimum de uera cognitione sacrarum literarum loquitur, Hosius calumniatur, quasi Brentius uelit omnes esse sine peccato, qui ad hoc iudicium deligatur, qua ratione D. Petrus quoq; excluderet, Cum nihil horum somniauerit Brentius. Modò intelligentierent pleriq; Episcoporum controuersias religionis, tantum abest, ut iudicare possint.

Litem de cōmunione sub utracq; specie dīemptā docet duobus concilijs Constantiensi & Basiliensi. Sed quibus rationibus sanctissimi Patres laicis calumnam abrogarunt ex Cancellario Parisiensi Gersone cognoscat. Hosius, quæ cum friuolæ sint, stultæ & impiaæ, qua fronte crudelis Constantiensis concilij decreta impium institutioni Christi preferre audet. Hosius uiderit.

Ut Alesio & Hosio tandem exponat Brentius, cū utracq; pars mordicus suam siue sententiam siue opinionem retineat, quo iudice tandem controuersias

dirempta iri existimet: Iudicem profert Christum  
Iesum Dominum nostrum, qui ad dextram Dei se-  
dens suo tempore declarabit utra pars ueram uel fal-  
sam doctrinam defenderit.

Hic Hosius responderis, ait: Brentius tamen pro-  
mit, quod ita diu premebat. Quid autem aliud opta-  
rint omnes parricide, siccarij, uenefici, fures, lacrōes,  
& quōdquorū sunt criminis alicuius rei capitalis, q̄  
ut nullus esset in terris iudex alius, præter eum, quē  
profitemur ē cœlo uenturum iudicem uiuorum &  
mortuorum, ut illis interea liceat, in quorumuis ca-  
pita & fortunas liberè grassari.

Sed hoc loco principio aduertenda est calumnia.  
Non enim ita ad Christum prouocauit iudicem, (si  
eum Hosius cauillatur) ut omnia omnium hominum  
iudicia conteneret. Sed hec mens fuit Brētij: cum ue-  
ritas doctrinæ nostre illustribus & apertissimis scri-  
ptiuræ testimonijs, quam pro iudice controversiarū  
de doctrina religiōis in terris agnoscimus, cōproba-  
ta fuerit, eam tamen nihilominus persequūtur ueræ  
Ecclesiæ hostes, Exemplo Christi & Prophetarū do-  
cuit, ipsius Christi iudicium expectandum, qui suo  
tempore declarabit, à qua parte ueritas cœlestis do-  
ctrinæ steterit. Hāc piā sententiam præteritis exē-  
plis deprauat Hosius, ut falso persuadeat lectori sy-  
cophanta, Brentium & nostros piorum & Catholi-  
corum in hac uita detrectare pia iudicia, cum non ni-  
si

Si tyrannidem recuset eorum, qui rudes cum sint, iudicium tamen de religione ad se solum pertinere clamat. Si uero periculum est Brentio ad Christum iudicem prouocare, qua ratione id licuerit Augustinus ex Hesio cognoscere cupimus.

Ingens uero dissimilitudo est inter manifestè sceleratos, sicarios & parricidas, & eos qui in doctrina Religionis hærent. Quia enim pena afficiendi sine parricidæ & sicarij nemo dubitat. Hi sanè uellent omnies leges sublatas, & iudicem nullum in terris. Sed qua fronte nostros illis non solum comparare, sed longè sceleratores esse impudenter affirmare audes, qui ut suas aliorumq; animas à uestris parricidijs liberarent, ab imp̄is uestris defecerunt culibus & doctrinæ.

Nolo hoc loco crudelitatem & parricidia commemorare uestra, unum p̄ innumeris sit tibi, quod paucis ab hinc annis Neoburgi ad Danubium Dia zus fratrem suum crudeliter propter professio nem ueritatis interfecit parricida, à quo tantum ab est, ut supplicium sumplerint uestri, quin etiam sibi paratum præmium sperauerit, qui parricidium & Cainicum facinus perpetrauerat.

Quapropter non dubitetis, citius uobis affuturum iudicem, & innocentis sanguinis effusi vindictam Christum, quam uelletis.

Quod addit: Brentiū scripsisse, Principū propriū

**ADVER SUS STANIS E HOSI VM,**  
 munus esse, docere, calumnia est: quod enim Brentius  
 exemplo Dauidis domesticam doctrinam & di-  
 sciplinam Principibus commendat, nullibi tamen  
 docuit, quod Princeps aut quisquis alius fuerit, pu-  
 blicè in Ecclesia sibi officium docendi illegitima uo-  
 catione usurpare debeat. Et mirum, si Principes do-  
 cerent, cum Christus dixerit: si hi rasebunt, lapides  
 loquentur? Cessantibus ergo Episcopis, & officium  
 suum non facientibus, minimè indignum esset, ut  
 Principes ipsi suum populum docerent. Iudicium  
 quale tribuat eis in doctrina, satis dictum est. Eorum  
 iudicium uero quod excludat, quia in rata hostium  
 pertinacia ad Christum Iudicem prouocet, calum-  
 nia est, quemadmodum paulò ante demonstratum  
 est quomodo per hunc Iudicem piorum iudicia in  
 terris non defugiat.

Aduersus hæreseos conuictum, quomodo ma-  
 gistratū & populum armari Moses, supradictum  
 est. Vos autem iniustum tyrannidem & crudelitatem  
 exercere in eos, quos nec errorum nec blasphemii  
 arum reos conuicistis, aliquot millibus Martyrum  
 demonstrare possumus, quorum sanguinem, sicut  
 aquā, scelerata manu effudistis. Necdum adhuc cru-  
 enta illa consilia abiecistis, quibus præter uires & fa-  
 cultatem à Deo ad opprimendam ueritatis doctrinam  
 nihil deesse compertum habemus.

Exempla quæ produxerat Brentius ex veteri & no-

uo Testamento, adducere non audet Hosius, Sed quoad eius si ri potest, mentem & sententiam Bren-  
tij deprauat Nebulo p̄f̄simus.

Summa omnium exemplorum hæc est. Prophe-  
tas, Christum, & Apostolos multum disceptasse cū  
summis sacerdotibus, Phariseis & Scribis, De uero  
Dei cultu, & cum iudicem non haberet, (Prophetæ  
n. Christus & Apostoli iudicio summore Pontifi-  
cum stare nolebat. Summi autem Pontifices, Scribe  
& Leuitæ de sua authoritate & opinione nihil remit-  
tere uolebant), ad quos iudicium de doctrina pertine-  
ret, clamabant. Hic querit Brentius, quis tandem iu-  
dex in his controvèrsijs fuerit: respondet, Deum tā-  
dem excidio populi tulisse sententiam pro Prophet-  
is, Christo & Apostolis. Atq; idem iudicium nunc  
quoq; in tanta aduersariorum pertinacia expectan-  
dum docet Brentius. Satis disputatum, collocutum &  
scriptum utrincq;, reliquum est, ut suo quisq; pericu-  
lo iudicium Domini expectet.

Hanc Brentij sententiam caluniatur Hosius, qua-  
si quolibet fortunæ, ut hoc genus hominum loquit,  
euētu doctrinæ ueritatē metiaſ. Cuius illustre exem-  
plum producit uictoriā Caroli V. Imperatoris piē  
& in Domino ut speramus & fama fert defuncti, quā  
ad tempus contra Principes & ciuitates obtinuerat,  
qui ueram doctrinā Euangeliū profitebantur. Vbi  
Hosius Deum pro tribunali sedisse ait, & ultra pars

causam suam ageret, quasi lata sententia pronuncia  
uerit, pientissimum Imperatorē Euangelij sui pro  
pugnato rem esse declarauerit, eiq; uictoriā in  
cruentam concesserit.

Verū satis mirari nequeo, cur Cæsar is uictoriā  
hoc loco nobis pro religione tua confirmāda, & no  
stra damnanda obtrudas, cūm ipse Cæsar literis ad  
ordines Imperij datis testatus sit, sese hoc bellū ad  
uersus Principes proprias Religionem non suscep  
re. Cum autem non ignores, quæ fortuna Cæsarem  
post uictoriā & institutionem Concilij Tridentini  
secura sit, intelligis, opinor, quantam mihi occasi  
onem hoc loco dedisses, ut in te regererem, quæ in  
nos euomuisti. Illud certè manifestum est, piam no  
stram doctrinam beneficio Dei non solum apud  
nos saluā esse, sed post illam paternam castigationē  
etiam lōgius propagatā in multos Principatus, Co  
mitatus & aliquot regna, de quo tuæ querimoniar  
aniles testantur. Et quod maius est, singulari Dei be  
neficio factum, ut summi Monarchæ Cæsaris Ferdi  
nandi Clementia, doctrina Augustanæ confessio  
rum, ante uictoriā Cæsaris, ne per somnum qui  
dem nobis pro ratione humani iudicij, potuisset in  
mentem uenire.

Quapropter non est, quod ex clade quam accepi  
mus, de sententia Dei iudicis inter nos pronunci  
ct.

es. Interlocutoria hæc fuerunt hactenus, sed definiti-  
ciā seutentiam cum audieris Hosi, minus audax  
eris, scio. Oppresso Christo, & Apostolis in exili-  
um pulsis, ad tempus gaudebant imp̄j Pontifices, si  
cum Christus prædixerat: Amen amen dico uobis,  
quia plorabitis & flebitis uos, Mundus autem (hoc  
est, cohors Papistarum) gaudebit. ac uidebatur qui-  
dem tunc lata sententia, si externam faciem intuea-  
ris, sed clades Iudæorum subsecuta, docuit eius  
uanitatem. Cum Hierosolyma enim deuastata, &  
oppreſsis Iudæis & imp̄js Pontificibus, doctri-  
na CHRISTI in totum orbem terrarum pro-  
pagata fuit.

Ad confirmandum animo semel conceptum er-  
torem, quod non ex sola Scriptura sacra dñjudi-  
candæ sint controuersiæ, sed traditionibus Patrum,  
tandem ad præxim primitiæ Ecclesiæ recurrit, ex  
qua idem demonstrare conatur. Sed non minus  
infoeliciter ei cedit, quam factum est de iudicio  
Principum, de quo suprà in proximo præcedente li-  
bro tractatum est.

Nam ex Niceno concilio quod affert, <sup>omnino</sup> uo-  
cem, Patrum traditionem esse, suprà dictum est, Pa-  
tres non de uocabulo sed de re contendisse. Quare  
frustra clamabat Arriani, hoc uocabulum nulquam  
in scriptura reperiri, qui rem, non uocabulum so-  
lum, uidelicet filij diuinitatem æternam negabant.

Ideoç sancti Patres Niceni concilij non nuda Par  
trum authoritate, sed scripturarum collatione Arri  
anos reprimebant. Ut appareat honestæ matronæ  
uocem esse scripturam & uocem sponsi sui sonare;  
quod si eadem effingat adultera, quid hoc matronæ  
honestæ incōmodabit? Aurum decet honestam ma  
tronam, sed idem sæpenumero etiā à prostibulis ge  
statur. Sicut igitur sententiam Christi de prauant Ar  
riani de mandatis hominum, cum assertio diuinita  
tis filij nō esset traditio hominum, Ita quoç nostræ  
causæ illorum importunitas nihil nocebit, qui scri  
pturis contra uestras traditiones pugnamus.

Sic & in concilio Constantinopolitano, quod hę  
resiarchæ de quorundam Patrum authoritate dubi  
tant, quid hoc ad institutum facit? Cum suprà dixe  
rit: omnes homines esse mendaces, piaculum ne e  
rit de hominis sententia dubitare, priusç eius ueri  
tas scripturæ testimonij comprobata fuerit?

Sed cum Spiritus sancti diuinitatem ex scriptura,  
non traditione Patrum probatā esse concedat, hoc  
ipsum exemplum contra Hosium facit, Patrꝫ scilicet  
sententias ad scripturæ regulam exigēdas. Nisi. n.  
Scripturę testimonij de diuinitate spiritus sancti cō  
staret, frustra hæreticis traditiones Patrū obiecisset  
Concilium, quorum sine scripturæ testimonij in  
fidei articulis asserendis, authoritas est nulla.

Idem ad ea quoç responderimus, quæ ex synodo  
Ephesina

Ephesina affert. Etsi enim uocabulū Deipara in scripturis non reperiebatur, res tamen constabat ex scriptura non nisi unā esse filij Dei & hominis post incarnationem, personam, nō ergo traditione, sed scriptura conuincebatur Nestorius, qui magis de vocabulo quod re contendisse uidetur. Re autem demonstrata in eius gratiam uocabulum ab ijcere nolebant Patres concilij, qua res commodè exprimebatur.

Cum ex Lyrenēle tuo Patrum istorum humilitatem commendas, qua prophane nouitatis inuenta damnarantur cur non idem fecistis uos Papistæ, qui subinde aliquid noui ad maiorem nō solū ceremonias sed etiam impietatem adieciſtis. Ut in orbe maiores nouatores non fuerint unq̄, t̄q̄ uos sitis, sicut cæremonijs Missæ & ordinibus Monachorū & Monialium declarastis, & completum est in uobis, quod Itemias Propheta dixit: secundum numerum ciuitatum tuarum, facti sunt tibi Dñi luda. Ier. 2.

Similiter & Patres, qui ad refutandam Eutychianis hæresim in urbe Chalcedone cœuenerant, nō nudis clamoribus Eutychetem per Patrum authoritatem premebant, sed scripturis conuictum docebāt, quod sententiam ueretur, quæ à consensu S. Patrum quoque recederet. Et quanta fuerit eius concilij diligentia & sedulitas in rebus omnibus excutiendis, acta restantur.

Oprandum uero esset, ut ad eius exemplum no-

stra estate ad componendum in religione dissidium  
talis cogeretur synodus, in qua iudices politici sede-  
rent, audirent, & cognoscerent utrincip ex scriptura  
sacra familiariter de cōtrouersis articulis differētes;  
& ubi opus foret, suam quocq; interponerent autho-  
ritatē. Sic causæ nostre non metueremus, sed in Do-  
mino consideremus, fore ut benignius & de nobis  
& doctrina quam profitemur, iudicaturi sint, qui cā  
nunc hostili animo persequuntur.

Quod subiungit: Ecclesiam esse uiuum Euange-  
lium, id quomodo probet operæ premium est audi-  
re. Nam, inquit, ea quæ per chartam & atramentum  
Prophetæ scripsérunt, & Apostoli, non modo uiua  
uoce suis tradit liberis, uerum etiā dierum obserua-  
tione, signis, simulachris, habitu, gestu, siue actiōe sa-  
cerdotum, præcipue sacris operantū, ac uario rituū  
ac cæremoniarum genere, quasi præmansum infan-  
tium ori cibum inferere cupiens, p̄hs omnibus, quā  
libet imperitis inculcare conatur.

Phrase inusitata est: Ecclesiam esse Euangeliū;  
quæ cum Euāgeliō credit, Ecclesia Dñi fieri cœpit,  
quæ etiā ex hoc uero Dei Euangelio uiuit. aliud cer-  
te Euangelium est, aliud Ecclesia. Quod si eadem ra-  
tione Euāgeliū uiuum dicitur, qua Imperator uel  
Rex, Lex uiua dicitur, lōgē errat. Potest enim Impe-  
rator pro sua uoluntate interdum contra præscriptū  
legis pronunciare, quod Ecclesiæ tribuere imp̄nſi-  
mum

num est, quæ non nisi secundum prescriptum legis diuinæ iudicat & docet, & ab eo, ne ad latum unguem recedit. Sed quo consilio haec cōfingat, non est ignorantia, uidelicet ut hac ratione persuadeat, suam Ecclesiam audiendam esse, quodcunq; statuerit, etiam si eius neq; ex scriptura, nec aliunde euidentis ratio datur posset, docet enim nefas esse iudicari sacerdotes Domini, nisi à Domino.

Deinde, q; ridiculus est in Euangelij sui uita explicanda. Paucissima, uiua uoce, quæ à laicis intelligi queat, tradi in Ecclesia Papistica, palam est: quo, tuisquisq; enim sacrificiorum ad docendum aptius & idoneus est: Dierū obseruatio, signa, simulachra, gesticulationes sacerdotū, ritus & cæremonie, quid alii sunt quam res mortuae, ioculatoriae & mutae: quas ne sacrificuli quidem intelligunt, nisi adhibito Rationali diuinorum &c. nedum simplex & rudis populus.

Dies obseruatis, scribit Paulus ad Galatas, timeo, Gal. 4.  
ne frustra laborauerim in uobis: multò autem rigidius obseruationem festorum exigere Papistas, q; Iudeos, manifestum est, cum hic maximè etiam libertatem Christianam eminere conueniat.

Per simulacha rātum abest, ut uelit doceri populum Dñs, ut ea etiam facienda prohibuerit seuerissime, que plerūq; animos hominum aliás ad superstitionē pronos, ad horribilē Idolatriā excitat & inflāmant.

Gesticulationes sacrificiorum histriones decet  
magis, q̄ uerbi Dei ministros, quos decebat iuu  
uoce animis hominum Christi meritū iaculcare, si  
eut Paulus ad Gala. serbūt O stulti Galate, quis uos  
fascinauit non obediē ueritati? ante quorum ocu  
los Christus Iesus de scriptus est, & inter uos crucifi  
xus, quod non alia ratione quam prædicatione Pau  
li Apostoli, aliorumq̄ ministerio factum est, quos  
certo certius est, stultis & sceniceis gesticulationibus  
illis usos non esse, quibus stupidi sacrificuli, concio  
nari nescientes, oculos auditorum implent.

Quanto præstaret iuxta mandatum Christi præ  
dicatione uerbi doceri & institui populum, & sacra  
menta secundum eius institutionem quam paucis  
mis cæremōns administrari. Quo enim propius ad  
ritus Apostolicos accesseris, eo tutius est & melius.  
Cum humanarum cæremoniarum multitudo & ua  
rietas doctrinam Euangeliū obscuret magis quam il  
ludret. Vmbra præterit, lux orta est, corpus succe  
dit, quod est Christus Iesus Dominus noster. Qua  
re ualedicamus istis elementis, & uerbo Christi in  
hærētes inde omnem doctrinam & consolationem  
hauriamus.

Valeat ergo & lodiceus noster concionator Ho  
sius, qui nos à lumine scripturæ ad mutas statuas, ad  
lodices & stultas gesticulationes suorum sacrificio  
rum ablegar, quibus tanq̄ uiuo Euangeliō suo, plus  
lucis

lucis & perspicuitatis tribuit Impius Idolatra quām  
scripturæ sacræ.

Sed audiamus quoque propria miserè uerba Athanasij  
deprauet, & in fine libri pro more suo, cauilletur, so-  
phisticetur, & mentiatur. Athanasij uerba sunt: Si  
quis, inquit, præter hæc ex scripturis diuinis, alium  
esse docet filium Dei, & alium, qui ex Maria adopta-  
tus est in filium, sicut nos: uel si quis Domini nostri  
carnem supernè dicat, & non ex Maria uirgine, uel  
conuersam diuinitatem in carnem, uel cōfusam, uel  
immutatam, uel paſſibilē Domini deitatem, uel in-  
adorabilem Domini nostri carnē, ut hominis, hunc  
anathematizat sancta & catholica Ecclesia, obtempe-  
rans in hoc diuino Apostolo dicenti: Si quis uobis  
Euangelizauerit, præter id, quod accepistis, anathe-  
ma sit.

Hic principio uanus est Hosius, qui dicit capita  
ab Athanasio de Christi duabus naturis de carne &  
diuinitate eius enumerata, esse traditiones solum,  
cum hæc omnia euidenter ex scriptura demonstra-  
ti possint, quemadmodum etiam ab Athanasio &  
propris Patribus demonstrata sunt.

Deinde affirmat non uelle Athanasium ad nor-  
mam scripturarum exigi Patrum decreta; manifesta  
est uerborum eius deprauatio & calumnia. loquitur  
enim Athanasius de peruersis scripturæ sacræ inter-  
pretibus, qui conabantur quidem suos errores scri-

**A D V E R S V S STANISL HOSIVM;**  
 pturæ testimonij tueri, sed quoniam scripturā de-  
 prauarunt & in impium sensum detorserunt, nō du-  
 bitat eos Athanasius anathemate percutere, qui su-  
 os errores quidem ex scriptura docebāt, sed ex eius  
 genuino sensu probare non poterant.

Tertio, quod hac sententia Athanasij ad traditiones suas abutitur, quam est ridiculum? Cūm iam demonstratum sit nō esse traditiones Patrum, quae ab Athanasio commemorata sunt, sed ex scriptura sacra confirmata.

Quare non est uere, qd dicit Hosius: Athanasium præferre traditionem scripturæ, sed scripturis resuari errores docet.

Ex his que dicta sunt, liquido constare prot. Hosius nullū ex argumentis Brēti⁹ refutasse, qd docet: scripturā sacrā ad sui explicationē sibi sufficere, ut obscuriora loca per apertiora illustren̄t. Ea uero, quae contra Hosius assert, in hæc quinqꝫ capita referti, ut aut blasphemet, aut mētiatur, aut cavilletur, aut sophistice tur, aut recte dicta deprendat. Alia ergo argumenta afferat necesse est, si nobis persuadere uelit, maiorem esse traditionum quam scripturæ sacræ perspicuitatem, quarum plæreſecum ipsæ pugnant, & ipsam scripturæ lucem obscurat magis quam illustrant, sicut paulò antè dictum est. Sed nunc ad ipsarum traditionum examen accedamus, & quid contra Bren⁹ argumenta afferat Hosius, uideamus.

REFUTAT.

# Refutatio Quarti libri DE TRADITIONIBVS.

**D**octrinæ Brentj de Traditionibus paucis capitibus comprehensa, & in Prolegomenis descriptæ, summa est: Cùm, quæ ad æternam salutem nostram pertinent, sufficenter in scriptura sacra comprehensa sint, non qualsuis traditiones sub Apostolorum nomine in Ecclesiam inuectas, recipiendas esse docet. Sed in tanto numero imposturarum diligenter examinandas esse, quæ nam sint uerè Apostolicæ, quæ suppositiciæ. Examinis autem regulam certissimam esse scripturam Sacram, cum quæ si quæ purare deprehendantur, nullo modo pro Apostoli eis recipiendas & obseruandas esse docet. Deinde diligenter expendendum esse, quo consilio & in quem finem ab Apostolis quædam tradita sint. Ne latius, quam Apostolorum uoluntas fuerat, extendantur.

Hanc Brentj sententiam conatur Hosijs refutare, ut suis persuadeat, omnes traditiones & cærembias in Ecclesia Papistica ante multos annos receperas, Apostolicas esse. Quas, qui abolere conetur, fundamentum fidei labefactare dicat.

Vtiusq; igitur expendamus uerba & argumenta, sicut & in præcedētibus libris factum est, ut uanitas Hosij refutetur, & argumentorum Brentij ueritas demonstretur.

Principio Hosius affirmat nihil magis esse à ueritate alienum, quām si quis putet, hoc tātum esse uerbum Dei, quod scriptum in ijs libris continetur, quos Canonicos vocamus. Idq; probat Patriarcharū exēplis, qui scripturā nullam habuerint ad Mosen usq;, & sic traditiones suas, de quibus disputat, scriptura tempore priores esse docere conatur.

Hæc manifesta est sophistica. Nam uocabulo traditionis nō in una significatione utitur. Quam ut caueret Brentius, prius de uocabuli significatione constituit, sicut in collationibus fieri debet, q; de re ipsa disputet. Cum n. summa doctrinæ, quam Deus Patribus tradidit, in scriptis Mosi comprehēla sit, qua ratione scripturam accipit, eadem ratione ea quoq; quæ Deum Patribus locutum est Moses scribit, accipere sese testatus est Brentius.

De hac igitur traditione non disputat Brentius, qua sophista abutit ad sua sc̄mnia probāda Hosius.

De Apostolis quod scribit: (Si quis ipsorum temporibus de re aliqua contendere uoluisset, nō illi cebatur, sic scriptū est, aut sic legisti. Sed quomodo? Siue, inqt Paulus, ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis) fallacia est à dicto secundum quid ad dictum

dictum simpliciter. Etsi enim in quibusdam ea liber  
tate locuti sunt, suam tamen doctrinam ex Propheti  
cis scripturis comprobabant. Si enim sufficiebat di-  
tere: Sic prædicauimus, ergo sic credatis, quid opus  
erat illis Spū sancto ad intelligēdas scripturas dato?

Rectè monet D. Paulus Timotheū, ut in his per-  
maneat quæ didicerat à Paulo. Is eīm interprete Pau-  
lo ex Prophetis doctrinæ Paulinæ ueritatem perce-  
perat, Vnde ipsum D. Paulus hortatur ad scripturæ  
lectionem, qua libros ueteris Testamenti intelligit,  
Mosen, Prophetas & Psalmos.

Deinde ingens est dissimilitudinis ratio inter uo-  
ces Apostolorum & Pseudosuccessorum eorūdem,  
qui si ea facilitate sibi credi uolunt, de quibusuis tra-  
ditionibus differentiis, qua Apostolis creditū est,  
eadem uirute & potentia Spiritus declarant, sele ni-  
hil ueritati contrarium suadere aut tradere.

Sed cum uanissimum sit, quod scribit: Apostolo-  
rum tempore, non scripturas, sed traditiones & con-  
suetudinē allegatas esse, quod superaedificauit cor-  
ruat quoqz, necesse est.

Quòd hæretici multi fuerint declarati, non quia  
scripturæ non crederēt, sed quia tradito uerbo Dei  
non haberent fidem, & uanum sit, suprà dictum est.  
Non dum enim probauit Hosius traditum & non  
scriptum Dei uerbum esse de diuinitate filij & alijs  
quæ in proximè præcedēte libro cōmemorata sunt.

Fallacia est à dicto secundum quid ad dictū sim-  
pliciter, q̄ ait: Catholicos haereticis cōcessisse, ea nō  
esse scripta sed tradita. Nā et si cōcedebant uoces <sup>huius</sup>  
<sup>opus</sup> & Deipara in scripture non reperiri, rem tamē  
cūdētissimis scripture testimonij expressiam esse,  
demonstrārunt. Postq̄ ergo, quæ de reipla scrip-  
ta erant, in libris Propheticis & Apostolicis demon-  
strārunt, etiam quid & quibus uerbis à maioribus  
eadem res tradita esset, docebant.

Non ergo traditum Dei uerbum rejicit, qui Cx  
remonias & traditiones rejicit, quæ cum scriptura sa-  
cra pugnant, quod crimen cum iniustè ab Hosio no-  
stris intentetur, uocem Adulteri agnoscis, quæ cum  
patre mendaciorum congressa non nisi calumnias  
& mendacia parere potest. Vocem Andreæ Osiā  
dri de Iuramento Theologorum Vuitembergensi-  
um elapsam, quam exaggerat Hosius: quia uero su-  
prā de eo satis dictum est, hic breuior ero. Quo iu-  
rejurando astringuntur sacrificuli, non quibus do-  
cendi, quod pleriq̄ negligunt, sed sacrificādi munus  
principaliter commendatur, non ignorat Hosius,  
ut ne tantillum à receptis traditionibus, hoc est, hot-  
renda Idolatria & impietate Papistica deflectant, ni-  
hil curantes si uel scripture sacra uel ipsorum met-  
conscientiæ reclament. Desinat ergo unius Osiā  
dri tuū temporis elapsam uocem obijcere ad palli-  
andam suorum tyrannidem, qui miseros sacrificiu-  
los

los in miserandam captiuitatem, Babylonica longè  
graviorem, coniecerunt.

Inuenias magno numero sacrificulos, qui solius  
iuramenti religione in uestra impietate & impu-  
tis sacris adhuc uoluntantur, quòd nolint contra si-  
dem Episcopo datam aliquid uel mutare uel susci-  
pere, quod ut faciant, sese uerbo Domini teneri  
lamentor. Absoluant sacrificulos suos à culpa Epi-  
scopi, si uxores ducant, Et uidebunt magno nu-  
mero uel ejici scorta, uel resipiscentes concubinas  
à sacrificulis in uxores duci, quos per nefandos  
congressus polluerant. Quod dum facere recusant  
Episcopi, minore Dei offensa sacrificuli sese scorta  
alere posse arbitrantur, quām fidem Episcopo pro-  
pter impurum cælibatum semel datam, fallere.

Iam ipse Hosius secum expendat utra intolera-  
bilior seruitus sit, ea ne, qua iuuenes collationem  
& sententias maiorum audire obstringuntur, an ue-  
to, qua reclamante conscientia, nulla collatione au-  
dita, hominum impijs decretus obtemperare co-  
guntur?

Rectè igitur Brentius, qui docuit, eandem ue-  
rorum traditionariorum, quæ est Iudaicorum Ca-  
balistarum tyrannidem esse: aut ea etiam sub ob-  
tentu nominis Christi & Apostolorum paulò ma-  
iore, qua, ut tandem Ecclesiā suā liberet Do-  
minus oramus inde sinenter.

Dum Petru à Soto excusat Hosius, qui dixit: Traditiones fundamentum esse fidei, tandem æquiuocationis fallaciam admisit. Sic enim argumentatur:

Quod primo loco ponit in edificatione domus, id rectè fundamentum dicitur:

In Ecclesia Dei primas fuisse traditiones constat. Ergo traditiones rectè fundamentū fidei dicuntur.

Minorem probat, quia Patres ante Mosen ferē duobus millibus annorum sine scriptura sola traditione maiorum uixerunt.

Sed respondemus esse fallaciam æquiuocatiōis. Si enim per traditiones intelligit oracula diuina, quādo ipse Deus Patribus locutus est, concedimus totum argumentum. Ea enim postea scriptura cōprehensa sunt. Quia uero Hosius cum suo Soto uocabulo traditionis intelligit omnes istas quas in Ecclesia usurpant, de quibus nullum Dei uerbum extat, qua fronte ad earum defensionem oracula Dei pruducat, quibus Deus uoluntatem suam Patribus revealauit, satis mirari nequeo. Ideo em posteritati scriptis tradi uoluit, ut imposturas caueret eorum, qui nihil non Apostolorum nomine in Ecclesiam Dei inuehebant.

Argumentum à consequentibus est fallacia accidentis. Labefactatis Traditionibus, inquit, omnia concidisse in Ecclesia. Si de nugis Pontificiorum intelligit, rectè quidem Hosius. Postq̄ enim scripturis demon-

demonstratum est, Traditiones plerasq; imposturas esse, magna pars ædificij uestri corruit, quod super mendacium extructum erat. Quòd autem quidam unà cum traditionibus etiam quæ pia sunt abiecerunt, hoc per se doctrinæ non inest, sed peruersitate hominum accidit piæ doctrinæ, sicut nunc aliquoties dictum est.

Descripturis inquit nobis cum illis non esse certamen, quam ipsi quoq; ueneretur. Sed de sensu scripturæ, quo recipiendæ sint, eó ne, quem nostri affirunt, an eo quem Patres tradiderunt. Sed ad hoc præ responsum est, utcunq; aliqua scripturæ loca obscuras sint, eam tamen esse scripturæ perspicuitatem, ut ipsa sibi ad explicationem sufficiat, quare nec Patrum nec nostræ, sed ipsius scripturæ explicationi aligati sint, nec teneantur nostram explicationem recipere, nisi scripturis satisfactum fuerit.

Deinde traditiones Patrum recipiendas dicimus, non promiscuè omnes, sed quæ cum scripturis non pugnant, & ad ædificationem Ecclesiæ faciunt.

Postq; traditiones Pontificiæ abiectæ sunt, uariæ sectas exortas esse uociferatur Hosius, sed iam diximus, fallaciam esse accidentis. Postq; Iudaicæ cæremoniæ & gentium Idolatriæ abolitæ fuerunt, uariæ sectæ inter Christianos exortæ sunt, sed hæc Apostolice doctrinæ acciderunt, quæ harum sectarum causa non fuit, Sicut nec nostri ullâ causam dederunt

tribulentis ingenij ad ea schismata, que sequuntur.

Quam pulchre traditionibus cum doctrina Euagelij conueniat, ex exemplo docet Hosius: E scriptura, inquit, didicimus, Iesum traditum propter peccata nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram. hoc pulchre ceremonia expressum docet. Quod feria sexta ieiunamus & Christo passo compatimur, & die solis propter resurrectionem Christi laetioribus cibis nos reficiamus, quia eo die propter resurrectionem Christi gaudent discipuli.

Si hoc examenem traditionum probat Hosius, quod supra uociferatus est, eas ad scripturam non exigendas esse. Vnde cum autem huius facti aliqua ratione pia reddi potest, maiorem in scripturam de Christo mortuo & resuscitato perspicuitatem esse, cum huius fruore traditionis, oculis uidentur.

Negat Hosius, sub praetextu Apostolicarum traditionum nugas & errores obstrudi Ecclesias, nos suo loco docebimus.

Irenaeum loqui de traditionibus non scriptis sed annunciatum dum contendit Hosius, nondum docuit eas cum scripta traditione pugnare, quas solas impugnat Brétius: siue n. Irenaeus scripto siue uerbo aliquid ecclesiis tradidit, id recipiendum docet Brétius, modo cum scripta traditione non pugnet & ad aedificationem Ecclesie lib. 3. ca. 4. si Dei faciat. Huc facit idem quod ex Ireneo adductum. Si neque Apostoli scripturas reliquissent nobis, operatur ordinem sequi traditionis. Quia uero Apostolorum

tū tēpore ī impostores quidā erant, qui ī pōrē nomi-  
ne mentito quædā Ecclesiā mīmē Apostolica tra-  
debant, uīlum est spiritui sancto Apostolicas tradi-  
tiones signari scriptis, ut de earum ueritate & ceri-  
tudine in Ecclesia constaret semper.

Cum aduersus hæreticos pugnandū fuit, non da-  
bitamus sanctos Patres bonitatem cause aduersus no-  
uatores fretos, non solū ad scripturā sacrā, sed etiam  
ad maiore ſuorē testimoniā prouocasse. Sed hoc nihil  
facit ad probandū Hosiū propositū, quasi scriptura  
nō sufficiat. Quare nō opus est in re plana producē-  
dis testimonij laborare multis, quam concedimus.  
Sed q̄ nostri nō scripture attendētes, cūiusuis erro-  
ris uestigia, si que in scriptis Patrū conspicitāt, proti-  
nus sequant̄, id à mente Irēngi alioreq̄ Patrē alienis  
ſimū faſſe uel ex hoc ipso loco demōstrare licet. Di-  
cit.n. Apostolos & illorē successores nihil eore docu-  
isse uel cognouisse qualia ab hereticis nouatorib. de-  
lirent. Eam igitur conditionem accipimus, ut prius  
nos errore ex scripture sacra deprōptis testimonij  
cōvincatis, postea S. Patrum quoq̄ sustinebimus cē-  
furā, quod cum facere nequeatis, fruſtra Patrum di-  
cta aut minus rectē intellecta, aut deprauata, quæ il-  
lis interdum exciderunt, contra nos profertis.

Omnia absolute fieri necessitate quomodo tradi-  
derit Lutherus non ignorat Hosiū. ut doceat ex di-  
ſpēlatione Dei omnia fieri, quandoquidem res non

præscribit Deo, sed Deus rebus, cuius nutu & prouidentia reguntur omnia. hanc doctrinam diabolicalam dicere, blasphemia est in Deum horrenda, non conuicium solum in hominem innocentem.

Imputatam iusticiam neq; in scriptura neq; Partium scriptis reperiri, quam uanum sit, supra demonstratum est, & suo loco copiosius docebitur.

Calumniatur ad extreum uocabula quædam, Terrores conscientiæ propœnitentia: Cœnam Dominicam pro Eucharistia, sed quia idem fatetur à Partibus quoq; usurpata, non nihil suam sententiam mitigat. Sed quid faceret talis sophista Luthero, q. D. Paulo non parcit. Is enim prior Cœnam Dominicā appellauit, quid igitur nos tanq; nouatores uocabulorum accusare auderet?

a. Corinth. 11. De Missæ sacrificio, de suffragijs pro mortuis, de Inuocatione sanctorū, de uotis Monasticis, de Cœlibatu sacerdotum, cuiusmodi scripturæ testimoniam producere potestis: quæ omnia nostri evidentissimis eiusdem scripturæ testimonij & sententij refutarunt. Eam sententiam cum tu non Dei sed dialboli uerbum appelles, uindicem gloriaræ luæ aliquædo senties, ex cuius spiritu, hæc nostra pura doctrina profecta est.

Quod nomine traditionis Irenæus nihil aliud intelligat, quam doctrinam Apostolicam de Deo Patre, filio, & Spiritu sancto, ex cap. 4. libri tertij liquidum

dum est. Vbi dicit: si nulla prorsus extaret scriptura Apostolica, nihilominus homines saluari potuisse, si traditionem Apostolorum retinuissent, Vbi etiā præcipua capita symboli Apostolici enumerat, quā traditam doctrinam non recipiebant Valentiniiani & Marcionitæ, sicut nec scriptā. Frustra igitur hunc locum Irenei ad suas traditiones detorquet Hosius, cum quod ad sententiam attinet idem Ireneus sit, scriptura Apostolorum, & traditio Apostolorum.

Idem autem nostros agere quod scribit, uidelicet ut pro libidine scripturas Canonicas accipient uel repudient, quam putidum sit mendacium, supra demonstratum est. De sensu autem scripturæ quem ipsi adserunt, iudices admittunt omnes Christi fideles, quorum iudicium nunquam subterfugierunt.

Cum igitur scripturas recipiamus non solum Canonicas omnes, sed etiam eas quae apocryphæ sunt, et tamen sensu, quo Ecclesia recepit, nec nostræ interpretationi quenquam alligamus, sed eius ueritatem locorum illustriorum collatione doceamus, quam iniuste de nobis conqueratur Hosius, quod hoc nomine difficile sit nobiscum conferre, omnes uident.

Regulam Augustini qua traditiones in Ecclesia recipiendas docet, de quibus non certò constat, quo p[ro]p[ter]i. 118. minus recipiamus, admonitiones faciunt Christi & Apostolorum, qui de magna cæcitate concionantur post tempora Apostolorum secutura, ad quam con-

254 ADVERSUS STANISL. HOSIVM,  
firmandam prodigia & signa proferet. Eo errore  
non pauci, sed ingens multitudo recipient, & si fieri  
possit propter illu cōsensum, etiā electi fuisse sedu  
cti. hi passim latitabat, qui, si hanc Augustini regulā  
secuti fuissent, ea quoqz cum æternæ salutis iactura  
probassent, quæ uidissent passim ab oībus probari.

Vt igitur pace tanti viri dicamus, non tutum est  
multitudinis consensum sine uerbo Dei sequi, ubi  
hæret conscientia hominis, præsertim cum de uero  
Dei cultu agitur. Etsi nondum Augustini tempore  
tantæ tenebræ in Ecclesia erant, quantæ proh dolor  
nunc sunt.

Vt excuset crimen falsi, quod Bonifacius Episco  
pus cōmiserat, cuius etiā per literas Cyrilli & Attici  
Constantinopolis & Alexandriæ Episcopis conui  
ctus est, confugit Hosius ad Tyrannidē Arrianorū,  
quorū opera omnes libri in Aegypto incēsi & exusti  
sint. uerisimile igitur esse, per Arrianos cōciliij cano  
nes corruptos esse, ut nullum integrum putaretur,  
quam quod Romæ asservatum fuerit. Sed quam ri  
dicula, stulta & friuola hęc est ratio. Si Arrianī Nicę  
ni cōciliij canones corrūpere uoluissent, maximè in  
ihs sudassent, quæ illorum impietatem refutabant,  
quod cum factū non sit, quam uerisimile quælo est,  
eos de primatu Rom. Pontificis tam sollicitos fuisse.  
Si uero exusta sunt, quomodo corrupta? si corrupta  
quō exusta? Deinde ut cōcedamus exēpla in Aegy  
pto

pro exusta, quid hoc Constantinopolitano detrahit, ad quod incendium Arrianorum non perueniat? Meret igit̄ & bellū figmentum est, quod hoc loco de exustis & corruptis exemplaribus profert Hosius.

Quo minus de fide Rom. Pontificum dubitemus non est quod de ipsorum sanctitate plura uerba faciat Hosius, quorum ex magna parte quanta turpitudine fuerit, praestat ex ipsorum scriptoribus petere, quam me dicentem audire.

Quod Brentius affert de traditionibus diuersis in una re, uidelicet Phale & coniugio sacerdotum, ut cunctanter de ijs iudicemus. Hosius compendiariā niam affert, eam pro Apostolica habendā esse, quam concilij autoritas approbarit. Sed quam uana sit ratio, exemplo de sacerdotū coniugio doceri potest. Cum enim constet, expressam Apostolicam traditionem esse ut Episcopus vir sit unius uxoris, sicut ad Timoth. & Titum legimus. Hosius autem concilij definitum pronunciet conjugatos non recipiendos esse ad Episcopatus, si Hosio in hac parte credimus, plus concilij, quam Apostoli autoritas in hac parte ualebit, & non pro traditione Apostolica obtrudatur Ecclesie, quod Apostoli nunquam somniarunt. Cum igitur hoc nobis in re plana persuadere conatur Hosius, qd faceret in re dubia? Nos Apostoli traditionē sequimur, nihil curantes, quid hoc uel aliud conciliū contra expressa Apostoli uerba decreuerit.

Quanta impudentia est, quod assicerere non ueris, Oriëtales pro libidine sua uxores retinuisse, qui sanctum Apostoli præceptum secuti sunt, ne corpora sua turpitudine nefanda polluerent.

Epiphanij ratio quam est friuola contra sacerdotum coniugium adducta, dum ait: id fieri propter excellentem sacerdotij honorem & dignitatem, quia si uero Matrimonium pollutum genus uitæ esset & impurum, quod sacerdotij dignitatem minueret.

Sed impij decreti uestrî præmium accepistis dignum, libidines nefandas, quibus hoc impuro uistro coelibatu ex dæmoniorum doctrina totum mundum repleuistis.

Cum Hosius rationibüs uictus, tandem concedat, traditiones non esse recipiendas, quæ cum doctrina Apostolica pugnant, ut uel saltem aliquid crenetur, addit: sed uobis hæreticis interdum uideri pugnare quædam, quæ minimè pugnent: Ea in parte orbem Christianum pro iudice agnoscemus.

Postq̄ constat, traditionem Apostolicam esse, docet Brentius, excutiendum quo consilio ab Apostolis sic tradita. Hosius Chrysostomi & Bernhardi stimonis productis diuersum probare conatur, qui de institutis Monachorum disputantes, in maiorū & seniorum decreta inquirendum esse prohibent. Traditione est, inquit Chrysostomus, ne quæras amplius. Verum hæc nihil contra nos faciunt, cum longe

Et alia ratio sit de Monachorum præceptis loqui, & traditionibus Apostolicis disputare. In bene constituta domo præcipienti patri obtemperandum est liberis & seruis, nec anxiè inquirendum liberis uel famulis quo consilio singula à patre familias præcipiantur. In ihs uero, quæ ad salutem æternam attinēt, diuersum præcipit Paulus, ἐκαστὸν τῷ ιδίῳ νοι πληροφορεῖ Rom. 14.  
Vnicuique mens sua satisfaciat. Vbi non sufficit dicere: traditio est, non quereras amplius. sed sciendū est quoque, quis finis huius traditionis, & quo consilio ab Apostolis tradita sit.

Impudenter autē negat Hosius, traditiones quas dā Ecclesiae fallo dictas traditas esse, ut per eas homines consequantur uitam æternā. quod dum probare ntititur, apertissimis uerbis affirmat, sophistica faltem interposita, qua inter charitatem & opera charitatis discernit. lā audisti, inquit, quid ea de re scripsit Bernhardus, quo cōsilio, & quo fine plerasq; traditiones institutas esse docuerit, nimirum ad lucrum & custodiā charitatis, per quam charitatem consequuntur homines coram Deo remissionē pecatorum, sicut à Christo dictum est, Dimissa sunt illi peccata multa, quoniam dilexit multum.

Vt in argumenti materia maneam: cum traditionibus monasticis suum errorem probare instituerit Hosius, ad omnium Monasticorum regulas prouoco, quibus expressum est, quod hanc traditionē ob-

Deinde quanta est impietas, charitati nostrae me  
ritum remissionis peccatorū adscribere? Nam sen  
tentia Christi ab Hosio adducta, deprauata est, qua  
fallaciam admisit à non causa ut causa: sicut uerboru  
cōtextus docet. In parabola n. dicit Christus apertis  
uerbis: Non habentibus illis unde redderent, dona  
uit utriscqz. Nam remissionis peccatorum causa non  
est charitas Mariæ, sed charitas Dei & gratuita mis  
ericordia eius: Non quia dilexit remissa sunt ei pecca  
ta, sed quia iam remissa sunt, dilexit Deum gratuita  
misericordia remittentem, idqz eo magis, quo pluri  
bus peccatis grauata fuit. Manifestū igitur est, Chri  
stum, quando charitatis peccatricis mentionem fa  
cit, de effectu loqui sequente, non causa remissionis  
peccatorum præcedente.

Etsi uero inter charitatem ipsam & opera chari  
tatis distinguendum esse non ignorem, ipsi tamen  
charitati remissionem peccatorum tribuere non mi  
nus erroneum est atqz operibus ipsis, quæ cum cha  
ritate numero unum sunt.

Sicut enim opera charitatis imperfecta sunt, ita e  
tiā habitus charitatis ex quo promanant, quæ si per  
fecta esset, etiam opera perfecta essent. Quemadmo  
dum ergo opera remissione indigent propter im  
perfectionem, ita & charitas imperfecta cū sit, re  
missione

missione indiget. Non enim diligimus tantū, quantum à nobis exigitur, propter carnis imbecillitatē.

Igitur non in operibus nostris charitatem intueretur Dominus, sed fidem, quę meritū Christi apprehendit, propter quod remissionem peccatorum cōsequimur: hæc fides coniunctam habet charitatem, ex qua bona opera promanant, quę placent propter Christum per fidem, propter quem etiam persona & nō propter charitatem placet, quę propter suam imperfectionem etiam odio Dei digna esset.

Non quibusuis licere traditiones temerè conueltere & abrogare, inter nos nō est controuersum: sed magistratui pio & Ecclesiæ expectādum esse, donec emendatio sacrificulis in mentem ueniat, quam uatum sit, suprà demonstratum est.

Delege veteri & noua disputans, impudēter affirmat populo in Veteri testamento non nisi corpora bona promissa esse, cū promissiones haberent illustres de remissione peccatorū per uenturum Messiam & uitam aeternam.

Ex Christo autem, quid aliud facit quam legislatorem, qui nouam tulerit legem de amore. Præcipui autem beneficij Christi nullam prorsus mentionem facit, ut discriminē legis & Euangeli explicet, modo sciamus perfectius Deum diligēdum in noua quam in Veteri lege, quod absurdissimum est. Eandem tñ in utroq; testamēto à nobis requirit charitatem

Dominus, quam Pharisæi suis traditionibus obscurauerat, Christus autem eandem renouauit. Præceptum fuit Iudeis, ut diligent Dominum Deum suum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus, quid amplius Christus exigere potuit?

In traditiones maiorum in Ecclesia non esse inquirendum Platonis & Aristotelis testimonij probat, qui prohibuerunt plebeis in legum humanarum rationem inquirere, quanto minus fas sit in legem inquiriri a Spiritu sancto latam. Sed fallacia est consequentis: nulla enim hic comparatio est. Nos præcepto A*postoli* tenemur: Omnia probare, & quod bonum est retinere, non sine delectu omnia recipere, probare spiritus an ex Deo sint, non omni spiritui, & omnibus traditionibus crederem. Frustra ergo nobis gentilium autoritatem contra oracula Dei obiicit Hosius.

Ut scripturæ detraheret Lycurgi uanitatem adducit, qui Laconum leges propterea scripto mandadas esse non putauit, quod eas multo diutius duraturas & plus firmitatis habituras esse persuasum haberet, si moribus & institutis quodammodo metibus hominum essent inscriptæ. sic ille, inquit, magis sum fore credidit, quod per manus traditum, quam quod literis esset consignatum.

Parum abest, quin Spiritum sanctum minus sapientiæ habuisse dicat, & Lycurgum. Cum enim que per manus

manus tradita sunt plus firmitatis habet quam quæ literis consignata sunt, quæ est spiritus sancti insipientia & stulticia, quod literis consignari uoluerit legem suam, quæ iam ante mentibus hominum inscripta erat. Sed hoc quoque ad blasphemiarum caput referendum est. Quam uellent, huius Hosiani Prophetae Lycurgi uocem sanctificatam, quam uellent nihil Apostolicarum concionum literis consignatum, ut pro libidine quiduis Ecclesiæ obtrudere queant impostores.

Verum nos hanc Lycurgi tui uocem & sententiam detestamur, & pro singulari Spiritus sancti sapientia & gratia grati sumus, cuius prouidentia factum est, ut maior sit cōcionum firmitas quæ literis signatae sunt, quam traditionum Papisticarum, quas corribus ipsorum inscripsit Sathan.

Quod passim tam confidenter scribit Hosius: Nam charitatem esse in libris Propheticiis, tanquam regulam æternæ salutis consequendæ commendatam, per quam nos in cœlum descendamus, qua ad nos descendit filius Dei, nisi charitatem intelligatur, qua nos Deus in filio diligit, mendacium est.

Cum enim Christus dicit in lege charitatis legē Matth. 22: pendere & Prophetas, non hoc uult Christus, quasi Prophetæ nihil aliud docuerint preter legem, quod falsissimum est, sed de lege interrogatus responderet de lege, quatenus lege plura nec in Prophetis nec

in lege reperta iri. Hoc stupidus noster Hosius non animaduertit. & fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter argumentatur, hanc solam esse salutis æternæ uitā, Ut diligas Dñm Deum tuūm ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & oībus viribus tuis: & proximum tuum sicut teipsum. Idqz nobis minimè impossibile esse affirmat, hanc uiam ad æternam uitam nobis inscriptam esse, & facile à nobis perfici posse impudenter affirmat.

Contrà Prophetarum promissiones de Melisie & Apostolorum cōciones de Christo docēt, legem charitatis à nobis impleri nō posse. Nos omnes peccatorum reos esse, & nō nisi proprie meritum Christi remissionem peccatorum & uitam æternam consequi, pro quo beneficio charitate nostra quantumvis imperfecta & inchoata solum, Deo grati esse debemus. Quin potius, si n̄ dicamus salutis nostræ dilectionem Dei & proximi, uiam autem fidem in Christum, siue Christum per fidem, sicut scriptum est: Ego sum uia ueritas & uita. Nemo uenit ad Patrem, nisi per me.

Rationes quas assert Hōsius, quibus abrogatio nem calicis probat, quā sunt stultæ: Cum eāim propter charitatem factum esse dicat, quę esse quælo potest charitas, Ecclesiæ per sacrilegium auferre, quod à Christo ei donatum est: talem charitatem fures & prædones præstant, qui alijs sua bona auferunt.

An

An nulla erat discriminis ratio inter nostram & Ne  
storianorum professionem, nisi Christi institutio  
mutilaretur? Periculum effusionis non putas in  
mentem uenire potuisse Christo? Mirum quod alii  
am quocq; non attuleris rationem à Gersone descri-  
ptam. Cauendum enim omnibus modis ne sanguis  
Christi in acetum conuertatur.

Christi institutionem non uiolari hoc sacrilegio  
qui fronte affirmare audes Sycophanta? propter  
consecrationem & oblationem, quorum posterius  
à Christo præceptum non est, scilicet utracy pars sa-  
cramenti necessaria est, sed non propter manduca-  
tionem & sumptionem quod solum præcipue non  
unipro multis sed omnibus cuilibet pro se facien-  
dum præcepit Dominus.

Hec igitur institutionis Christi mutatio, non A-  
postolica aut Ecclesiæ est traditio, sed Pontificio-  
rum sacrilegium & detestanda tyrannis.

De Paschatis festiuitate, utcunque iudet Hos-  
ius, tamen probare non potest, Apostolicam esse  
traditionem. Si uero conjecturis agendum est in hac  
re & colligendum: cum paßim moribus auditorum  
Iuorum se se attemperarint Apostoli, uerisimilimū  
est, eos occasione dierum festorum oblata infirmio-  
res instituisse & ad tempus ipsorum festa tolerasse,  
donec de eorum abrogatione & libertate Christia-  
na docerentur.

Socratis tanta est authoritas, qui scribit: Aposto-  
lorum institutum fuisse, non de diebus festis sancti-  
re, sed rectam uitam & pietatem docere: ut contra e-  
am nihil præstet Epiphanius testimonium, qui Asia-  
nos Episcopos errare dicit, quod diuersam rationem  
temporis in celebrando festo Paschatis fecuti sint.

Rom.12.

Vt terrorem fuso regat, sententiam Pauli ad Ro-  
scriptam deprauat: Gaudete cum gaudetibus, & fle-  
te cum flentibus. Voluerunt (inquit) Apostoli (ob-  
seruatione feriæ sextæ & Diei Dñicæ) Christianos  
simul flere, Christi passi & mortui, & simul gaude-  
re, Christi resurgentis memoriam celebrantes. scilicet  
quas nugas cogitauit Paulus, cum hæc scriberet,  
qui de commiseratione & gaudio loquitur, quibus  
in proximi secunda uel aduersa fortuna affici debet  
Christi membra.

Sed unde Alexander: Apostolos ieunium in fe-  
ria sexta, gaudium in die Dominica, ieunium qua-  
dragesimale in merorem, Paschatis festum ad solē-  
nem læticiam celebrandam instituisse. Iactitantur  
hæc à uobis, sed non probantur. Nam hæc Aposto-  
los temporibus statis distinxisse, tam alienum fuit ab  
ipsis, quam tu abes à ueritate, abes autem lōgissimè.

Sanctos Patres optimo consilio de similitudine  
dierum festorum & conformitate ceremoniarum con-  
stituisse dubium non est. Cum uero sui consilij has  
duas solum afferunt ratioñes, si Hosio credimus. Pri-  
ma,

ma, ne quid cum Iudæis & gentibus commune ha-  
beret Christiani. Altera, ut idem sentiamus omnes.  
Si hæc ipsorum constitutio Apostolica est traditio &  
mandatum, cur eius mentionem nullam fecerint,  
merito mirandum esset. Cum enim de his rebus ex-  
ternis differat Apostolus, hanc solum affert causam;  
ne alter alteri sit offendiculo.

Sed de hoc cum nihil probare possit, ad calumni-  
am descendit Hosius. Cum enim de eiusmodi tradi-  
tionibus scriberet Brentius, quod sint disciplina li-  
berrima, non lex necessaria. Hic Hosius cauillatur,  
Brætium uelle, cuiuis pro sua priuata libidine eas re-  
scindere licere, quod non cauillum modo sed puti-  
dum est mendacium. Ordine enim cuncta uult in Ec-  
clesia fieri, etiamsi discriumen obseruetur inter neces-  
sarias & non necessarias traditiones.

Penes eum autem non esse traditiones mutare,  
qui Petri tenet cathedram suprà demonstratum est.

Quod uero à multis constitutum est, idq; neq; te  
merè neq; à quibusuis sine ordine rescindi uult aut  
mutari Brætius, quod ex Prolegomenis eius cognoscere  
potuisset Sycophæta, nisi uolupte magis suisset  
cauillari & calumniari.

Mendacium est, eos abrogare simul quoq; scri-  
ptum Euangelium, qui abolent traditiones, de qua-  
rum fide Apostolicæ ne sint dubitatur. Euangeliæ  
nim ueritas ab istis traditionibus non pendet, quæ

sibi constituit purissima priusq; plæræq; traditiones  
& cæremoniæ in Ecclesiam inuectæ essent.

Eandem rationem esse, Iudaicam obseruationem  
dierum cum Papistica, res ipsa docet, si non libera-  
sit, sed iuxta Hosium necessaria. Nec ualeat Hosij ra-  
tio, Iudaicorum festorum obseruationes Christum  
uenturum figurasse, nostra autem eundem iam ue-  
nisse nobis in memoriam reuocant. Eadem enim ra-  
tione etiam probari aliam fidem fuisse Patriarcharum  
& Prophetarum, qui in Christum uenturum credi-  
derunt, quem nos iam propter nostram salutem ue-  
nisse credimus. Si igitur eam necessitatem urgeat  
qua Iudæi tenebantur, ex Christianis Iudæos facit  
Hosius.

Quod libertate in obseruatiōe dierum festorum  
ab Apostolis tradita quidam abusuntur, fallacia ac-  
cidentis est, s̄æpe iam refutata.

Quod Epiphanius eos in album hæreticorum re-  
tulerit, qui luna quartadecima Pascha celebrassent,  
quid mirum, cum similem initriam, non pauci, ut  
opinor, ab ipso tulerint illatam. Marcellum hæreti-  
cum proclamat, de cuius confessione nondum cer-  
tus est, is tamen hæreticorum numerum complevit.  
Aridius quoque numerum hæreticorum comple-  
recogitur, cuius fidelis sinceritatem pariter & uitia  
puritatem commendat supra modum. Is ex Ecclesia  
ejicitur, cum Episcoporum uitia carperet seueri-  
us,

To. i. lib. 3.

Hær. 72.

To. i. lib. 3.

Hær. 70.

us, quam ipsorum licentia ferre poterat. Tibi ergo  
tui Epiphanij reserues testimonium, cui tantum  
credimus, quantum rationibus & argumentis fidei  
meretur. Cum enim in suo de hæresibus libro te-  
stetur, se de quibusdam ex rumore hominum scri-  
pturam, qui ei de his exactam fidem fecerint, du-  
biū non est, multos in hunc Catalogum iniustè  
telatos esse.

Multum vociferatur Hosius contra Brentium;  
qui Basilium reprehenderit, quod is nimium tradis-  
tionibus tribuerit, ac multa cōgerit testimonia, qui-  
bus partim laudes Basilij decātantur, partim hic er-  
ror eius defenditur. Sed quid opus erat de utroque  
ea commemorare, quibus non ignota est pietas  
Basilij, & huius cærenoniæ antiquitas, quæ hoc lo-  
co defenditur.

Num uero ideo huius uiri scripta probanda er-  
unt omnia, quod multis donis Dei fuerit clarus?  
Audimus quidem Pauli sententiam De traditioni,  
bus citari à Basilio, sed quam bene uidendum est.  
Nusquam enim negavit Brentius Apostolicas reci-  
piendas cærenonias & traditiones; sed num quæ  
de cruce commemorantur, ab Apostolis traditæ  
sunt, Brentius, ut par est, expendit. Nam quod parem  
uim habeant ad pietatem traditiones commemora-  
tæ, nemo facile concedet. & recte à Brentio alia Basili-  
ij sententia producit, qua docet Basilius, Omne uer-

bum aut rem oportere testimonio scripturæ sacræ confirmari, per consequens etiam traditiones. si uero eorum pars est uirtus, efficacia & authoritas, quod opus est eos scriptura confirmare? Hanc collectionem cum soluere nequit Hosius, pro more suo ridet.

*Defin. parte  
2. cap. 61.*

Selectis traditionibus istis, ipsum etiam Euangelium rejici, minime uerum est. Cum enim ipse Hosius fateatur substantialem Euangeli partem non esse traditiones, quomodo consequentia ratio ualeat, ipse uiderit. Etiam si em (ut in exemplo permaneamus) omnes cruces ex templis auferantur, nec digitis cruces formantur, quas adorandas Sotus impie afferit, Euangilio tamen sua constatauthoritas, quæ firma erat priusq hæ traditiones pueriles excogitate essent.

Euangelium per illas cæremonias explicari cū absurdum est. Ut enim harum gesticulationum & signorum significationem teneas, ad scripturam revertendum est. Ut interrogatus quid sibi uelit signum crucis, ex scriptura docetur, cum ipsum signum mutum sit, q̄ loqui nequeat. Sic & de imaginibus quæ dictum est suprà, quām mutae sint & ineptæ ad docendum, sed paratae ad fornicandum.

Quapropter quæ ex Patribus afferuntur de usu signi crucis testimonia, magis sobriè intelligamus, quām hic stupidus Episcopus, qui morem &c consuetudinem sui temporis defendet, quid honoris ueræ cruci tribuendum esset non ignorabat, quem

cum ligno uel ludicris gesticulationibus non comunicarunt.

Fugari dæmones signo crucis, quid magis ridiculum, quam ludicum illud dæmonum cum Iuliano spectaculum, quo Julianus cum suo Mystagogo derisus fuit. Verū tu Hos scias, nisi quis animo circumferat crucem Christi, hoc est, uera fide in Christo crucifixo confidat, non solum uanum, sed etiam perniciosum illi crucis signum fore. Sola enim fides repellit Satanam per Spiritum Christi inhabitantē, sine qua hæc cæremonia non superstitione solum, sed etiam magia rectè dicitur. Quam uirtutem cum uos signo tribuat, magi estis & incantatores, sicut & Lædolatræ.

Cæterum eius usum liberum esse dicimus, cum neq; mandatum sit diuinitus neq; prohibitum. alligare autem ei per se aliquā uirtutē, magia est & Idolatria. sicut supra de Imaginibus q̄q; responsum est.

Sed quod subiungit: Si uos has traditiones sustuleritis, uenient alij quocq; & tollent scripturas unā cū ministerio docendi, cum scriptū sit; non debere plures fieri magistros. Non esse ad creaturam consuētum, hoc est, ad scripturam, ne nos obiurgare videatur Apostolus, Quomodo cōuertimini iterum ad infirma & egena clemēta. Non existis egenis elementis, quibus cōtinetur scriptura, sed ab ipso Deo doctrinam petendam, illius uocem esse audiēdam.

quod ille nobis reuelauerit siue per uisioes, siue per somnia, tanque Dei uerbum esse suscipiendum. An autem tales Prophetae, inquit Hosius, iam exorti non sunt? Quid si ccelum ruit? Cum haec traditiones & ceremonie in Ecclesia obtinuerint, nulla pen*et* habita fuit scriptur*ae* ratio. Nunc iisdem abolitis, sacra Scriptura su*ae* authoritati in uera Ecclesia Dei restituta est.

Eiusdem furoris argumentum est, cum fateatur usum crucis non necessarium esse, nihilominus tandem eius consuetudinis contemptores peccare in spiritum sanctum uociferatur. Si uero in Spiritum sanctum peccat, quomodo necessarium non erit? Sed hos furores ipsi Hosio permittamus, qui in praecepto constitutus, sibi aeternum exitium accelerat.

Ita ergo vindicata est Basili*s* sanctitas, ne tamen traditiones scriptur*ae* sacrae aequalentur, quas si interdum Patres extulerunt, quo animo factum sit, supra expositum est.

De traditione precandi ad orientem etiam aliquot congerit testimonia. Verum si rationes expediens ab Athanasio adductas, facile uidere licet, eam Apostolicam non esse, quae super depravatione scriptur*e* fundata est. David in Psal. inquit: Adoremus ad locum, ubi steterunt pedes tui Domine. Ergo orientum est ad orientem. Loquitur, n*on* ibi Propheta de tabernaculo & arca foederis, qu*a* appellat scabellum pedum

pedum Domini, iuxta quā adesse & populo suo responsa dare promiserat. Similiter & sententia, quae ex Zacharia adducitur: Mons Oliveti est contra Hierusalem ad orientem, super quem stetit Dominus. Ergo ad orientem orandum est. Stetit etiam super montes, qui uel ad meridiem uel ad occidentem & Septentrionem spectabant.

Quapropter cum Christus suos doceat orare in spiritu & ueritate, sine loci alicuius definitione, nihil minus Apostolicum sciamus, quam hanc traditionem, quae magis uestigium Idolatrię gentium sapis solem adorantium, quam Apostolicam traditionē.

Minus uerisimile est Apostolorum iusu tempula extructa esse, qui passim quocunq; locorum uenerant, docuerunt.

Postquam uero Idolatria gentium ex animis hominū euulsa, & populūs fidē Christi amplexus est, etiam tempula extruxerunt, in quibus ad audiēdum verbum Domini, & sacramentorum participationē & preces conuenirent. Quae ut ad orientem solem tenderent, probabilibus rationibus fieri potuit, etiamsi nulla pars pietatis in situ collocetur.

Sed quanta impudentia est peccati insimulare eos, qui altaria sua uel ad austrum, uel ad Boream uerterunt? qua in re, inquit Hosiusr, si quid erratum est imprudentia, ueniale peccatum est, ac dissimilatur non raro. Vbi non est Lex, ibi nulla trans-

grelatio. à Christo & Apostolis cū nullæ latæ sint leges de extruendis templis, impietas est, peccatum facere ubi Deus nullum peccatum fecit. Atq; ex hoc loco uidemus, quām infeliciter cedant plerūq; humanæ traditiones, quæ ab initio fortassis aliquo tempore sunt, postea tanq; necessarie urgentur, cum opinio cultus accesserit.

Nostros nō edificare Ecclesiæ, quæ magna pars sim est copia, sed destruere excelsa haud gratiam faciemur Hos. Quod uero conquereris ea in stabula conuerti, est quod nostris gratias agas, quæ ut in cloacas conuerterent, sicut Iehu templum Baal, non minus graues causas haberent. Quid enim fuerunt Capellæ passim in montibus, collibus, saltibus, & vallisibus extirctæ, quām excelsa: in quibus præter turpitudinem horribilis Idolatria exercebatur. Quemadmodum ergo in p̄s regibus studium demolendi excelsa commendatur, ita in Principibus & p̄s magistratibus merito laudandum est, quod ex oculis hominum uestigia ueteris impietatis tollant.

Lutherum pleraq; etiam si laudāda sciret, non aliam ob causam à suis respui uoluisse, quām quod à conciliorum autoritate sancta essent, mendaciū est. id quod colligit fallacia à dicto secundum quid Lutherus in gratiam conciliij nō uult sub utrāq; spacie communicare, ergo in cōtemptum eius pleracq; agit,

igit negatur consequentia. Cur enim in hanc uocē  
eruperit, Hōsius non ignorat. Multi enim sunt, qui  
cum fateantur secūdum institutionem Christi laicis  
fieri debere dispensationem corporis & sanguinis  
Christi sub utracq; specie, tamen id sumere recusant,  
donec idem in concilio decretum fuerit. Lutherus  
contra docens, hac in parte nihil in gratiam concilij  
uel faciendum uel omittendum, sed ad institutionē  
Christi respiciendum esse. A curraq; parte sacramē  
ti utendum, non quia cōcilium decreuerit, sed quia  
Christus instituerit hoc modo & non aliter dispen-  
sari. Libet hoc loco aliud quoq; & non dissimile ex-  
emplū afferre. Lutherus in libello ad Teutonici or-  
dinis nobiles dissuadet, ne uxores ducant, quod à  
Pontifice concessum fuerit. Si enim interueniente e-  
ius & concilij Decreto, in eius gratiam ducant, gra-  
uiter peccare affirmat, qui uerbo Domini hominis  
decretem præferant, ac tales longè peiores scortato-  
ribus scribit, qui pluris Pont. faciunt, quàm ipsum  
Deum, quod peccatum longè atrocissimum est. Ut  
enim uxores ducant, non in Pontificē & concilium,  
sed uerbum Dei expressum respiciendum esse do-  
cet, quod nulli ordini uitæ coniugium prohibet.

De trina immersione circa baptismum, quàm ue-  
risimile Apostolos aliquid tradidisse, quod ipsi non  
usurpauerint, præsertim in tam solenni cœtu homi-  
num, qui recens ad fidem Christi peruenerant.

Gen. 17.

Baptismum necessitatis sacramētum dicimus in nouo testamento, sicut in ueteri apud populum Dei circumcisio fuit, que cum severissimum Dei mandatum haberet, ut pueri octauo die circumcideren-  
tur: Masculus, inquit Dominus, cuius prepucij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit: nihilominus legimus Iosue 5. quod populus, qui natus est in deserto per quadraginta annos latissimæ viæ solitus dinis, in circumcisus fuerit, nec tamen deleti sunt de populo Dei: nec dubium est multos interea mortuos esse, priusq; hoc mandatum a Domino acciperet Iosue. Ita si maximè sententia Ioan. 3. de baptismo intelligatur, dum modo contemptus absit in casu in- uitabilis necessitatis, infantem in Ecclesia natum si ne baptismu saluari non dubitamus.

Prorsus despere, ac sensum communem pariter cum ratione amisisse Hosium hæc, que lequitur, collatio docet. Quamobrem, inquit, cum certum sit, Apostolorum intentionē nō fuisse, ut cuiusquam talis negligeretur, quam absque baptismō consequi nemini licet, sicuti magna est baptizandorum frequentia, & est in M O R A periculum, non solum hanc traditionem, uerum & ipsius Christi institutiōnem, qui sacerdotibus tantum baptisandi potestatem fecisse uidetur, sicuti eorum copia haberi non potest, rectè licet intermittere.

Fingit

Fingit Hosius periculū in tanta frequentia hominum , ne fortè aliquis ex hoc numero prius moriatur , quām baptismum accipiat . quid magis ridiculum & stultum dici posset : cum interim Hosius arbitretur , sese opinionem suam bellè confirmasse . putidis ouis eiusmodi scriptores excipiendi erunt , qui nihil non temerè affirmare audent , ne in causa mala & deplorata muti esse videantur .

Cum urgetur Hosius : Si Trina immersio Apostolica est traditio , cur eam posteri mutarint : ex Gregorio suo respondet : Ne quid habere cum hæreticis commune uiderent . Verū si nihil cum illis commune habere uoluerunt , cur non etiam scripturam sacram abiecerunt : Si uero fidei & pietati ipsorum nihil decessit , cum retinerent ἐπραφε incorrupta , quid incommodasset eis trina immersio iuxta Apostolicam traditionem retenta ?

Deinde dum significationem unius & trinæ immersionis anxiè querit Gregorius , quid præcipue trinitatis nomine baptizato promittatur , prorsus filer , quod in baptismo potissimum spectandum erat . Apostolos formulam baptisandi à Christo traditam mutasse , Hessianum mendacium est , nec ex uerbis Lucæ Euangelistæ colligi potest , qui non qua forma , sed in quam fidem baptizati sint , eo loco docet .

Si regula Basilij ualeat , traditiones parem uim

habere ad pietatem cum ihs que scripto tradita sunt,  
necessario sequitur, eos nō minus peccasse qui tradi-  
tionem hanc de trina immersione omiserunt, quam  
iñ qui etiam ipsum baptismum peteti denegauerint,  
ut cuncti inficietur Hosius. Nam quod confugit ad  
tres dies sepulturæ Christi & resurrectionis, quid  
ineptius dici posset. Semel sepultus est Christus, &  
semel resurrexit, aut igitur semel immergendus est,  
aut ad summum bis, si uel mortis uel resurrectionis  
opus hac traditione exprimi uoluerit Hosius. Dein  
de ut demus, triduanam sepulturam significari trina  
immersione, quæ impietas est, huic cæremoniæ tri-  
buere parem uim cum morte & sepultura Christi.  
Non ergo sola morte Christi, sed etiam hac traditio-  
ne redempti sumus à peccato, morte, & æterna sepul-  
tura. Nec uirtute solius resurrectionis Christi, sed  
etiam uirtute huius traditionis resurgemus.

Quod ad traditionem attinet, quam ex Epiphani-  
o de perpetua uirginitate seruanda produxit Bré-  
tius, & docet non esse Apostolicam, quam trium-  
phat Hosius.

*Epiph. her. 61.* De Epiphanij testimonij quibusdam, quid senti-  
endum sit supra expositum est, qui fatetur se multa  
scripsisse, quæ rumore ad ipsum perlata sunt. Nec  
sanctitati aut eruditioi hominis quidcū derahitur,  
etiam si non ab omni errore excusatetur.

Profert cuiusdam Abdiæ testimonium, quem ex  
numero

numero 72 discipulorum suisse credit, quo idem ex  
lententia Euangelistæ Matthæi probare conat: Qui  
Regem Hirtacem his uerbis allocutus sic: Si hodie  
desponsatam Regis, seruus Regis usurpare audeat,  
non solum offendam, sed etiam crimen tam grande  
incurrisse dignoscitur, ut merito uiuens tradatur  
flammarum incendijs: Non ideo quidem, quia du-  
xerat uxorem, sed quia sponsam sui Regis duxerat.  
Ita etiam tu ô fili charissime Rex Hirtace, sciens Iphi-  
geniæ filiam Regis predecessoris tui sponsam Regis  
coelestis effectam esse & sacro uelamine consecratā,  
quomodo quælo poteris sponsam potētioris te tol-  
lere, & tuo eam matrimonio copulare: Audis hic  
Brenti, uirginem Christo dicatam: audis de manu  
Matthæi sacrum uelamen accepisse: audis præposi-  
tam uirginum plus 3 ducentarum suisse: audis quā  
tum crimen incurrat, qui sponsam coelestis Regis ef-  
fectum, sacroq[ue] uelamine consecratam, collere, matri-  
monioq[ue] suo copulare fuerit ausus: quod ab Idolo  
uestro Islebiensi, quod ab Oecolampadio, quod à  
Pellicano, quod à Bucero TER marito, quod ab a-  
lijs uestris non paucis factitatum esse, non ignoras.  
Hæc Hosius.

Sed qua fronte scriptorem incertæ fidei ad con-  
tumeliam Euangelistæ tantam producere audes ho-  
mo impurissime: Quasi uero nesciamus, uestros  
multis illis, & confictis Legēdis orbem impleuisse:

Num Euangelista Matthæus nefas duxit, eam sibi  
Matrimonio copulare, quæ Regi cœlesti desponsa-  
ca esset? Sic non nisi impias, Idolatricas, Turcicas &  
Iudaicas uel uirgines uel matronas ducere liceret.  
Christianæ enim que sunt uirgines, omnes Christo  
Iesu desponsatae sunt. Quod ut magis παράδοξον esset  
in auribus tuis, non erubescet homo Christianus ti-  
bi in faciem dicere, sese inuitum uirginem in uxo/  
rem ducturum, nisi quam speraret cœlesti Regide/  
sponsatam. Sed ne quid erres Hos, non stultis illis  
uotis desponsationem definitus, sed quæ in baptis-  
mo fit agnoscimus, quando per lauacrum Regene/  
rationis sanctificati, Christo adducuntur omnes  
Christi fideles. Deinde quisque in suo uitæ genere  
ambulat secundum uoluntatem Domini. Nec à  
Christo separatur, quæ honesto marito matrimo/  
nio iungitur sancta & Christo desponsata uirgo, in  
quo non est nec mas, nec scœmina, nec uirgo, ne/  
que uxor, sed omnes unum in ipso. Sic de sanctissi/  
mo Matrimonio ab ipso Deo instituto sentit pu/  
rum hoc genus hominum, ut stulta uota stultarum  
uirginum iustificant homines impurissimi. Conci/  
lium Agathense Moniales quantumlibet uita earū  
& mores probati sint, ante annum quadragesimum  
prohibet uelari. Prælati uero Hosiani stultas puel-  
las recipiunt, si maximè ipsorum uotorum ratio per/  
se improbanda non esset.

Plus

Plus castimoniae & puritatis in sancto matrimonio esse, quam impuro hoc uitæ genere, omnia collegia passim loquuntur: Vbi, ut de turpitudine, quæ exercetur, raceam, cum sese maximè commissione sexus illegitima non polluunt captiuæ pueræ & adolescentes, dum & naturæ ad generatio nem idoneæ & ipsi Creatori resistere conantur, quam ac quam horrenda incendia patiuntur?

Nec uero propterea uel uirgines uel uiduæ prohibentur in hoc suo uitæ genere castitatem uouere Domino, hoc est, constituere secum reliquum uitæ suæ extra coniugium piè & castè transfigere, sicut dominum continentiae quibusdam concensit Dominus, ut sine istis incendijs castè, piè, & honestè uiuere queant. Sed hoc nomine se Deo magis gratas & acceptas esse, non est quod somnient, cum in Christo non sit neque uirgo neque uxor, sed omnia unum. cui tam placet castitas in Matrimonio uitæ genere diuinatus ad propagationem sobolis instituto, q̄ in uiduitate aut uirginitate.

Si quæ ergo absque opinione cultus Dei eiusmodi uitæ genus suscipiat & proximo seruire constitutum habeat, quis est, qui eam ab hoc instituto repellat, modo consideret naturæ humanæ fragilitatem, nec temerè uoueat, quod postea præstare nequeat.

In explicatione loci Paulini de uiduis, quæ pri. 1.Tim. 3.

**ADVERSVS STANISL HOSIVM,**  
 magis fidem irritam fecerint postq in Christum laic  
 uire cœperint. quantum uociferatur contra Bren  
 tum, cuius interpretatio non solum à Patrum, sed  
 etiam Caluini explicatione dissentiat. quia per pri  
 mam fidem eam intelligit, quæ in baptismo data est  
 Deo. Ver Caluini & Brentij interpretationes, si cō  
 ferantur, quam pulchrè consentiant, uidere licet. V/  
 terq enim fatetur, fidem suam dedisse uiduas Eccle  
 siæ in ministerium pauperum. quia coniugatæ hoc  
 officium suscipere non potuissent. Dum ergo fidem  
 reñcere dicunt, rectè intelligitur non de Monastico  
 aliquo uoto, sed primò defide in hoc officio data,  
 qua receperunt sese perpetua lege cœlibatus suam  
 operam Ecclesiæ addicere. Deinde etiam de fide in  
 baptismo data, quam uiolent contra officium & uo/  
 cationem suam facientes: de hac posteriore hunc lo  
 cum exposuit Brentius: quo enim ruat hic sexus, cū  
 lascivire cœperit, tristia multarum exempla docet.  
 Sed esto, q in explicatiōe diuersitas aliqua sit, num  
 propterea iustum causam nobis insultandi te habe/  
 reputas? Quotus enim quisq Patrum in quam plu  
 rimis locis non dico cum alijs, sed interdum secum  
 ipse dissentit? Quod ergo in illorum scriptis fami  
 liare est, id nostris probo uerti non deber.

Miratur Hosius, à nostris uxores appellari, quæ  
 cum perpetuā virginitatem stultè uouissent, coniu/  
 ges sunt. Et nunc mihi in mētem uenit uocis magni  
 alicuius

alicuius Episcopi, qui, cum in exilium ejusceretur Augustanæ ueræ Ecclesiæ p̄ij ministri, & ex illorum numero quidam de uxore quædam percontatus esset, eandem quam hic Hosius uocem emiserat: Ecce, inquit, isti nebulones, scorta sua uxores appellant. Hunc coetum ornaret etiam Pygius, qui minus pecare scribit, sacrificulum cum scorto uiuētem, quām si post uotum impuri cœlibatus uxorem ducat.

Non ignoramus in eodem errore hæsisse quoq; D. Augustinum. Verūm eius Authoritas tanta non est, ut uerbo Domini præferatur. Erant tum temporis nimis uitæ monasticæ admiratores & precones, mirum ergo non est, si ei talis uox quoq; exciderit: Si uero tā inuiolata est Augustini authoritas, quid dicemus de S. Cypriani martyris sententia: qui de virginibus scriptū reliquit: Quod si se ex fide Chri-  
sto dicauerint, pudicē & castè sine ulla fabula perse-  
uerent, ita fortes & stabiles præmiū uirginitatis ex-  
pectent. Si aut̄ perseverare nolunt, uel non possunt,  
melius est ut nubant, q; in igne delic̄js suis cadat. Et  
paulò antē: Intercedendum est cito talibus, ut separē-  
tur, dū adhuc separari innocentes possunt, quia diui-  
di postmodum nostra intercessione non poterunt,  
posteaq; conscientia grauissima cohæserint. Cum  
igitur S. Martyr Cyprianus indissoluble inter eos  
matrimonium agnoscat, qua fronte tu incæstum  
appellare audes, homo impurissime!

Putidum mendacium est, quod affirmat: nemine cogi, ut perpetui cœlibatus legem suscipiat. Ordini enim Ecclesiastico hanc legē imposuerunt, qui per Christum & Apostolos ab ea liber fuit. Nunc vero ad illum ordinem nullus admittitur nisi in hanc Legem prius iurauerit. Vt cunque enim in Ecclesia ad docēdum aptus sit & idoneus, & diuinitus etiam excitatus, nisi cœlibatum uouerit, à petitione sacerdotij arcetur. Horum igitur mendaciorum tandem hoc genus hominum pudere incipiat.

Agnoscimus præceptum, si quis uouerit quæ honesta & possibilia sunt, ut reddat. Sed quod præceptum extat diuinum, ut quis cœlibatum uouere cogatur, priusquam sacerdotium in Ecclesia assequatur. Hic scio magis muti estis, quam pīces. Si quidem multis impossibilis est, quemadmodum Christus inquit: non omnes capiunt uerbum hoc. Et Apostolus: Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic.

Si hominum in hac parte valet authoritas, tam sacrosancta est nobis Cypriani sententia, qui hortantur ut nubant, non solum quæ non possint, sed etiam quæ non uelint perseverare, quam nobis reliquorum Patrum, quorum dicta pro communi errore tuenda adduxistis. Si qui diuersum suaserūt, quid fecisse, certum est.

In

*Matt. 9.  
2 Cor. 7.*

In collatione coniugij & uirginitatis carpit Hosius Brentium, quod dilsimiliter proposuerit. ibi enim dicat, coniugium seruare, hic uirginitatem uouere. Sed quid dicat Hosius, non animaduertit. Quoties enim Brentius dixit utrumque liberum esse, ut hac ratione paria sint. Nec hoc queritur, an liceat uouere uirginitatem. Cur enim non licet ihs, quibus a Domino datum est. Sed illud queritur, num aliqui ordinis hominum imponendum sit hoc iugum? Deinde si quis stulte uouerit, quod se minimè praestare posse intelligit, an liceat nihil obstante uoto ad ordinem naturæ & a Deo concessum remedium recurrere? Hoc inquam queritur. Quare non est, quod hic nodum in scirpo querat Hosius.

Cum, quidquid Deo praestatur, ad dilectionem referri concedat Hosius, ut ex dilectione Dei & hominis procedant omnia opera. Dilectio autem precepta sit & mandata a Deo, miror tam obliuiosum aut stupidum Hosium, qui Deo quidque praestari posse arbitratur, quod non a nobis exigatur, pro cuiuscumque ratione. Que quo modo grata Deo esse possint, ipsis uiderit, cum ex fide fieri nequeat. Nam & uoluntaria sacrificia lege continebatur, ut homo de uoluntate Dei certus esset. Et si ea necessitate non exigeabantur, qua reliqua in lege precepta.

A Christo non separari, quæ honesto marito despondet uirgo etiam consecrata, suprademonstratum est.

Quod nunc Chrysostomum Epiphanio presert, quem satis suprà laudare non poterat, quam sibi cōstet Hosius, ipse uiderit. Consistit autem Chrysostomi sicut & Basili⁹ sententia in hoc unico fundamento: cōfessatā uirginem alteri nubere nō posse, quia Christo desponsata est. Sed quomodo consequentiae ratione sit nulla, suprà ostendū est. Nihil enim obstat spirituale cum Christo coniugium, quo minus legitime uiro iungatur, que se se stulte & supra uires uisus agnoscit. Nec ualent Basilij argumenta, ideo tabibus cōiugium in peccatum reputari, quia pessimum coniunctionis huius fundamētum uoluptas iecerit. Sic enim non contrahentes sed Paulum accusat, qui propter uitandam scortationē docet quemlibet habere propriā uxorem, cuius incitamētum uoluptas peruersa est in carne, qua si carerent multi, matrimonio abstinerent. Viuente uiro homine, uxori non licere alteri nubere non ignoramus. sed spirituali hac copula, etiam coniugio excludi quenquā, quām absurdum sit, iam sāpe dictum est.

Cum igitur pro Brentio stent Christus, D. Iūs, Epiphanius cum S. Cypriano, pro Hosio uero, Basilius, Chrysostomus & Augustinus, candidus lector meminisse uelit admonitionis Brentij, qua docuit, in quantas tenebras Ecclesia conjectatur, si à scriptura ad hominum iudicia ablegentur homines.

Ingens contumelia est in sanctum coniugium, quod

de talibus scribit Basilius: impudicis manibus tractari ab eis immaculatam hostiam. Cum enim probauerit prius coniugium impudicum uitæ genus esse, tum quocq; impudicis manibus tractari immaculatam hostiam concedemus. Sed utrum præstat, oré ne an manu correctes panem sacrameti, quorū prius cum omnibus liceat coniugatis p̄hs, quid hic conqueritur Basilius de h̄s, qui ne manus & uniuersum corpus polluerent, coniuges facti sunt?

Quantūvis uero acriter pro hac sua lege pugnet, Excep̄tiones tamē in quibusdā casib⁹ solui posse cōcedit. Verbi uotorum. gratia, si salus alicuius regni, quod alioqui necesse sit interire periclitet, aut aliud aliqd eiusdē generis. Si uero externam regni alicuius salutem, imo qđ dī cere pudet Hosii, generis Regij conseruationem tā ti facit, quanti facienda est non unius, sed multorum millium animarum salus, qui his stultis & imp̄hs uotis captiui in igne deliciarum & æstu libidinis pereunt, quos honesto cōiugio liberari posse uidemus. Salus unius animæ cū preciosior sit externo regno, mirum, quomodo propter regni conseruationem unam animam periclitari uelint sua dispensatione. Sed hoc loco ualeat Regula Cusani: Quod mutato iudicio Ecclesiæ, mutetur etiam iudicium Dei.

De digamia, quam est ineptus Hosius: Polygami am in populo Dei ad Christi usq; tempora tolerata esse non ignorat. Quare non est quod de sensu uer-

Epist. 3. ad  
Bohemos.

borum Pauli uociferetur, quem germanum reddi-  
dit Brentius. Nec in ea parte aliquid discriminis in-  
ter Episcopum & Laicos D. Paulus posuit, cum in  
eo requirit castitatem quæ in coniugio sacrosancta  
est & ueneranda. Neminem Episcoporum D. Pau-  
lus hoc ceu mandato ad matrimonium cogit. si ue-  
ro sese continere quis nequeat, Polygamiam inter-  
dicit, quæ apud ludæos consuetudine inualuerat.  
qua in parte nullum priuilegium lasciviandi datum  
est reliquis Christianis, quibus docendi munus nō  
est demandatum.

Quòd conqueritur à quibusdam ex nostris Poly-  
gamiam esse approbatam, Etsi nemo sanus, quod e-  
go sciam, probet, quod in hoc argumēti genere edī-  
tum fertur, tamen miror qua fronte in nostris hac  
culpare audeat Hosius, cum sui ordinis homo non  
ignobilis Episcopus scilicet haud ita pridem librū  
ediderit, in quo laudes Sodomiae canit, scqz nulla  
lia uenere delectari profitetur, sic tortasse à Principe  
Sodomorum edoctus.

Authoritate Ancyranī Concilij cum premere-  
tur, quod eorum nuptias non damnat, qui uirgi-  
nitatem semel profensi, coniugati fiunt, Chalcedo-  
nensis decretum profert, quod eiusmodi personas  
pro excommunicatis habet. Cùm autem hæc duo/  
rum conciliorum decreta ex diametro & disdiape-  
son pugnant, satis habuit Hosius Chalcedonen-  
se

se preferre Ancyranō, quod multitudine solum uotorum siue sententiarum pugnet. Sed Christianus Lector hoc quoque loco meminisse uelit admonitionis Brentianæ, qua piè monuit, in quantas tenebras nos Asotici Prælati consiciant, si patiamur nos à Scriptura sacra ad decreta conciliorum & S. Patrum traditiones ablegari.

Certitudo enim doctrinæ coelestis non multitudine hominum, sed ueritate sententiarum metienda est. sicut praxis Ecclesiæ, & omnium temporum historiæ testantur, Prophetarum scilicet & Apostolorum, quando luctandum fuit cum hoc offendiculo omnibus pñs, ne patientur sese numero ab ea doctrina abduci, quam pauci, sed à Spiritu sancto edociti amplectebantur.

Eodem modo & ad sententiam Cypriani ineptè & insultè respondet, qui perspicuè de uelatis uirginibus affirmat: Si quæ, inquit, perseverare nolunt, uel non possunt, melius est, ut nubant, quam ut in ignem delicijs suis cadant. Cum enim uideat, sese nulla ratione elabi posse, Cypriano Sanctos Patres Aphricanos opponit, qui diuersum statuerint. Verum hoc non est ad argumentum respondere. Hoc enim in contiouersiam uenit, uter rectius fentiat, Cyprianus ne, qui has nuptias probat, An cohortium Patrum, qui contradicunt. Hic nos

ad scripturam iudicē prouocamus , ab ea nos uestri ad contradictionem Patrum abducunt , quæ nūscq̄ in scriptura occurrit . In Patribus autem adeo est familiaris , ut ijdem nō solum cum alijs , sed secum ipsi se penumero pugnent , sicut ad eludendum hoc testi monium Hosius Cyprianum hoc loco eius criminis libenter reum saceret . Sed utcūq; sese in omnes formās uertat , de uelatis Cyprianum loqui , nullum prorsus dubium relinquitur .

Similiter & ad sententias Augustini respondet , quem sibi ipsi facit cōtrarium , sicut de Cypriano cō memoratum est . quare ex his que dicta sunt , quid ad hoc eius extremum refugium respondendum sit , lector mediocriter institutus uidet . Nam quod nobis semper de adulterio occinunt , iam aliquoties dictū est , prius probent sanctum matrimonium cum desponsatione per baptismum Christo facta pugnare , tum nos quoq; assentiemur non solum adulteria & incæstus , sed his peiora religiosorum coniugia .

Cum D. Augustinus eiulmodi personas non separet , quomodo adulteriū agnoscere potest ; siquid salua conscientia neminem in adulterio uiuere passus esset , quem salubri admonitione revocare & emendare potuisset .

Frustra cōfagit Hosius ad distinctionē solemnis & priuati siue clandestini uoti . De quo uoto enim loquantur Cyprianus & Augustinus suprā demon stratum

stratum est: quapropter q̄ suæ confitæ conciliatio-  
ni fidere non audeat, uerba eius declarant, cùm sem-  
per addit: de simulata uirginitate loqui uidetur. cur  
non ait, loquunt̄, nisi quia in conscientia conuictus,  
nouit longè aliam Augustini & Cypriani esse sentē-  
tiam, quām ipse singit. Quare hac distinctione non  
elabetur. Siue enim priuatim siue solenniter promi-  
seris, quod citra iacturam æternæ salutis seruare ne-  
queas, uerbo Dei non teneris, quod omnibus uo-  
tis dominatur, sicut aliás copiosè explicatū est. Sub-  
stantiæ enim uoti coram Deo, si quid ualeret, hac so-  
lennitate nihil accedit, sicut nec quidc̄ ei adimitur  
priuata sponsione.

Epiphanio Gr̄eco cū Innocentio Latino pulchrè  
conuenit: Ergo orientis & occidentis eadem de uo-  
tis est sententia. sic colligit Hosius, ad sarcias cali-  
gas magis quām P̄otiforiorum errorum defensionē  
ap̄ius. Regulam Inductionum non probè obserua-  
uit, quæ tum constat, quando dissimilia exēpla non  
reperiuntur. Vt cunct̄ ergo Epiphanio cum Innocē-  
tio, non tamen cum Cypriano conuenit. Ac prorsus  
similis collectio est ei, qua quis colligeret: Rex Tur-  
carum non credit Christum esse uerum Deum, Idē  
multi in Germania præsertim ex sacrificulis credūt,  
quibus doctrina de Deo & inferno ludibriū est, Er-  
go idem in Turcia & Germania creditur. Quām in-  
cepta hæc esset ratiocinatio, cùm multos inuenire li-

ADVERVS STANISL. HOSIVM;  
ceat, utcunq; deliret mundus, qui Turcicam imple-  
tatem execrentur, & de filio Dei rectè sentiant, qui  
bus illorum impietas nihil præiudicat.

De scādalo, quod blaterat Hosius, nihil est, quòd  
eiusmodi coniu ges sibi metuant: animæ suæ consu-  
lunt, quo cōsilio nemo bonus offenditur, sed pro ui-  
rili eiusmodi pios conatus iuuare tenetur. De stan-  
dalib tollendis, si uobis tāta cura est, cur in Monaste-  
rijs nō tollitis, ubi omnis generis nefande libidines  
exercentur, mirum, quòd propter ipsorum turpitudi-  
nem in uniuersum mundū non animaduertat Do-  
minus. Quapropter nō iuxta charitatis regulam, ut  
tu uociferaris, moderamini omnia, sed contra illam  
illicitas libidines mauultis tolerare, quām sancto ui-  
tæ genere emendari, dum impudenter & sine froni-  
te afferere audetis, minus peccare sacrificulū uel Mo-  
nialem dum scortetur, quām si matrimonio alteri  
iungatur.

Optaremus minus offendiculorū in nostris ch-  
se Ecclesijs, sed quòd studio quenq; offendere cone-  
mur, id demum Hosio non indignum, putidum est  
mendacium.

De Traditione, quām Epiphanius tanq; Aposto-  
licam Ecclesiæ obtrudit, q; quarta & sabbatho ieiu-  
nandum sit, quām frigidè responderet:

Principio rei ueritate convictus fateri cogit, Apo-  
stolos de diebus iejunioru nullam legem iulisse, quā-  
m illa

illi tamen Apóstolorum nomine in Ecclesiam inuestigam igni & aqua & quovis genere suppliciorum crudeliter tuentes.

Deinde ad consuetudinem confugit, quæ pro legge habenda sit. Sed iam saepe ex Augustini sententia respondimus, consuetudinem nihil præscribere ueritati, quæ mala cum est & conscientiarum carnis cina, nihil aliud quam inuerteratus error ex sententia Augustini & Tertulliani dici debet.

Dissimilitudo leiuniorum, quam ipse Hosius ex Philone exemplis demonstrat, quam uana sit eius persuasio, docet.

Sed præstat audire pulchram rationem & uerè Episcopalem. Cùm Paulus preceperit, perpetuò ducentam sobriam uitam, cur Pontificium genus eam adseriam quartam & prosabbatum retulerint. uerba eius adscribā, ne quid calumniari videar. Quod autē scribis (Brentii) Apostolos docuisse, perpetuò ducendam esse sobriam uitam, quis est qui neget nec aliud nunc quocq; docet Ecclesia. Verūm non omnes capiunt uerbum hoc. Quare nostræ datum est hoc infirmitati, ut quoniam perpetuò non poteramus, certis tamen diebus abstineremus, quibus Christi simul passi pro nobis & mortui memoriam recoleremus. hæc Hosius. Eāt nūc Lutherani & hæc traditionē Apostolicam conuellere tentet. Quid est spū stuporis percuti, & in reprobā mentē dari, si hoc

non est: Digna certe est huius Episcopi impudentia propter quam ex suggestu putridis ouis à mulierculis pellatur.

Pergite igit̄ uos uētres, uos amphorę Bacchi, & genio indulgete die Dñico, feria secūda, tertia & quinta. Nam hoc dātum est uestraē infirmitati, cum hoc uerbum: sobrii estote omni tempore, nō possitis capere. Verū miror, non animaduertere Hosium, quid īdem Monastici uētres par i ratione eidē obij̄ cere possent. Cum uotum exigat ab ipsis perpetuam castitatem, & non omnes capiant hoc uerbum, sicut experientia testatur, concedatur hoc ipsorum infirmitati, ut, quoniam perpetuo nō possint abstinere, certis tamen diebus abstineant, reliquis diebus licet at ipsis impanē scortari sicut & helluari.

Vociferati sunt hactenus, doctrina de iustificatiōne & gratuita remissione peccatorum homines dissolutiores factos, & quotidie dissolutiores fieri, quę huius causa non est. Sed nunc audi Christiane lector, quibus legibus tuam uitam hic uenter astringat. Dispensatione facta, ut minus sobriè uiuas alijs diebus, quarta & sexta feria si iejunaueris Deo & Ecclesiae satisfactum est. Sic scilicet Ecclesia dispensat contra sobrietatem cum uestra crapula: sed sacrosanctū matrimonium in uelatis est capitale crimen, & ad nullam penitentiam admittendū, nisi persona mor tua fuerit, cui legitimè & propter conscientiam iuncta

ta erat. Sic stulticia & impietas eorum manifesta fit omnibus.

Minus in hac traditione fulciēda sibi constat Hosius, quām in priore, nūc enim dicit Apostolos nullam regulam tradidisse, secundum quam ieiunetur: paulò post eius oblitus scribit, qui perpetuō nō posse, quartā fastem & profabbatho, sicut erant ab Apostolis edocti, ieiunabant. quomodo, quæso, edoceti, qui nihil horum tradebant. Tandem ad traditionem confugit non scriptam sed viua uoce traditam. Idcū Augustini testimonio cōprobare conatur, qui ex diametro cum Hosio pugnat, siue uidere est in Epistola 118. Vbi authoritate Ambrosij per Augustinum mater eius de ratione ieiunandi longè aliter instituitur. Cum Romam uenio, inquit Ambrofius, iejuno sabbatho, cum hic sum nō ieiuno, sic etiam tu, ad quam fortè Ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuiq; non uis esse scandalo, nec quenq; tibi. Hæc Ambrosius Augustino, quam sententiam Augustinus tanq; cœleste oraculū habuisse affirmat, eamq; matri tradidit, quæ eam libenter amplexa est. Quid euidentius afferri posset ad Hosij uanitatem refutādam, qua nobis tanq; Ecclesiæ uniuersalem contundēt, dum feria quarta & profabbatho ieiunandi obtrudit morem, qui ab ipsis Apostolis descenderit.

Desine ergo nobis satanis̄mum blasphemè obnūcere, dum libertate nostra uitimur, in quā nos filii.

Dei uocauit. Offendiculum hoc acceptum est, non  
datum, non ignoramus, infirmorum in fide ratione  
habendam, sed uicissim si qui explorare uolent, quā  
in Christo habemus, libertatem, illis exemplo Apo-  
stoli, ne ad momentum quidem cedemus. malicia  
in uobis est obstinata, nulla infirmitas: qui etiā ma-  
nifestos errores defendere conamini, ne una atq; al-  
tera putridiæ dñsicij uestri cultura euersa totum cor-  
ruat quod superadūscastis uanitatis.

Quām dolet Hosio: Brentium de uino miscen-  
do aqua non stare sententiæ D. Cypriani, quem  
hoc loco ad coelū usq; extollit, paulò autem minus re-  
uerēter tractabat, ut uideas eum Patrum sententias  
cum libet probare, cum non libet, reprobare. Id  
quod de nostris uerè affirmare non potest. Non enī  
pro libitu nostro, sed scripturæ authoritate, eorum  
scripta partim probamus partim improbamus, qua-  
les lectores suorum scriptorum habere Augustinus  
quoq; uoluit.

Rationem Cypriani refellit Brentius uerè & mo-  
destè, uidelicet propterea Christum non separari ab  
Ecclesia si maximè uinum aqua non misceatur. Hos  
us cum contrā probare teneatur separari, aut ratio-  
nem Cypriani esse friuolā, ad aliud extra propositū  
confudit, asserens Christum separari ab inobedien-  
tibus. Sed quid hoc ad præsens institutum? Scimus  
Christū separari ab inobedientibus, sed si uinū aqua  
non

non misceatur, separari, ipse Hosius asserere non au-  
det, & utitur cōsueto dubitationis uocabulo, Vide, scilicet Hosio & similib, nobis uero minimè uide.

Deinde perspicuum est in collectione Cypriani  
plus esse in conclusione, quam est in præmissis, Sic  
enim argumentatur Cyprianus.

Hoc offerendum, quod Christus obtulit, Chri-  
stus obtulit uino, Ergo sacerdotes miscere debent  
uinum aqua, pro hac conclusione inferre debuisset:  
Ergo sacerdotes uino offerre debent. Id quod prin-  
cipaliter Cyprianus intendit, contra eos, qui pura  
aqua offerabant.

Adhæc uerbis Cypriani uim facit Hosius, dum  
ea ad significationē restringit, quam Cyprianus re-  
ipsa intelligit. Non enim dicit significatur Christus  
separari ab ecclesia, sed inquit, separatur, nisi forte ad  
eorum opinionē deflexerit Hosius, qui res sacras in  
coena significari & non exhiberi sentiunt.

Quod si principalem finem huius Mysterij consi-  
deramus & uerba Christi exp̄edimus, res plana est:  
sicut enim aqua baptismi sese nobis cōmunicat, ita  
& uino Cœnæ lux nobis sanguinem suū distribue-  
re uoluit, ubi præcipue non quid significet, sed quid  
exhibeat, cogitari debet.

Miratur Hosius, cum Cyprianus oblationis me-  
minerit, Cœnæ nunquam, cur Brentius hæc eius  
uerba ad Coenam referat, & oblationis nomen

aueretur. Nos uicissim ex Hosio querimus, cum in  
Paulo uocabulum Coenæ legatur, sacrificij uero in  
hoc negocio nusq; nec in Euāgelistis aut D. Paulo,  
cur ipse malit Patrum q; Apostoli uerbis & phra-  
si addictus esse? Coenam Dominicam appellat Pau-  
lus, & de edenda carne, & bibēdo sanguine Christi  
loquuntur & prolixè disputat, de offerendo autem ne-  
gry quidem. Cyprianus phrasū suis temporibus cō-  
sueta utit, & quomodo uocabulo oblatiōis utuntur  
patres, s̄aepē explicatū est, id quod Hosius quoq; nō  
ignorat, qua propter mirari desinat.

Augustini sententiam de diebus festis, cum secū-  
dum præscriptum scripturæ seuerē iudicet Brētius,  
contumeliosè in ipsum tanq; uiperarum progeniem  
inuehitur Hosius, quia uero ordinem non cōuelliit,  
sed de libertate Christiana disputat, cōtra quam A/  
postoli nullas leges tulere, quid habet, quod iure  
prehendere queat? Nec tāta fuit Augustini, quanta  
est Hosij arrogantia, qui omnia sua dicta pro oracu-  
lis cœlestibus haberi uelit, quorum multa sua pon-  
te retractauit, de pluribus alijs si admonitus fuisset,  
dubium non est, quin ueritati & rationibus cūden-  
tibus celsisset.

Nunc paucis ad utriusq; Epilogum de Traditio-  
nibus. Brentius concludit: cūm Pontificij suas tradi-  
tiones ita effurerint, ut non erubescant eas certissimum  
fundamentum fidei appellare, Sathanam meditari  
abolitionem

abolitionem & extremum contemptum scripturæ sacræ & æternam Ecclesiæ interacionem. Id non solum firmis argumentis confirmauit, sed superioris saeculi tenebris testatum fecit, ubi ferè totus orbis Christianus in illis externis hæsit cæremonijs & traditionibus humanis, in quibus etiā uerum Dei cultum collocauit. Veram scripturæ sententiam qui nō uisset populus, quam Doctores, sacrificuli & Episcopi ignorabant.

Contrà Hosius in errore semel animo concepto obstinatè perseverās, in sophistica sua perdurat: traditiones priores scriptura afferens, ad qd supra satis responsum est. De quibus enim Traditionibus loquatur Brentius declaratum est, hoc quasi non intel ligat Hosius, silentio præterit, & de traditionum antiquitate clamitat, de qua inter nos non controvertitur.

Deinde traditiōib⁹ docet insigi animis nostris beneficia Christi, inter quas numerat ludicas & histionicas gesticulatiōes sacrificulorum, quibus beneficia Christi obscurantur & non illustrantur, præsertim cum stipites & muta animalia eas exerceant, sine doctrina. Sed ad hæc supra quoq⁹ responsum est, Dominum nobis nō proposuisse tales iudiceos concionatores, sed Euangeli⁹ præcones, qui uocenō gestibus beneficia Christi exprimerent, & populo si deliter traderent. & manifeste dixit: sele frustra coli

ADVER SVS STANISL<sup>VS</sup> HOSIVM,  
mandatis & doctrinis hominum , quæ eius generis  
sunt, ut tam doctores q̄ auditores in foueam præ-  
cipitent.

Vt ilodes suos non solum scripturæ conferat,  
sed etiam præferat, operæ premium est eius uerba au-  
dire. Nam quod ad scripturas, inquit, & ad prædica-  
tionem attinet, non perinde mouetur ihs uulgus, cū  
non æquè intelligat, uel quæ dicuntur, uel quæ scri-  
buntur omnia, & sunt multo plures, qui legere nesci-  
unt, necq; datur omnibus audiendi facultas. hæc ille.  
Quis credat sanæ mentis esse Hosium. Plus uirtutis  
tribuit ludicris suis actionibus & gesticationibus  
ad permouēdos animos auditorum, quam organo  
diuinitus instituto scripturæ & eius prædicationi;  
plus perspicuitatis ad docendum inesse gesticationi;  
bus quam doctrinæ, cum non, nisi præeunte do-  
ctrina, cæremoniæ & gesticationes intelligi que-  
ant, saepenumero ipsis sacrificulis ignotæ. Nō enim  
adduci possum, ut credā inter mille sacrificulos esse,  
qui rationale diuinorū officiorū legerit, ne dicā me/  
morię mandarit, ut omniū cæremoniariū sua & actra-  
ditionū rationē plebi reddere queat. φλυαρία ergo  
est, quam hoc loco traditionū facit mentionē. Con-  
tra scripturæ sacræ ea est perspicuitas, ut ex illa eti-  
am imperiti doceri possint. Quod uero stipitem à  
stipite doceri autumas , quanta insania est ? num  
statua quæ lignum est, lapis aut æs mutum, plus do/  
cere

cere poterit quām scriptura lecta aut prædicata, que ex ore docentis sonat. Nec refert, q̄ pauci legere sci-  
ant. Sed quōd aīs: paucis audiendi facultatem dari,  
Id sacrificiorum ueltrorum sit culpa, qui aut nō  
possunt aut non uolunt docere, quorum scientia ro-  
ta in istis gesticulationibus consistit. Spectatores  
requirunt murmuratores sacrificuli non auditores,  
qui docere nesciunt. Quōd si loco mille Missarum  
una concio habeatur de beneficijs & merito Chri-  
sti, una concio plus docebit & edificabit rudes & im-  
peritos, quām si spectando sacra uestra flexis popli-  
tibus callum ducant.

His igitur rationibus traditiones uestras non  
tulcietis sed euertetis: quām enim nullus fructus  
ex mutis sacris uestrīs ad populum redeat, examen  
conscientiæ docet, qui summus cum fuerit, hypocri-  
sis est, cum ignorantia beneficiorum Christi con-  
iectua.

Ne quid intermittat Hosius, quod ad inflam-  
mandum Serenissimi Regis animum faciat, quo mi-  
nus piam doctrinam amplectatur, eiusq̄ assertori-  
bus hospitium in regno suo concedat, Serenissimæ  
Maiestati eius pios Euangeliū ministros, tanquam  
Satanæ satellites & organa proponit, quorum ope-  
ra non solum traditiones Ecclesiasticas, sed uniuersi-  
tam quoq; Scripturam è medio tollere coñetur, ut  
memoriā beneficiorū Christi oēm funditus deleat.

Non ignoro, quem hoc loco petat Sycophanta. Is  
pro se respondeat. Sed hoc mendacio & calumnia  
nos gravare, quibus cum fanaticis hominibus nihil  
est commune, hæc demum longè omnium atrocissi-  
ma est contumelia & iniuria. Quām reuerenter eī  
de scripturæ sacræ authoritate sentiant & loquātur  
nostri, si nō aliunde, uel saltē ex Brentij Prolegome-  
nis cognoscere potuisti. Eius armatura potissimum  
& gladio instructi, non uobiscum solum, sed cum or-  
mnibus ueræ doctrinæ ac pietatis hostibus in certa-  
mē descendere audemus. Hæc nos perspicuē de uo-  
luntate Dei erga nos & sufficiēter docere potest. Eā  
uos literam mortuam & occidentem appellatis, que  
sit ambigua, nihil respondens, nec se explicās. In scri-  
ptura sacra non omnia ad salutem necessaria conti-  
neri, Scripturam alio tempore esse aliter interpretā-  
dam, Eandem magistrum mutum appellat tuus A-  
zotus. Hæc sunt Epitheta & honorificæ laudes ue-  
stræ, quibus scripturam sacram diuinitus inspiratā,  
ornatis Papistę, de qua re in Pericopis Brētij plura.

Contrā traditiones uestræ quas Ecclesiasticas ap-  
pellatis, uobis fidei sunt fundamentum, que plus ad  
permouendum animos hominum ad ueram pietati-  
tem faciant, quām ipsa scriptura sacra, de quibus E-  
saias cum filio Dei concionatus est: Frustra me co-  
lunt, docentes mandata hominum.

Iudicent hic Prophetę, iudicet Apostoli, iudicet  
uera

vera Dei Ecclesia, iudicet Christus, iudicet totus orbis, utra pars maiore reuerentia scripturas complectatur, in earum authoritate asserenda & retinenda plus ac magis piè laboret: Vos ne, quibus scriptura tantum ualeat, quātum fabulæ Aesopī, quibus instar statuē est, Imò minus faciat ad permouēdos animos hominum. An uero nos, qui agnoscimus & prædicamus, scripturā sacram esse organum Diuinitus institutum, per quod spiritus sanctus homines de uoluntate sua doceat, regeneret & Deo adducat, quæ ad salutem æternam cognitu necessaria sufficienter & perspicuè doceat.

Ac tantum abest, ut traditionū humanarum abolitione hoc quæramus, ut scriptura quoq; aboleat, quin hanc solam ob causam abolitę sunt plæræq; ut scriptura sacra restitueretur, & suus locus in docenda & instituenda indocta plebe concedatur, quæ haecenius sub Papatu per traditiones in miseram captivitatem redacta erat, cum de uoluntate Dei ex scriptura non diceretur.

Obnixè ergo & humiliter Sereniss. Regis Poloniæ Maiestatē oramus, ne eiusmodi clamoribus uanis aures suas prebeat, quem in hac parte iudicē ferre possumus, quemadmodū omnes uerè Christi filieles in toto Christiano orbe dispersos. Speramus etiam hac Holiū uanitate in retam manifesta perspecta & cognita Sereniss. eius Maiestatem in reliquis.

ADVERSVS STANISL HOSIVM,  
quoc̄ minus fidei Hosianis calumnijs habituram:  
Et hæc quidem de traditionibus, quam uerè Bré  
tius, & quam impiè & peruersè Hosius, recitasle sa-  
etatis sit. Iudicium penes pium & Chri-  
stianum Lectorem esto.

# Refutatio Quinti libri, QVI INSCRIPTVS ES T. DE Ecclesia Catholica.



Tatim ab initio prolixè enumerat, quo-  
modo haeretici semper ueræ Ecclesiæ ti-  
tulum sibi uendicauerint. Qua com-  
memoratione non erat opus, siquidem  
hoc nemo negauit unq̄. Sed quam uerè hoc in con-  
trouersiam uenit. Ita nos quoq̄ cum aduersarijs nō  
de nudo titulo disputamus, sed de rei ueritate, quæ  
scilicet sit uera Ecclesia & quæ falsa. Sicut enim Papi-  
stis hic titulus nihil prodest, nisi possideant rem, a/  
deoc̄ res ipsa sint, quæ hoc nomine designatur ita  
nobis nihil nocent probroso & contumeliosa ha/  
reticorum nomina; modo ex parte nostra inuicta  
stet ueritas.

Lutherus

Lutherum arrogantia huius tituli inflatum, tunc  
orbem Christianum indicta causa cōdemnasse Ho-  
fianum mendacium est. Diuersum testantur scripta  
eius & acta, qui summa humilitate causæ cognitio-  
nem petiunt ordinariam, & ab initio sese humiliter ex-  
tiam hostium iudicio subiecit.

Hominem suisse non negamus, cuius scriptis tan-  
cum fidei adhibemus, quantum authoritatibus scri-  
pturaræ adductis meretur, qui ipse Lutheranus esse  
noluit in his, quæ uerbo Domini repugnant.

Osiandri iudicium non improbavit Philippus,  
sibi scilicet non propterea credendum, quia plures  
sunt ab eius parte: Veritas enim, sicut supradictum  
est, non pluralitate adherentium definitur.

Positum ergo sit: Titulus neutri parti quidquam  
præscribere, nisi rei ueritas comprobetur.

Ea quomodo definita sit, inter partes non  
constat. Quid nominis, non litigatur: omnibus  
enim notum est, quid Ecclesia & quid Catholicō si-  
gnificet. Sed quid res sit, quæ Ecclesia Christi ap-  
pelletur, & quam Christus pro sponsa sua agno-  
scit, cuius in scriptura paſsim tot encomia extant, ac  
prærogatiue, de hoc litigatur.

Hosius tanq̄ egregius dialecticus, quomodo defi-  
nit in ſtra uidebimus, q̄ in explicatiōe nois ſuam uel  
inficiā uel maliciā prodit, dum Brentiū carpit, qui  
flagitia euā Catholica dixerit. Si καθόλων nihil pr̄fus-

nullamq; personam excludit, fatebimur in gratiam Hosij Adulteria non esse καθόλικον. Etsi nobis cum Salomone Christus cōtradixerit. Quis enim potest dicere mūdum est cor meum, cuius affectum etiam Christus hoc criminē notauit. Non usq; adeo nouitatis studiosus est Brentius, quemadmodum uociferaris, sed stoliditatem uestram reprehendit, qui Ecclesiam multitudine & non ueritate Doctrinæ fidelis & sanctarum uirtutum definitis, quæ in hoc conspiua est. Nam si pluralitas, qua potissimum uos pugnat Ecclesiam facit Catholicam, plures sceleratos, q; pios inueniri, confitearis necesse est.

Sed ad rem. Priusq; Ecclesiam definiat, occasione arrepta, cum Brentius scripsisset, Papistas officium, quod solus Christus habet, trāsferre in humana opera, Probat de præcipuo doctrinæ Christianæ articulo suos Catholicos rectè sentire & credere: Affirmat quidqd sit propitiationis id soli Christi tribui. Hæc uerba si prima facie inspicias, uidentur aliquā pietatem & fidem præ se ferre. Quibus iam assuecerunt incipiunt, postq; uident etiam à suis explodi illas crassas phrases: homines suis operibus posse Deum placare & remissionem peccatorum consequi, Christum expiasse peccatum originale, homines autem meritis operum suorum expiare peccata actualia, si ut Thomas Aquinas scribit. Verū si explicatio nem inspicias, sub hac pia loquendi forma ueterem impietatem

impiciatem retinet, & simplicibus caliginem ostendunt. Expressè enim postea docet, uitā eternam nostris operibus dari, addita hac limitatione, Verum non propter eorum, quatenus à nobis proficiscuntur dignitatem, sed propter Christum, cuius manū opera sunt. Nos ex scriptura docemus, uitā æternā rōne meriti deberi nobis propter opera & passiones Christi, quæ fecit & passus est Christus priusq; nasceretur. Hosius contrà docet nobis uitā deberi propter opera quæ Christus in nobis facit, & quæ suo merito sanctificauerit, ut essent meritoria. Quid hoc aliud est, quam partem gloriæ Christi in nos quoq; trāsferre, siquidem nos illorum operum adiutores sumus, dum membra nostra illi arma iusticiæ exhibemus; sic non solus Christus suis operibus nobis placauit Patrem, sed nos cum illo, siquidem non sine nobis, ut cum Hosio loquar. Hæc, inquam, uetus est impietas. Paulus inquit, absit à me gloriari nisi in cruce Iesu Christi. Et iterum: Vnius obedientia iusti constituentur multi. Hunc textum corriget nobis Hosius, & docebit, nō unius Christi extra nos faciat obedientia, sed nostra cum illa, hoc est, duabus obedientijs iusti constituentur multi. Execranda impietas, quanta latibula quæras, cum uideas te in lucem produci ex tenebris. Certum igitur est & luce meridianâ clarius, quod Papistæ honorem Christi in sua opera transferunt, quod non solum dimidiare est,

sed prius Christum negare. Nusquam enim est Christus ille, qui saltem aliquam partem nostrorum peccatorum expiauerit.

Bona opera fidelium, sanguine Christi respersa esse non negamus, quemadmodum supra quoque expositum est, non ut mereantur, sed ne & ipsa damnentur, quibus adhuc imperfectio adhaeret, quae uenia indigent, quomodo ergo remissionem & uitam promerebuntur? Quapropter dum illis operibus, quae nunc Christus per nos fecit, reconciliationis & propitiationis honorem detrahimus, Christo nihil detrahimus, sed meritum crucis eius amplificamus, cui soli, non operibus, quae in nobis facit, satisfactio pro totius mundi peccatis secundum doctrinam Propheticam & Apostolicam adscribitur. Hac ergo impietatis nota à nostra, distinguit Papistica Ecclesia.

Brentius, ne Andabatarū more pugnetur, Quid Ecclesia sit, definit: uidelicet ceterus piorum hominū qui uerè in Christum credunt, qua definitione omnia noīe fidei & Christi includit, quae ad uerè Christianum hominem pertinent.

Eam eludit Hosius, dum addit: multi profitentur hoc seculo Christum, qui tamen in Christum non credunt. Sed pro ratione sue dialectices soluit, quod est allegare inconueniens. Brentius de uera fide loquitur, Hosius de professione, quae sine uera agnitione esse potest.

Cum

Cum Brentius dicit : ad solos electos iudicium pertinere, & hoc loco fateatur, hypocritas interdum ad gubernationem Ecclesiæ peruenire, ad quos tam iudicium non pertineat, sibi ipso non contradicit. Si enim uerè pronunciare uolumus, iudicium non nisi ad uiua membra Christi pertinere, qui spirituales cum sint, soli iudicare possunt, & ipsi à nemine iudicari. hypocritis si deferatur iudicium, erore sit, sed non iure, quorum peruersitas si demonstrata fuerit, illorum iudicio non esse standum, suprà euidenter comprobatum est, quos tandem pro uiuis membris Christi reputamus, donec suam impletatem produnt.

Deinde repetit hic usitatam tergiuersationem, cù nos loquimur de iudicio in explicatione doctrinæ. Hosiüs respōdet de absolutione & sacramento administratione, quibus administrantis hypocrisis nihil derogat,

Vocabuli æquiuocatione ludit, dū probat: nō soli electos esse ecclesiā, cù in ea sint etiā mali. Aliás. n. dictum est tamen latē pateat huius uocabuli significatio. Vere ipsa phrasis hoīs inscitiam detegit, cù imp̄i sint in Ecclesia, hoc est, in illo cōetu, q̄ uerè Ecclesia Christi est. Ideo non sunt Ecclesia. Et rectē dicitur Ecclesia non nisi electorum esse. Occurrit modo, quod suprà de Vergerio scriplerat: eum nunquam fuisse ex suis, hoc est, ipsorum Catholica Ecclesia, quo

deficiente corpus Christi multum sit leuatum. Ego uicissim honestissimam matrem tuam iudico non parum leuaram & mundatam esse, postq[ue] tantum sterquilinium enixa est. Quis Vergerius sit, norunt multi boni, qui cum uestre impietati seruiret, gratus erat & insignis, utcunq[ue] tum temporis etiam pollueretur. Nunc postq[ue] Dominus illi oculos aperuit, ut hoc cœnū, quo uolutabatur, agnosceret, eiq[ue] renunciaret, prauus in Ecclesiæ corpore humor audire cogitur.

Acto. 20.

Cum Brentius dicit: Ecclesiam non renasci ex uicessione, cauillat Hosius, quasi successionē prorsus & simpliciter oppugnet, cui Brentius tantum tribuit, quantum doctrina præstent, siquidem in piorum locū peruersi doctores succedere possunt. sicut Apostolus Episcopos Ephesinæ Ecclesiæ monet: Ego enim scio, inquit, quoniam intrabunt post discelsionem meam Lupi rapaces in uos, non parcentes grati. Ex uobis ipsis exurgent, uiri peruersa loquentes, ut abducant discipulos post se. Quantū igitur simplici successioni, quæ testimonio doctrinę caret, fidendum sit hisce uerbis docet. Quod si uero cū successione doctrinam coniunctam uult's, cur eius examen reformidatis?

Inuocationem sanctorum, ut antiquitatis nomine neuenditer, ab ipsis inquit, propemodum Apostolorum temporibus Patres docuerūt. Quid sibi uult dictio,

dictio, Propemodum: cur non Apostolis quoq; tri  
buitis? Sed in conscientia conuicti estis, hanc Idola/  
triā Apostolis ignotam fuisse, qui Christum pre/  
dicarunt unicum intercessorem & mediatorem, cu/  
ius munia cum sanctis uos partiti estis. Ac tantū ab/  
est, ut hoc præceperint uel docuerint Apostoli, ut  
quemadmodum suprà ex Epiphanio descriptū est,  
expressè prohibuerint. Deficient quidam, inquit, à Epiph. con=  
fana doctrina attendentes fabulis & doctrinis dæ, tra Colyridi  
moniorum. Erunt enim, inquit ex sententia Pauli,  
mortuis cultum diuinum præstantes, quemadmo/  
dum etiam in Israel coluerūt. Et qualis fuerit cultus,  
quæ præcedunt, indicant: Narrant, quòd quædam  
mulieres illic in Arabia è partibus Thraces, hanc ua/  
nitatem inuixerunt, ut in nomen semper uirginis  
(Mariæ) collyridē quandā sacrificent, & simul con/  
gregentur, & in nomen sanctæ uirginis ultra modū  
quod tentent agere, nephario ac blasphemō nego/  
cio, & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres,  
quod totum impium est ac nefarium, alienum à pre/  
dicatione Spiritus sancti, ut sit totum diabolicum o/  
pus, & spiritus immundi doctrina &c.

Quæ omnia, si conferas cum ea impietate qua ad  
statuas D. Virginis concursum & sacrificatum est,  
ludicra uidebuntur, de quibus Epiphanius loqui/  
tur: Loquuntur hoc redditus D. Virginī dicati an/  
nui, quibus eius fauorem & gratiā homines super-

314 ADVERSUS STANISL. HOSIVM,  
stitionis sibi demereri uoluerunt. Eat nunc Hosius &  
sanctorum inuocationem nobis tanq; Apostolicam  
& Catholicam obrudat.

Non negat Brentius, malos posse eligi ad Ecclesie  
sig gubernacula, cum hoc experientia testetur. Verum  
non uitam solum dissolutam, sed peruersam doctrinam  
reprehendit, propter quam illis nulla obedientia  
debeatur, de ea tu interrogatus, de moribus semper  
respondes.

Ad Apostolicum munus qua fronte audes affirmare, dignos & idoneos vocari, qui partim nunquam in animum duxerunt docere & concionari. si qui praestant, minimè Apostolicè praestant, dum homines à Christi merito ad suorum operum merita, per inhabitantem CHRISTVM facta, abducunt.

Impiè dictum est: hominem nescire an electus sit. De alijs sicut pronunciare non possum, ita de me ut sim certus, salus animæ mee exigit, siquidè Spiritus sanctus arrabo uitæ æternæ, nostræ conscientiæ, scilicet ut Apostolus loquitur, spiritui nostro testimonium perhibet quod simus filii Dei. Quo si quis non agitur, filius Dei non est, eius autem agitatio certissimum uitæ æternæ pignus est, à cuius dilectione nulla creatura nos separare poterit, Romanorum octauo. Ad hunc modum de uniuersa uera Ecclesia

eclesia & omnibus eius membris loquitur , Quis  
Nos separabit à charitate Christi ? Et mox : Cer-  
tus sum , quia neque mors , neque uita , neque An-  
geli &c. neq; creatura alia poterit nos separare à cha-  
ritate Dei.

Ad locum Cypriani suo loco responsum est,  
quare non opus iudico ea hoc loco repeiere. Diuus  
enim Cyprianus aduersus eorum petulantiam pu-  
gnat , qui spretis Metropolitanis ( de Romano e-  
cum Pontifice eo in loco non est sermo ) pro libidi-  
ne sua Apostolicæ doctrinæ contraria docentes, or-  
dinem in Ecclesia turbabant.

Cum diu sese torsisset , tandem ueritati palmam  
dat , & nostræ sententiæ inuitus accedit. Quamob-  
tem euam si Episcopus , inquit , non ea pietate ,  
qua eum esse prædium oporteret , tamen si con-  
stat , quod is in antecessorum suorum , qui quidem  
Catholici fuerint , piam doctrinam successerit , ni-  
hil impedit , quo minus Episcopi munere funga-  
tur . Hoc uolumus , hoc urgemuſ Hosi , Ob-  
serua Hosi tua ipsius uerba , Piām inquis , piām  
doctrinām , Et quoniam uestra doctrina est im-  
pia , & ex diametro cum Apostolica pugnat ,  
uos neque pro Episcopis , neque Apostolo-  
rum successoribus genuinis agnoscere possumus.  
Hactenus semper doctrinæ propter successio-  
nem credi voluerunt , Nunc successoribus ea-

tenus credendum affirmat, quatenus piam doctrinam afferat. sic ad Fôtes nobis recurrere licet & abluere, si quas successores aspersissent fôdes, et si eius paulò post iterum obliuiscatur.

Notas Ecclesiæ cum dicit Brêtius esse, sinceram prædicationem uerbi Dei, & uerum usum lacramētorum, Hosius respôdet, q̄ has notas falso nobis arrogemus. Sed quæstio hoc loco nō est de eo, num eis as nobis arrogemus iure an iniuria, sed an hec sintnotæ, quibus Ecclesia uera agnoscitur.

Sed quod addit: sinceritas uerbi magis agnoscitur ex ueritate Ecclesiæ, quam contraria, absurdum est. Ecclesia em̄ Apostolo teste super uerbo hoc doctrina Prophetarum & Apostolorum ædificata est, & non contraria. Prius igitur de uerbi sinceritate constare debet. Ecclesia enim propter uerbum, & non uerbo propter Ecclesiā creditur, si rerum ordinem uere consideremus.

Quod scripturas à uobis acceperimus, non negamus. Verum de scriptura non est cōtentio, sicut impiè quidam ex uobis affirmare audent, hanc esse materia litis, sed de interpretatione uestra, qua genui num scripturæ sensum corrupistis. Nec minus hæc uestra possessio, qua scripturam uobis uendicatis, nobis præiudicat, atq; Apostolis Iudæorum insolētia, à quibus scripta Prophetica, sicut à uobis Apostolica scripta nos accepimus.

Cum

Cum Brentius dicit: Verum usum scripture esse notam Ecclesiæ, sophista à dicto secundum quid ad dictū simpliciter argumentatur, eamq; minimè esse posse, cùm etiam diabolus ea utatur. Hæc si in scholis fierent, castigationem mereretur: in Episcopo autem, præsertim tam sancto, preciosa est margarita. Verè n. scripture diabolus nō utitur, sed abutit, hūc sycophantæ mortuum præuenire uolens Brentius, addidit, synceram prædicationem uerbi Dei, ut à quolibet eius usu seu prophanatione distingueret.

Quod de traditionib; ex Paulo producit, iam aliquoties dictum est, Apostolum de talibus traditionib; loqui, quæ fundamentum doctrine non euentur. In quo genere uestræ collocadæ non sunt, quas cum scripture pugnare demonstratum est.

In sensu scripturæ si uariant Patrum interpretationes, multitudinem sequendam docet, id q; periculum sit, omnes facile uident, cum multitudo errantium nō faciat errori patrocinium. Christus inquit: multi uocati, pauci electi. non ergo multitudinis iudicium, sed paucorum ueritas sequenda est.

Atq; hoc loco cum nihil solidi respondere possit, denuo blasphemias crepat; Spiritū Lutheri, Brētij, & aliorum esse Sathanæ spiritum, quo in Germania Sathanismus inuictus sit. sic appellat Euangelij doctrinā, quæ in Ecclesijs nostris sonat. Verum non impanè feret blasphemum os, Iudicem suo tempore suum inueniet.

Sacramentorum usum in Ecclesia Papistica non esse peruersum, miror qua fronte negare audeat.

Quod autem Hosius negat: Campanas baptizatas esse in sua Ecclesia Catholica, qua arte horribile prophanationem baptismi in hac scenica actione factam, eludere conetur, paucis ostendamus.

Nam quod fatetur, se in Pontificali legere, ab Episcopis campanas benedicendas, eius tamen magna benedictionis & incantationis partes exprimerre non audet. Has opere preium est, quia liber non ubiqꝫ extat, hoc loco cōmemorare, ut uideat lector, quam uerè à Brentio scriptum sit, Campanas à sacris fidelibus baptizatas esse.

Initio post recitationem aliquot psalmorum, & exorcismum Salis & Aquæ, quibus campana est baptizanda, hoc est, lauanda, additur talis Rubrica.  
 " Quibus, inquit finitis, surgit Pontifex cum mitra  
 " & cum pollice dextræ manus, facit ab extra supra  
 " Campanam de oleo sancto infirmorum signum cru-  
 " cis, quo facto, deposita mitra dicit: Oremus. Deus,  
 " qui per sanctum Moysen Legiferum famulorum tu-  
 " um tubas argenteas fieri præcepisti, quas dum Le-  
 " uitæ, tempore sacrificij clangerent, sonitu duxeris  
 " nis populus monitus, ad te adorandum fieret præ-  
 " paratus, & ad celebranda sacrificia conueniret. qua-  
 " rumque clangore etiam hortatus ad bellum, tela  
 " prosterneret aduersantium: præsta quæsumus, ut  
 hoc

hoc uasculum sanctæ tuæ Ecclesiæ præparatum à  
 tuo sancto Spiritu per nostræ humiliatîs seruici-  
 um sancti + fieretur, ut per illius tactum & soni-  
 um fideles inuitentur ad sanctam matrem Ecclesi-  
 am, & ad præmium supernum, & cum Melodia il-  
 lius auribus insonuerit populorum, crescat in eis  
 deuotio fidei, & amor spiritualis: procul pellan-  
 tur omnes insidiae inimici, fragor grandinum, pro-  
 cella turbinum, Impetus tempestatum, temperen-  
 tur infesta tonitrua, uentorum flamina siant salubri-  
 ter ac moderatè suspensa, prosternat aereas tempe-  
 states dexira Tuæ uiriutis, ut hoc audientes tinti-  
 nabulum, tremiscant & fugiant ante crucis in ea de-  
 pictum vexillum, cui flectitur omne genu cœlesti-  
 um terrestrium & infernorum, quod ipse Deus no-  
 ster Christus Iesus præstare dignet, &c.

Sequitur alia Rubrica: Pontifex accepta mitra  
 exergit cum linteo mundo crucem à se factam.  
 Deinde inchoat schola pro Sequentे Antiphonam:  
 Vox Domini super Aquas multas, Deus Ma-  
 iestatis intonuit, &c. Ac mox cantatur Psalmus:  
 Vox Domini in uirtute, &c. Interim Pontifex  
 cum Mitra stans, facit cum pollice dextræ manus,  
 de oleo sancto infirmorum septem cruces exter-  
 us super campanam, & de intus cum Crismate,  
 quatuor pari distantia, dicens dum quamlibet crû-  
 cem facit:

Hic inditur  
ei nomen.  
Nennets  
finde.

Conse + cret & sancti + facetur Domine signum  
istud in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in  
honorem sancti (T ALIS) Pax tibi.

Deinde finitis Antiphona & psalmis, ac factis  
crucibus praedictis: Pontifex stans deposita mitra  
dicit: Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus: qui ante arcam  
foederis per clangore tubarū: muros lapideos, qui-  
bus cingebatur aduersantium exercitus, cadere feci-  
sti, Tu hoc tintinabulum cœlesti bene + dictione  
perfundere, purificare, sanctificare & consecrare di-  
gneris, ut ante sonitum eius effugiant ignita iacula  
inimici: percussio fulminum: imperus lapidum, le-  
sio tempestatum, ut ad interrogationem Propheti-  
cam: Quid est tibi mare, quod fugisti: suis motibus  
cum lordanico retroactis fluento respondeant. à fa-  
cie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui co-  
uertit petram solidam in stagnum aquæ, & rupem  
in fontes aquarum. Non ergo nobis Domine, non  
nobis: sed nomini tuo da gloriam, secundum miseri-  
cordiam tuam: ut cum præsens hoc uasculum, sicut  
reliqua altaris uasa, sacro crismate tangitur, & oleo  
sacrosancto ungitur, tua bene + dictione sanctifi-  
cetur, & quod arte aut metalli specie non potest fieri di-  
gnum, fiat tua benedictione perfusum, ut quicunq;  
ad sonitum eius conuenerint, ab omnibus inimici-  
tentationibus liberentur in corpore, & prauis cogi-  
cationibus

tationibus mundentur in mente, semperq; fidei Catholicæ documenta lectentur, atq; tuæ cõsolationis gratiam percipere mereantur. Saluator mundi cui flectit omne genu, cœlestiū, terrestrium & inferore, qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas Deus in secula seculorum amen. Tunc sedet Pontifex, & accepta mitra imponit in thuribulo thymiamatibus, & mirrhā, si haberī possunt, alioqui que ex ipsis habent, quibus impositis thuribulum ipsum supponitur campanæ seu signo, ut totum fumum recipiat: scola interim Antiphonam cum psalmo cantante.

Quibus dictis deposita mitra surgit Pōtifex & dicit: Oremus. Omnipotēs dominator Christe, qui secundum carnis assumptionem, dormiens in nauiculum oborta tempestas maria conturbasset, te protinus excitato & imperante siluit. Tu cœsitatibus populi tui benignè succurre, tu hoc inabulum Spiritus sancti robore perfunde, ut ante sonitum illius semper fugias honorū inimicus, inuitetur ad fidem populus Christianus, hostilis terreatur exercitus, confortetur in Domino per illud populus tuus conuocatus, atq; sic ut super Dauidicā citharam delectatus de super descendat Spiritus sanctus: & ut Samuel crinigero agnum mactate, in holocausto tuo Rex æterni Imperij, fragor aurarum turbam repulit aduersantium. Ita dum huius uasculi sonitus transierit per nubila, Ecclesiæ tuæ conuentum, manus con-

ADVERVS STANISL' HOSIVM;  
seruet Angelica fruges, credentium mentes & cor-  
pora saluet protectione sempiterna, per te Iesu Chri-  
ste, &c.

Deinde sequitur sequentia Euangelij secundum  
Lucam de Martha.

Finito Euangelio Pontifex osculatur librum Eu-  
angeliorū, per unum ex ministris sibi porrectum.  
Tum producit super campanam benedictam signū  
crucis, & discedēs reuertitur ad locum ubi paramē-  
ta accepit, in quo dimissis sacrī uestibus uadit in pa-  
ce. Hæc ex Pontificali.

Sed quid hoc loco desideras Hosii, quo minus  
credas, campanas in Papatu baptizatas esse? Pontifi-  
cale testatur, à Pontifice campanas & tintinabula la-  
uari, quod est, baptizarit uocabuli enim Etymon nō  
potest ignorare Hosii, qui nobis & Ecclesiæ & Ca-  
tholici appellations Græcas Latinè es interpreta-  
tus. Deinde uerba baptismi substantialia accedunt,  
quando septem crucis exterius & interius quatuor  
de oleo sancto cum crismate facit, In nomine Patris  
& filii & Spiritus sancti.

Vtitur etiam sale benedicto & oleo infirmorum  
cum crismate, ne quid ad regenerationem & sancti-  
ficationem campanæ desit. Inditur quoq; campanæ  
nomen alicuius sancti. Hæc, nisi Pontificale suū abij-  
ciat, non potest negare Hosius.

Sed ad hanc uerborum baptismi prophanationē  
accedit

accedit longè horribilior Idolatria & abominatio.  
Per hāc incantationē Magicam campanæ & tintina  
bulis tribuunt, quæ solius Dei Patris sunt & filij, &  
Spiritus sancti. Consecratis.n. & sanctificatis Cam  
panis & tintinabulis tribuit uirtutem invitandi ho  
mines ad sanctam Matrem Ecclesiae, excitandi in æ  
nimis auditorum deuotionem fidei & amoris spiri  
tualis , pellendi omnes insidias Diaboli , fragoris  
grandinum , procellas turbinum , impetus tempe  
statum, infesta tonitrua , uentorum flamina . Hæc  
qua horrenda sunt auditu , moderari uidentur se  
quæria uerba: Prosternat aéreas tempestates dextra  
Tuæ uirtutis . Sed quæ sequuntur Idolatriam con  
firmant additur enim: Ut hoc audientes tintinabu  
lum tremiscant , & fugiant ante crucis in ea depi  
ctum uexillum, cui flectitur omne genu, coelestium,  
terrestrium & infernorum , quod ipse Deus noster  
Christus Iesus præstare dignetur . His uerbis mani  
festum est Campanæ, non uirtuti Dei, propter cru  
cis uexillum in ea depictum, tribui, quæ paulò antè  
ex Pontificali commemorata sunt. Adde etiam im  
pietatem: qua huic uexillo affiras fleti omne ge  
nu , quod Moses in populo suo tanq̄ horribile Ido  
latriam accusat. Christo Iesu omne genu flectendum  
esse scimus, eundē honorē exhibere cruci uel pictæ  
uel fabricatæ uel pollice Pōtificis factæ , primo De  
calogi præcepto prohibemur. Sed proh stupor, Tu

ne campanæ sonitu Sathanam fugari opinaris Hos-  
sis curus insidias gladio spiritus instructi sæpenume-  
ro difficulter repellere possunt fideles. Non campa-  
ne, sed uirtuti uerbi Dei hæc adscribi, fortasse dices.  
Sed ex te uicissim quoq; cognoscere cupio, ubi loco  
rum scripturæ extat diuinum præceptum lauandi,  
quod nos dicimus baptizandi, oleo infirmorum cū  
crismate consecrandi & sanctificandi? Non quod  
tibi uidetur, inquit per Mosen Dominus, sed quod  
ego tibi præcipio, facito. Vbi quælo extat promis-  
sio, ut consecratione & sanctificatione facta propter  
crucis uexillum in nomine Patris, & filij, & Spiritus  
sancti impressum dæmones ad sonum campanæ fu-  
gitet, & tempestates & infesta tonitrua tēperentur?  
Iussit Christus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
sancti baptizari omnes g̃etes, nō omnes campanas,  
nisi fortasse largius uocabulum creaturæ accipias,  
quando inquit Christus, Docete omnes creature, &  
in Matthæo addit & baptifate, quia uero campa-  
nas doceri non posse concedis, eadem ratione Epi-  
scopis hoc officio supersedendum haud inuitus  
concesseris. Quantum præstisset, ingenuè errorē  
& Magicam hanc incantationem & horribilem uer-  
borum baptismi prophanationem fateri ac deplora-  
re, quam uel negare uel excusare. Quibus nostris oc-  
casio non solum datur, sed improbitate uestra impo-  
nitur ea in lucem producere, & uestram impietatem  
detegere,

detergere, & omnibus prijs adeoq[ue] roti orbi spectan-  
dam proponere. Sed nunc de campanis h[oc] comme-  
morasse satis sit, reliqua plus lector ex orationibus  
recitat[us] colligere poterit, modo omnes videant uer-  
borum Br[et]on[um] ueritatem, & Hosij in hac parte impu-  
dentiam, qui campanas baptizatas esse negat, cum  
non baptizatas solum, sed etiam incantatas luce me-  
ridiana clarius ostensum sit. Atq[ue] hoc loco in men-  
tem uenit, quod in prouinciarum aliquot refor-  
matione ad doctrinæ Evangelicæ regulam facta, mihi  
aliquoties accidit, ubi dici non potest, quantum ci-  
ues in urbibus & in pagis rustici tergiuersati sint, cū  
ea consuetudo aboleretur, qua tempestate exorta cā-  
pana una uel pluribus stupidum genus hominum,  
hac incantatiōe fascinata fragorē grandinum pel-  
tere posse opinatum est. Ah, dicebant, ne quæso nos  
Iusu campanæ tēpestatibus exortis prohibeat[ur]: me-  
moria enim hominum compertum habemus, nos  
nullam cladem à grandine aut tēpestatibus in agris  
nostris accepisse, quamprimum baptizatis campa-  
nis signum datum est. Eat nunc Hosius, & neget, uel  
esse nescire simulet, quod lippis & tonsoribus notū  
est. Paucis ab hinc annis, Monachus quidam Ab-  
bas campanam baptisans, patrinam habuit Abba-  
tissam, cui, cum cāpana pulsaretur, dixit: Audi Do-  
mitia, infans uester uagit, hunc si sumptus ferre uo-  
les, ad te mittemus, ut eius rei tibi fidem faciat.

Vsum Coenæ horribiliter peruersum & propheta natum esse minus dubij habet, ubi loco dispensationis corporis & sanguinis Christi Ecclesiæ spectaculum obtrulerunt, quod ex opere operato uiuis & mortuis remissionem peccatorum & relaxationem penitentia in conficto Purgatorio mereatur, nstitutionem eius mutilarunt, qua laicos altera parte sacramenti priuârunt.

De communione sub utraque specie, ne mutus sit, ad paruulos consagit, quos tamen ipsi quoque ad communionem coenæ non admittunt. Eos autem mandato Christi non comprehendit, ex D. Pauli uerbis patet, ubi iubet, ut prius homo sese probet, quod sane non nisi de adultis intelligi potest.

Papistis mitiorem esse Caluinum Brœtio frustra ex uerbis eius & insulè colligit, qui affirmer sub crudelitate & Tyrannide Papæ Ecclesiam mansisse. Id est enim cum Lutherò Brœtius quoque docet. Sed aliud est dicere: sub Papatu esse Ecclesiam: & dicere Papatum, hoc est, Pontificem, Episcopos, & qui in ipsis impietatem consentiunt, esse Ecclesiam. Prius concedimus libenter, quia scimus per Apostolum Antichristum in Ecclesia sedere, 2. Thess. 2. Posterius per negamus. Hæc & similia multa ostendunt, hunc Epicropum in collectionibus non usque adeo exercitatum auctoriter institutum, alias tam inepitè non colligeret.

Hæreticos scripturam per scripturam interpretabatos

tatos esse, non negamus, uerum hic ipsorum peruer  
sus conatus consuetudini Ecclesiæ ueræ nihil adi-  
mit, quæ scripturam non nisi per scripturam inter-  
pretata est: collatio hæreticos tandem erroris & im-  
pietatis conuicit. Cum enim hæreticorum & Catho-  
licorum sententiæ ex diametro pugnarent, contra-  
dictio autem in scriptura est nulla, cuius testimonij  
sua tueri conabantur hæretici; horum error collati-  
one illustrium locorum scripturæ facile demonstra-  
ri potuit. Sic Arrius non auuthoritate hominum, sed  
collatione scripture conuictus est, quemadmodum  
acta declarant.

Frustra traditionibus maiorum patrocinij que-  
rit in sententia Mosaica, Interroga patrem tuum, &  
annūciabit tibi. Ibi enim Moses loquitur non de tra-  
ditionibus, de quibus inter Iudeos controuerteretur  
enius nā essent, sed de expressa uoluntate in lege de-  
scripta, & monte Sinai promulgata. Nam cū postea  
eius exemplo Pseudoprophetæ & sacerdotes quas-  
uis traditiones populo obtrudere uellēt, Prophetæ  
selectis patribus & regibus, utcūq; longa eorū esset  
series, ad fontes recurrentē docent, sicut uidere est  
lere. 44. cap. Huius uestigij nos insistentes quid heri-  
aut nudius tertius, hoc est, ante centum uel ducētos  
annos sacrificuli docuerint, & uulgus crediderit,  
non curamus, ad fontem doctrinæ cœlestis recur-  
rimus, ex quo etiam limpida & minimè turbatam

er.2. aquam haurire possumus, cū ea si maiorū nostro  
rum fidēs consentit, bene est, sin minus, ipsorum ex/  
emplo fontem aquæ uiuæ relinquere nō possumus  
& fodere cisternas, quæ aquam retinete nequeunt.

Quām sophisticatur autē, ut Rom. Pontificis do/  
minium seu potius tyrānidem afferat, quem unā cū  
membris suis pro Ecclesia Christi amplecti nō pos/  
sumus. Eius argumentum est: Quemadmodū Chri/  
sto Domino nihil derogat, quem Dominum confi/  
temur, si maximē Regem uel Principem quoque in  
terris pro Domino agnoscamus: Ita quoq; Christo  
qui est caput Ecclesiæ nihil derogatur, si maximē in  
terris Ro. Pontificē pro capite Ecclesiæ agnoscamus.

Verūm comparatio est nulla. Nam in terris do/  
minium diuinitus constitutum est propter ciuilem  
administrationem & alia ad hanc uitam necessaria  
officia. Sed quod Christus uni eam potestate dede/  
rit in rebus Ecclesiasticis & spiritualibus, qui super  
omnes totius orbis Episcopos tanquam à vītōnātūs  
emineat, id nondum demonstratum est ab aduersari/  
is nostris. Libet huc adscribere, quam potestatem  
Pontifici suo Papistæ attribuant. Dicunt enim eum  
omnia iura habere in scrinio pectoris sui, habere cœ  
lestē arbitrium, immutare rerum naturam: substan/  
tialia unius rei applicando alijs, posse aliquid de nihi/  
lo facere: Facere sententiam, quæ nulla est, aliquam:  
Esse ei uoluntatem pro ratione in his, quæ uult: Nō  
esse,

esse, qui ei dicat, cur ita facis? Posse de iniusticia face  
te iusticiam, corrigendo iura & mutando: Obtine-  
re plenitudinem Potestatis: Posse secundum pleni-  
tudinem Potestatis, de iure supra ius dispensare. In  
Decretalib. Tit. De transl. Episcopo. ca. Quarto. in  
glosa & Tit. de concess. præbendæ. ca. proposuit in  
glosa. Et iterum: Dicunt eum esse primatu Abelē,  
gubernatu Arcam Noe, Patriarchatu Abrahamū,  
ordine Melchisedecū, dignitate Aaronē, Authorita-  
te Mōsen, Iudicatu Samuelē, Zelo Heliam, mansue-  
tudine Davide, potestate Petrum, Vnctione Chri-  
stum. Du bist der Teufel. Sed redeamus ad institu-  
tum. Hosius Rom. Pontificis in Ecclesia dominium  
tanquam concessum assumit, quod illi probandum  
prius erat. Interpretes suæ voluntatis ex æquo volu-  
it omnes Apostolos Dominus, & ab hoc Pontificio  
fastu eos diligenter & fideliter reuocauit, qui iam in  
eligendo Pontifice occupati erant. Ministerium E-  
piscoporum agnoscimus, dominium nullum.

Quod ait, nisi Ecclesia ex unius alicuius authori-  
tate pendeat, nec Ecclesia, nec fides una retineri pos-  
sunt. Id probat Apostolorum ministerium,  
qui potestate & ministerio pares, per Spiritū Chri-  
sti, qui solus caput est Ecclesiæ in celo & in terra, u-  
nanimes, Fidem Christi plantarunt & Ecclesiæ Dei  
ædificarunt.

Locus Ioannis 21. Pasce oves meas, q̄z nihil ad Pe-

tri, ne dicam Rom. Pontificis primatum probandum faciat, toties iam decantatum est, ut latis mirari nequeā, qua frōte eū denuo producere audeat Hosius.

Angliæ fruſtra insultas, quæ post tot martyria prætantissimorum hominum denuo Pontificia Tyrannide sublata, respirare, & amissum donum recuperare cœpit.

Episcopis tempore Cypriani Ecclesiam alligatum fuisse, quām uanum sit, suprà copioſe expositum est.

Nam quod ad sententiam attinet ex Epistola 9. lib. 4. descriptam, quomodo intelligi debeat, suprà quoq; oſtenſum est, cum Cyprianus iubeat populi ſeſe à ſacrilego ſacerdote separare, cui non niſi propter doctrinæ puritatem coniunctus eſt, ea ceſſante, ceſſat & coniunctio.

Quod plenis buccis uociferatur, nos docere ſidem, quæ charitate defituta ſit, crassum mēdaciū eſt, nullo alio reſponſo dignum.

Duo loca ſcripturæ quoq; hoc loco horribiliter deprauat Ioan. 1. gratiam pro gratia & Roman. 6. ubi gratiam ſecundum ſomnium ſuum de bonis operibus interpretatur, cum Euāgelista & Apostolus de gratuita remiſſione peccatorum loquātur proprie Christum eiusq; obedientiam, nō de operibus, que in nobis facit per ſpiritum ſuum.

Eccleſiam ſine Episcopis eſſe non poſſe, nemo ne-

gar.

gat. Munus autem Apostolicum & pastorale est docere Euangeliū, quod cū Episcopi nostri non faciat, qui pro Ecclesiæ episcopis eos agnoscere possumus.

Promissiones, uerae Ecclesiæ Christi factæ: quod sit sp̄s Christi, quod Sp̄itu sancto regatur, quod aduersus eam portæ inferorum non præualeant, q̄d non pertineant ad Pontificiā colluuiem, ex his quæ dicta sunt, patet. Nihil enim præter inanem titulum Ecclesiæ retinuerunt, ueritate amissa, quæ in uera fide doctrinæq̄ puritate consistit.

Quapropter nō est, quod illoꝝ fulmina curemus, q̄bus hoc noīe instructi imperitos terrere conātur.

Cum monet, ne iudicemus cor hominis, quid op̄us erat: siquidem id hominis non est, quod sibi soli reseruauit Deus. Sed sententiam & doctrinam hominis iudicare, nulla scripturæ autoritate prohibetur.

Facit autem hoc loco Hosius, quod aliâs s̄epe, ut ad mores recurrat, quando de doctrina proposita est quæstio. Sint suo periculo sibi mali, modo doctrinam tradant quæ Apostolice & Prophetice conformis sit. Nec satis est homini, nisi etiam mēdatione exornet, quo criminatur nos etiam de corde hominis nobis arrogare iudicium.

Pro cōcessione assumit, quod probandū prius erat: Impia scilicet esse dogmata nostra, quapropter Episcopis nullā reuerentiā deberi q̄ ea amplectant. Nō

dum enim ullius impietatis in doctrina conuicti sumus. Nec legitimam cognitionem & iudicium recusat, ad quod uestra pars nunque pertrahi potuit.

Pro se aduersus nos Ioānis sententiam producit, Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis permanissent utique nobiscum. Agnoscimus Apostoli uerba supra quoque adducta, quibus hæreticos defectionis à lata doctrina accusat, quam Apostoli profitebantur. Sed quid hoc ad Rom. Pontificem & Rom. Ecclesiæ Episcopos? Prouent prius se se Ioānes, Petros & Paulos esse, eorūque doctrinam amplecti, tum nos quoque hæreticos iure accusabunt, si ab ipsis discessionem fecerimus.

Qui prouectioris ætatis sunt, grato animo fatentur, quod ex uobis prodierint, hoc est, secessionē à uobis uestraque doctrina fecerint. Quod ex uobis non fuerint, non suæ voluntati, sed soli diuinæ pruidentię tribuunt. Non enim propter uētrem & uoluptates sacra uestra secuti sunt, sicut non semel proximæ memoriae Lutherus fatetur, sed amore & reuerētia Dei, humanis legibus & traditionibus capti zelo agebant omnia, cum uos in hac professione præter quæstū, dignitates & uoluptates nihil detineat. Gratias ergo agūt immortales Deo, quibus secessione facta, eternum & benignū uoluntatis suę decretū reuerauerit & declarauerit eos ex uobis nō fuisse, qui in uestra impietate, cui aliquando immersi, in ea tamen perfide uerare

uerare noluerint. Negare non poterant Aposto-  
li, quin fuerint ex synagoga, quæ Christū perleque-  
batur. Sicut enim hic uociferat Hosius, ante triginta  
annos summum fuisse conuenitum, nec auditas has  
uoces: Ego sum Lutheri, Ego Caluini, Ego Philippi  
&c. Ita & Iudæi dicere poterat: ante triginta annos,  
priusq; Iesus ille Nazarenus exoriretur, Terra erat  
labij unius, & eorumdem sermonum, Egredii sunt o-  
mnes filij Israel & congregati sunt pariter, quasi uir  
unus. Sed postq; Iesus ille Nazarenus docere coepit,  
Alius est Christi, alius synagogæ, alius Iudeæ Galilei,  
alias Theudæ: & inter Christi discipulos, alias est  
Cephæ, alias Apollo, alias Pauli. Videtur ne Ouū  
Ouo magis simile, quam tempora nostra temporis-  
bus Christi & Apostolorum: Num propterea hæ-  
relos conuicti erant Apostoli, quia prodijssent ex  
synagoga?

Suprà Brētium monuit Hosius ne communibus  
uteretur argumentis: Sed turpe est doctori, inquit  
Cato, cum culpa redarguit ipsum. Quā cōmodē. n.  
in ipsum, & sui ordinis homines hoc argumentum  
retorqueri possit, lector collatione temporum & ali-  
arum circumstantiarum facile uidere poterit.

Sed audiamus quibus rationibus nos Antichri-  
stianismi conuictos doceat. Insignes aliquot Atade-  
miae, inquit, doctrinam uestram impiam iudicarūt.  
Romanus Pontifex hæreticos uos pronunciauit. In

comitjs Imperialibus Vuormatię proscriptiōis de-  
cretum aduersus uos latum est. Ergo hæretici estis.

In eodē paragrapho cū pro se dixerit, Num suffi-  
ciat accusasse miror, quomodo sui oblitus, affirma-  
re audeat, id ad condemnandam nostram doctrinā  
sufficere. Nam Lutherum editis scriptis & Bullis ab  
Academīs Louaniensi, Coloniensi, & Sorbona Pa-  
riensi hæreleos accusatū legimus, sed non conuictū.  
Vuormatię negociū Christi Lutherus egit cōstan-  
ter & intrepidē, proscriptionē tulit, hæreleos aut̄ con-  
uictus nō est. Quod si proscriptio hæreticū facit, qua-  
ratiōe Apostolos excusabis & hoc crimie libera bis.

Sed fortasse ad Ro. Pontificis confugis sanctitatē  
& iudicium, quo omnes Christi fideles stare tenetan-  
tur, penes quem aīs hac de re esse fuisse & fore sem-  
per statuendi potestatem. Verū si respondeamus,  
nos eo loco Rom. Pontificis habere iudicium, quo  
Apostoli iudicium Caiaphæ, quid Thrasonica iā-  
statōe de tuo Romano Idolo aduersus nos p̄ficies.

Clamitat: Accusatoris & Iudicis personam eidē  
Iustinere fas non esse. Quod cum sibi de Rom. Pon-  
tifice obīci posse intelligat, nostrorum exemplo id  
fecisse, impudenter nugatur. Prius citandum reum  
docet, & causæ dicendæ potestatem illi faciendam.  
Hoc, qua humilitate præstiterit Lutherus suprà ex-  
positū est. Citatum eundem Romā non ignoramus,  
auditus autem quomodo sit, acta testantur. Perinde  
enim

enim erat ac si lupi ouē ad dicēdam causam vocāret.

Sathanismum peperisse nobis, quod quilibet se pro Papa gerere uult, in Catalogum blasphemiarum reūscimus.

Vnitatem non esse certissimum signum Ecclesiæ Dei, quæ illā ab omnibus alijs Ecclesijs discerneret, contra Sotum perspicuē demonstrauit Brentius, & quomodo ea quoq; in alijs cōunitatibus ac societatibus inueniatur euidenter ostendit. Contrā hanc explicationem furit Hosius.

Principio impudenter mentitur, nos nulla de rem minus libenter dici audire, quam de unitate & charitate, quam ob causam etiam hominē charitate iustificari negemus. Omnibus enim pīs notum est, q; suum locum tribuamus charitati, et si tanq; causa iustificationem hominis non ingrediatur, quæ in gratia remissione peccatorum consistit. Et quātum in nobis est, unitati studemus, qui optamus, quantum salua religione & conscientia fieri potest, pacē quoq; habere cum omnibus. Quapropter cum Augustino libenter fatemur, Eum Dei non habere charitatem, qui Ecclesiæ non diligit unitatem.

Sed quod unitatem affirmat unum omnium certissimum Ecclesiæ signum esse, id demum falsissimum esse, refutatione rationum eius demonstrabo.

Quod Ecclesiā Christi ab alijs cōetibus discernit, id nulli cōeti communicari posse necesse est.

Vnitas alijs quoq; cœtibus communicari potest.  
Ergo unitas Ecclesiam Christi tanq; certissimum  
Signum ab alijs cœtibus discernere non potest.

Maior manifesta est. Minorem ipse Hosius con-  
cedit, cum inquit, Scimus & malis non deesse suam  
unitatem. Verum, inquit, nos non loquimur de uni-  
tate carnis. Hoc est quod Brentius urget, cum sit car-  
nis quoq; unitas, quæ interdum speciem maioris  
coniunctionis & unitatis habet quam uera spiritus  
unitas in credentibus, sicut infra exemplo demôstra-  
bitur. hinc docet, unitatem non posse esse certissi-  
mum signum Ecclesie, quemadmodum tu inepie  
colligis.

Quod si spiritum spectemus, quo agitantur im-  
pij, hunc sibi ipsi nō repugnare, Ioan. 8. Christus do-  
cet, aliás regnum eius non confisteret. Cùm ergo  
lectarij à Diabolo agitentur, Diabolus autem intet  
suos unitatem querat & consensum, quomodo ab  
eius cœli Ecclesiam Christi discernes?

Dum exemplum de Ecclesia Corinthiaca produ-  
cit, in qua alius dicebat, Ego sum Cephæ, alius, Ego  
sum Apollo, Alius, ego sum Pauli: quid aliud agit, q;  
ut hoc ipso signo doceat, quam pro Ecclesia Christi  
Apostolus agnoscit, nō esse Ecclesiam. Seden unitas  
certissimum Ecclesie signum est, id uero in Eccle-  
sia Corinthiaca non conspiciatur, quomodo iuxta  
Hosium Ecclesia esse poterit. Paulus reprehendit  
quidem

Quidem hoc schisma, sed propter illam dissensionē Ecclesiæ nomen & dignitatem non adimit, cuius in Ecclesia author diabolus & carnalis hominum affectus erant.

Contrā Saducæorum, Pharisæorum, Essæorum summa erat coniunctio, unitas & cōsensus, cum inter eos, qui Christum sequebātur, etiam inter Apostolos variæ dissensiones essent.

Nos mortis Christi beneficium hoc, quo nobis unitatem impetravit, quantum in nobis sit, irritum fecisse, mendacium est.

Quod doctrinam, quæ in Ecclesijs nostris sonat, Sathanæ Cacangelium appellat, blasphemia est, simili ei: nonne bene dicimus: Samaritanus es & demum habes?

Quām infirmum argumentum sit à dissensione personarum, ipse Hosius docet, dum commemorat tandem rationem dissensionis afferre contra nos scelerarios, quam nos contra Papistas. hoc cum intelligat Hosius, cur suprà sibi satis duxit ad probandum nos hæreticos esse, secessionem producere?

Arrogātia, fastu, & superbia nostros à Pontificia despiciuisse impietate, Mendaciū est. Donis enim divinitus instructi, si Pontifici militare uoluissent, his affectibus facile paluinar inuenissent, cū uideamus infimæ sortis homines quadratis Rusticis oriundos ad Principatus & summæ dignitates apud uos aspi-

rare, cum nostris pariter cum inopia & contem-  
ptu extrema quoq[ue] pericula tanq[ue] preclara laborum  
præmia expectanda sint.

Quadratum & sesquipedale mendacium est, quod  
scribit: Quidquid à sanctis Patribus traditum, quid  
quid conciliorum auctoritate constitutum, Quid-  
quid incredibili totius orbis Christiani consensu  
tot seculis est receptum, id tanquam hominum com-  
mentum à nobis rei[us]ci. Quæ enim piè & rectè con-  
stituta sunt, reuerenter accipimus, quæ uero cum A-  
postolica doctrina pugnant, his saluo Sanctorum  
Patrū honore oracula diuina præferimus, sicut iam  
aliquoties dictum est.

Institutum huius rei Auariciæ Lutheri fuisse, quam  
est putidum mendacium: cuius uanitatem haeredes  
pupillis relicta redarguit. Longè aliter iudicauit  
de Luthero Erasmus, cuius dictum erat, Multos di-  
xit pauper Lutherus. Quam alienus ab hoc uitio  
fuerit, nouerunt omnes, quotquot illi familiariter co-  
uersati sunt. Auariciam uero inexplicabilem Episco-  
porum & sacrificiorum quis explicare potest: quæ  
canta est, ut etiam abierit in proverbiū.

Aliquoties te nunc monui, ut à communibus ar-  
gumentis abstineres, sed quia his siue malicia siue  
ruditas tua assueuit, mercedem dignam capias cum  
tuorum ignominia coniunctam, qui mirum est, si  
te amare aut reuereri possunt, quorum causam,  
quod

Quod in te est, pessundas.

Ad exemplum de consensu Regis Achab, Principum & sacrificiorum Baal, quo Brëtius usus est ad refutandam opinionem Azoti de unitate Ecclesiæ, cum nihil prorsus respondere possit, inuidiosè exagitat quasi Cælarem & Serenissimum Poloniæ Regem cum impio rege Achab contulerit, Cum Brennus sine cuiusquam odiosa commemoratione, hoc solum probare uoluerit, Vnitatem certissimum signum Ecclesiæ non esse, sicut frustra clamat Hosius.

Sacrificulos certè uestros, alio loco non habemus, quam Baaliticos sacerdotes. De Regibus oportet quæque speramus & optamus, quibus dolet quod multis annis à uestri ordinis hominibus tam miserè decepti sunt.

Sed qua fronte negare audet, Eliam non fuisse ex eis, qui in ea Repub. natus, circumcisus & educatus erat? Sed diuinitus euocatus, illorum impuris facris contradixit, in quæ magno consensu & unitate maligni spiritus consenserunt.

Multis aduersus nos declamat, quod de paucitate gloriemur nostra. Sed conveniebat prius Episcopo nostro probare, quod hanc tanq[ue] certam Ecclesiæ notam iactaremus, sicut ipse suam unitatem. Si quid de paucitate nostra uel scriptū est uel dictū, uox tua importunitas nobis hanc consolationis uocē

extorsit, qui de magno totius orbis Christiani Imperatorum, Regum, Principum consensu gloriamini. Ad hunc enim modum & Christus suos cōsolatur: Nolite timere pusille greci, &c.

Sed peruersitas naturæ tuæ mihi ex hoc scripto non ignota est, qua studio hue delapsus es, ut fucum faceres lectori, ne intelligeret, te ad argumentum negry quidem respondere potuisse.

Similiter & ad alterum illustre argumentum, de unitate & consensu Caiaphæ, sacerdotum & Principum populi aduersus Christum cum nihil prorsus, quod ad rem faciat, respondere possit, dolorem & indignationem suam declarat, quòd Brennus non ueritus sit Sanctissimum hunc suorum Episcoporum ordinē cum Caiapha & Anna reliquisque sacerdotibus conferre. Id quām iniustè factū sit, exmia ratiōe docet, quæ digna est, ut commemoretur. De tēporibus, inquit, quibus hæc facta sunt (à Caiapha & Hanna) scripsérunt Prophetæ, quòd in die illa peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupecent sacerdotes, & Prophetæ consternabuntur. Lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Nox uobis pro uisione erit, & tenebræ uobis pro diuinatione. Et occumbet sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies: quæ omnia, sicut scripta, sic tum implera sunt. Sed quis unq̄ Prophetarum predixit hoc futurum, ut posteaquam semel occisus est Christus,

Christus, in credentium cordibus in eternum uictus  
rus, eum nihilominus ab Apostolis prædicatum to  
rus orbis ignoraret, & pro Deo Idola coleret &c. &  
quæ sequuntur.

Cum igitur hoc posterius ignoret Hosius, non  
grauabor studiose scilicet ueritatem indaganti, ostē  
dere, si forte admonitus resipisceret. Christus de no  
uissimis temporibus uaticinatur Matth. 24. Multi  
Pseudoprophetae surgēt & seducēt multos. Et iterē  
Surgent Pseudochristi & Pseudoprophetae, & da  
bunt signa magna & prodigia, ita ut in errorē indu  
cantur, si fieri potest, etiam electi. Hæc Christus de  
cæcitate senectæ mundi, quæ Papistæ aduersus nos  
semper in ore habent, sed in quem uerè competant,  
paulò pōst dicet. D. Apostolus ad Thessaloniken  
ses sic scribit: Ne quis uos seducat ullo modo, quoni  
am nisi uenerit discessio primū, & reuelatus fue  
rit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur,  
& extollitur supra omne, qd dicitur Deus, aut quod  
colitur, ita ut in templo Dei se deat, ostendēs se tanqz  
sit Deus. Num retinetis, quod cum adhuc essem a  
pud uos, hæc dicebam uobis: Et nunc quid detine  
atis scitis, ut reueletur in suo tempore (Nam mysteriū  
iam operatur iniquitatis, tantum ut qui teneret, nunc  
teneat, donec de medio fiat) & tunc reuelabitur il  
le iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu  
oris sui, & destruet illustratione aquentus sui eum,

Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ,  
in omni uirtute & signis, & prodigijs mendacibus,  
& in omni seductione iniuitatis ihs qui pereunt, eo  
quod charitatem ueritatis non receperunt, ut salvi  
fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris,  
ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non  
credunt ueritati, sed consenserunt iniuitati.

Habes Prophetas, Christum cum suo Aposto-  
lo, qui de temporibus post occisum Christum uati-  
cinatur, cuiusmodi tenebre & ex qua causa sint secul-  
ture, quæ si quis cum ea cæcitate conferat, quæ supe-  
rioribus annis regnauit, & proh dolor adhuc mul-  
tis in locis regnat, nulla explicatione indigent.

In gratiam tamen Hosij non pigebit pauca quæ-  
dam de his Prophecijs dicere.

Christum de nouissimis temporibus loqui, ne  
Hosius quidem dubitauerit. De falsis autem & per-  
uersis doctoribus loquitur, qui uenturi sint in nomi-  
ne Christi, hoc est, sue doctrinæ erroribus nomen  
Christi pretexent, ut eo facilius muadum decipiāt.  
Si in nos torquere id uoluerit Hosius, quæ sequun-  
tur refutant: Dabunt signa & prodigia magna, ut, si  
fieri potest, etiam electi seduceretur. Nulla signa uel  
prodigia nostris obiectore possunt, quibus nouā, ut  
illi loquuntur, doctrinam nostram confirmauerint  
nostrī, de quibus Erasmus scribit in Diatriba, quod  
Lutherani ne quidem claudum equū queāt sanare.

Quip

Quin potius s̄epe à nostris exegerunt signa & prodigia, qui aliās doctrināe huic obtemperare noluerūt, quibus semper in ore sunt signa & prodigia uestrorum, per quæ doctrinam ueltram diuinitus confirmatam iactitant.

Quid signorum & prodigiorum non factum ad statuas sanctorum: ut adorationem sacramenti Iudicatricā persuaderetis uulgo, quæ prodigia non producitis contemptoribus facta: Vt Missa sanctitas & Purgatoriū æstus cōseruaretur, quæ signa quæ prodigia à uestris non afferuntur: Et ut semel omnia dicam, nihil in impietate efficacius uulgas detinuit, q̄ hæc ipsa miracula, quibus homines uel adiutos uel punitos esse uociferati sunt. Non loquimur autem de miraculis sanctorū, quibus doctrina uerè pia confirmata est, sed de ijs solum, quæ ad stabiliendam impian doctrinā à Sathanā edita sunt. Hæc enim quo auctore sint facta, demonstrat D. Paulus, Cuius adventus, inquit, erit secundum operationē Sathanæ, in omni uirtute, signis & prodigijs Mendacibus. Persuasum est milerum uulgas, sanctos, quorum operem implorabant, & quos colebant, omnis generis morbos curasse: D. Paulus operationē Sathanæ appellat, & signū ac prodigiū fuisse mēdax, quo hoīes à Sathanā decepti sint, pronunciat. Et cur hanc efficiā illusionis permiserit Dñs, Apostolus in his quæ sequuntur docet, Pro eo inquit, q̄ charitatē uerita-

tis non receperunt, dedit illis Deus efficaciam illusionis ut mendacio crederent, iustum scilicet iudicium Dei. Veritas docet Patrem in nomine Filii per Spiritum sanctum in omni necessitate implorandum. huic cum homines fidem non haberent, & de eius erga nos amore dubitarent, permisit ut sanctos mortuos inuocarent, permisit quoque confirmari omnis generis uirtute, signis & prodigijs mendacibus perathanam factis. Veritas docet: Sanguis Iesu Christi mundat nos ab omni peccato. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: quam cum homines non reciperent neque diligerent, dedit illis Deus efficaciam illusionis, ut crederent iesus, qui docebant, hominem suis operibus legem Dei implere & pro peccatis suis satisfacere posse. Ut crederent spiritibus immundis, qui per sonam mortuorum mentis de Purgatorio igne, & quomodo inde animae liberarentur concionati sunt. Sed quis impietatis & iusti iudicij diuini exempla enumeraret omnia: satis sit eorum homines commonefieri, quorum plura ipsi recitare queunt.

Quam graphicè D. Paulus Antichristum caput cum suis membris discribit, dum fore pronunciat, ut in templo Dei sedeat, extollatur super omne quod Deus & cultus Dei dicitur, & ostendens se, tanquam esset Deus. Caput quod platerumque silicernum est, quomagis prophetiae respondeat, sella in Domum Iouis sui deportatur a ministris, frustra scilicet pedes natum,

& um: aut fortassis eorum maior est sanctitas quam  
ut ipsorum contactu terra digna sit, qui non purus  
homo, nec purus Deus, sed aliquid mediū inter De-  
um & hominem. Verum hac sede dominium eius  
designatur, qui sedet in Ecclesia Dei. hoc pro sua uo-  
luntate regit & gubernat omnia, tantam authorita-  
tem nactus, ut si quis ei contradicat fulmine anathe-  
matis percutiatur: omnīū scilicet iudex, qui à nemis  
ne iudicetur, qui uerbū Dei & sacramentorum uerū  
usum peruertit, quæ ab ipso Christo instituta sunt,  
sicut suprà demōstratum est. Hunc spiritu oris Do-  
mini conficiendum pronunciat Paulus & illustrati-  
one aduētus eius perpendum. Eius iam scelīx auſpi-  
cium factam est. Prædicatione enim Euangelij de  
gratuita remissioœ peccatorum propter Christum  
ex scriptis Propheticis & Apostolicis prostratae sunt  
eius leges & traditioñes in cordibus piorum, resti-  
tutus est uerus sacramentorum usus, uiget denuo in  
multorum animis uera Dei inuocatio, sanctorū de-  
lubra deserta, & omnes ad fontem uiuum relicitis ci-  
sternis properant. Nec restat aliud quidq; quam il-  
lustris aduentus filij hominis, qui eum totū destru-  
et, & cum bestia in lacum sulphureum coniūctet. Eas  
nūc Hos, & dicas, de Cæcitate hominum post tem-  
pora Christi nullum Prophetarum locutum esse.

Si hæc in Lutherum retorquere uoluerit, frustra  
conabitur, qui neq; uerbū Domini, neq; uerum la-

AD VERSVS STANISLAHO SVM,  
 cramentorū usum peruerit, sed restituit iuxta præscriptum uerbi & uoluntatis diuinæ. Cum Ro. Pont. contra præscriptum Domini non nisi rationes humanas producere queat, quæ uerbo Domini satis refutatae sunt.

Quod crudeliores in Christum simus, quam olim Iudæi fuerunt, conuicium est, propter iusticiam ferendum.

Nouimus & Sathanam suos haberè Martyres, cum causa non poena Martyrē faciat, nihilominus tamen gloriari possumus nos aliquando cum alacritate aduersus eos staturos, qui nos angustiauerunt. Ex doctrina non poena faciendum est iudicium, Et si ex uobis paucos uidimus Martyres, qui impietatem uelstram tantundem defendunt, donec ocio, quod illi pacem Ecclesiæ appellant, frui licet. Eius spe adempta, facile in eorum partes concedunt, apud quos non nisi professione ueritatis, quæ possident se se retinere posse uident.

Ignotum crudelitatis exēplum profert: Genevæ cuiusdam personæ triste cadauer post sepulturā cruci affixum, quod peteret sibi catholice Ecclesiæ ministri sacramenta. Quod uerum sit nec ne Genevensis Respub. respondeat. Ego iudico impudens esse mendacium, & in eorum catalogū rejciendum, quos cum iam innumeraferè in hoc eius iniusto uolumine recensuimus.

De crudelitate uestrorū in uiuos & mortuos propter cōmunionem sub utraq; specie à Christo institutam & piè usurpatā non attinet hīc quidquam cōmemorare, quæ roti Christiano orbi declarata est.

Et quid aliud, quæ sequuntur, quām inexplēbilē cupiditatē sanguinis & crudelitatē spirat? quibus nos tanq; Psychotyrannos, exquisitissimis supplicijs dignos & afficiendos censes, & Regum ac Principum alios ad eā immanitatē tua uenenata ligua in flāmas.

Cū hec scriberes, Mitra & Episcopali habitu te in dutum fuisse, prophetia Caiaphæ demonstrat: In Saxoniam, inquit, Lutherus una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, quantum ex ea sit incendium extitatum, quis est, qui siccis oculis commemorare queat. Hoc ei æquipollit: Prestat ut unus moriatur, quām ut tota gens pereat. Et iterum: si dimittimus eum, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent gentem & locum. Si uoluntates spectentur uestraræ, his nihil defuit ad extinguendum Lutherum, & quibus artibus id à uobis sæpe tentatum sit, ut è medio tolleretur, non est ignotum. Quod igitur ex manibus uestris euasit, qui Martyrium sæpe optauit, id diuinæ prouidentiæ ac bonitati tribuendum, quo testatū fecit, frustraneos uestrros fore conatus, si aduersus stimulū calcitretis. Scintilla in flāmam evanescit, quam uestra crudelitas extinguere non poterit amplius. Pestis erat uiuus, moriēs uestra mors erit.

Nos corā tribunali Christi cum fiducia stare nō posse, quod nos ab ipsius Christi corpore separauerimus, una collectio est. Prius em̄ probet suos cor̄pus Christi esse, quod hactenus non nisi friuolis rationibus demonstrare conatus est. Maioribus pro more suo ludit, quod pleriq̄ possunt omnes: ad minorem cum uentum, uerbis non destituitur os blasphemum, sed quibus nullae res, nullæ prorsus uera probationes subsunt.

Quapropter peruersum huius hominis iudicium non moramur. Scimus extra Ecclesiam Christi nullam esse salutem sperandam, eius nos per gratiam Dei uiua profitemur membra, in qua ut permanemus, ab Ecclesia malignatium secessionem fecimus, & ab ea egressi sumus, ne plagarum eius & suppliciorum particeps fieremus. Vindicabit enim suo tempore, quem suderunt innocentem sanguinē, & redetur illi pro sua crudelitate duplicita, cuius hic Hussius fax & præco fuit sceleratissimus.

Ideoq̄ frustra in nobis reuocandis laborat. Nominamus huius matris, quā ipse prædicat, virtutes, nec ignoramus nobis gratiam & omnis generis honores & dignitates paratas esse, si ueritate abiecta, blasphemiarum & errorum uestrorum patrociniū suscipieremus, quod exempla transfigurarum testatur. Sed prior nobis Dei est, quam hominum gloria, & pluris aestimanda animæ salus, quam huius mundi bona.

bona. Eius iudicium è celo expectamus, cum in certis nullam legitimam doctrinæ cognitionem fieri videamus: si conuertendos conuertat, reliquorum conatus ut modum statuat, rogamus.

Et hæc pro defensione Prolegomenorum Bren-  
tij, Apologiæ eius si aliquas partes suis sordibus al-  
perferit, inuenier etiam, qui eas abstergat.

Restat, ut coronidis uice ad ea quoq; breuiter re-  
pondeamus, que primo loco ab autore posita sunt,  
quibus exagitat dissensiones, quæ inter nos, post reluscitatem Euangeliæ doctrinam, exortæ sunt.

Hoc argumentum nunc tertio mihi tractandum  
uenit. Nam aduersus Staphyli mēdacia & calumni-  
as, qui idem propositum habebat, ut demonstraret,  
proprietà dissensiones nostras Augustanæ confessio-  
nis doctrinā nulla certitudine nitit, breuiter, sed quā  
tū satis erat, respōsum est. In comicis p̄ximis Augu-  
stanis Nycticorax tabula descriptas calūnias & mē-  
dacia eiusdem argumenti omnibus spectanda pro-  
posuit, cum sibi malè conscient ac causa dissidens suū  
celavit nomen. Ad ea quoq; lingua uernacula respō-  
di, ut uanitas autoris refutaretur, qua labem doctri-  
næ, omnibusq; ijs, qui eam amplectuntur, asperge  
re conatus est.

Nunc tertius aduersus nos insurgit hostis Hos-  
us, & eandem materiam, ut sibi quidem uidetur pro-  
dignitate explicat. Ne igitur hoc studio dissimulatū

331 ADVERSVS STANISL. HOSIVM;

anobis & præteritū calumniari possit, qua fieri potest breuitate ad ea quoq; respondebo.

Magnum fuisse in Pontificio regno consensum; non est quod multis declamaret Hosius. si dicamus penè eūdem, qui ante tempora Christi in Regno Iudaico erat, fortasse non errauerim.

Quod Vladislauum & Vitoldum Poloniæ reges commendat, qui oblatum regnum Bohemiq; recusarent, ne cum Bohemis consortio, aliquid indignum Christianis Principibus cōmitterent. Nos commemoratos Reges (Si modo uera narrat Hosius) excusamus, quod aliter persuasi, & q; pia doctrina & fides Bohemorum esset ignorantes, suam ipsorum conscientiā grauare noluerint. De qua, si rectius edocti fuissent, fortasse regnum quoq; hanc ob causam non aspernati fuissent. Studium ergo in illis laudatur, errore autem factum esse, qui excusari non potest, nemmo pius negabit. Sed non ignoramus quo consilio hæc ab Hosio dicantur, ut scilicet Sereniss. regem in Romanæ sedis obedientia & obseruātia contineat, cuius aius metuit, ne in partes pię doctrine inclinet.

Quod aut̄ inscelix appellat seculū, quo Lutherus docere coepit, more pseudoprophetare loquit̄, idem crimen ueris Prophetis obijciebat. Et sane negari non potest, Prophetarum conciones plæruntq; magnas calamitates secutæ, quarum ipsi causa non erant, sed populi impietas, qui uerbo Domini non obtemperabant,

ebtemperabant, sicut Amoz 3. cap. scriptum est: Nō faciet Dominus Deus uerbum, nisi reuelauerit decretum suum ad seruos suos Prophetas. Sibi ergo & suis infelix saeculum est, quorum mentes suo iusto iudicio excæcauit Dominus.

Nos uero pro hac fœlicitate Deo gratias agimus summas & immortales, quod nos tam benignè respxerit, & ex densissimis tenebris accensa Euangelij luce liberauit. Calamitates & ærumnas, quas propter multitudinis ingratitudinem immitteret Dominus, patienter laturi, modo hunc thesaurum in fictilibus uasis retinere ac custodire queamus.

Initium certaminis inter Lutherum & Ro. Pontificem de Indulgenciarum mercatu erat. Ad quod Lutherum non recti zeli feruore, neq; studio pietatis adductum affirmat Hosiüs, sed cum permolestè ferret, quod sui ordinis Fratribus prædicandarum Indulgenciarum antea munus mandatum erat, qua ex re non parum etiam emolumenti capiebant, id ad Dominicanos translatum fuisse, sicq; suis illud commodum interuersum: hæc illi causa fuerit in certamen illud prodeundi. Hoc inquam impudens lessipedale & Hosianum mendacium est, cuius uanitatem acta ipsa redarguunt.

Quod uero id uerbis Lutheri comprobare nititur, quanta sit hominis uel inscitia uel malicia, conspici potest: Lutherus, inquit, à quibusdam ad-

monitus, quandoquidē Dei causa tractaretur, ut mo destius eam in sp̄itu lenitatis ageret, in h̄ac uerba prorupit: non propter Deum h̄ec res cœpta est, neq; propter Deum finietur. Ergo Lutherus nō rectio ze lo, sed cupiditate pecuniæ eam suscepit.

Nō enim de se, sed de Eccio & aduersæ partis stu dio locutus est Lutherus, quos constat non propter Deum, sed uanam gloriam & quæstum Lutheru contradixisse.

Quapropter maligna h̄ec & Sathanica uerbora eius est interpretatio, ut suo mendacio suum quæ reret, quo homo sine fronte non erubescit iterū atq; iterum inculcare imperito lectori: Certum & indu bitatum esse, quod ne mutiuisset quidem Lutherus contra indulgentias, si predicandarum illarū negocium sui ordinis Fratribus datum fuisset, sed cū per alios intercipi uidisset, quod suis datū fuisse maluisset, ea uero iusta illi causa uisa fuerit, quam obrem itas tantas tragedias excitaret.

Basis ergo & fundamentū primi libri Hosiani de h̄eresibus nostri temporis, est crassum Hosianum palpabile mendacium, Dum affirmat: initio non ali am, quām pecuniæ cupiditatem Lutherum impulisse, ut separationem faceret à Regno Pontificio. Eius lector meminisse uelit, ut sciat, quantum fidei in reliquis ei habendū sit, dum criminaliter ad eam accessisse glorie cupiditatem cum vindicta studio, quod exarserit.

exarserit in odium implacabile. Quām nihil eorum intermisit, quæ ad componendam causam facere ui debantur, ac nisi diuinitus ad hoc institutum per traetus fuisset, facile animum suum tot comminationibus & splendidis promissionibus expugnari passus esset.

Nunc quomodo causam suam scribat egisse Lutherū, quoq; uideamus, qua in parte sibi non est dis similis Hosius, qui cum vanitati addictus sit, ueritatem abiurasse uidet, usq; adeo nihil ueri aut synceri in hoc eius iniusto uolumine reperire licet.

Principio nugatur, Lutherum nulla ueritatis ratione habita in hoc incubuisse unicè, ut Romani Pōtificis derogaret authoritati, cui ut incōmodaret, paratus fuerit etiam prēsentiā Christi in coena negare.

Sed quām uenenata sit hęc calumnia lector candus etiam sine monitore uidebit. Sāctissimae memorię uir Lutherus (Libet enim in gratiam Hōsiū eum propter merita hoc tūlo, Idolum scilicet nostrum ornare Islebiense) in hoc laborabat, ut uerbum Domini ac uerum usum sacramētorum restitueret, quæ misericorū corrupia & depravata erant à Rom. Pontificis colluuie. In primis uero. Sacramētum Domini cœcēt, quod in horribiliorem Idolatriam cōuerterunt Papistæ, q; quisq; latē cogitare possit, dum prostituebatur ad iniustissimum questum in nundinatione Missarum : altera eius parte priuabantur

Iaici, adorabatur frustulum panis loco filij Dei, circumferebatur ad conseruandas fruges à tempestibus, & similia. Si igit ex uerbo Domini demonstrari potuisset, panem Cœnæ esse nudum panem, & corpus Christi solum significare, quām facile erat Idola triam euenter Papatus, que per sacrificulos cū pane consecrato exercebatur. Magis igitur in ea parte Carolstadiū accusat Lutherus ad vindicandā & asserendam ueritatem, quām ut in odium Rom. Pontificis paratus esset in Eucharistia præsentem Christum negare.

Mendacium est, quod in omnibus dictis, factis & scriptis iram & odium consultores adhibuerit Lutherus. Fuit sanè natura uehementioris ingenij, sed scabiosum uestrum caput tale requirebat lixiuium, quod ab initio nulla moderatione sanari poterat. Euellendi erant prius hac eius leueritate trunci ac stipites, ut demum semē uerbi Dei cum spe fructus inferi potuerit. Quod igitur uos iram & odiū, nos Zelum & amorē pietatis rectè appellamus in Lutherō. Blasphemia est, dicere, omnia quæ à Lutherō profecta sunt, non aliunde quām à Diabolo profecta esse.

Sed quām impudens eius est mendacium, quod scribere non ueretur: Lutherum, nocte bene potum & hilarem, postridie mane reperitum esse in lecto mortuum, qui quām placida morte, plenus Spiritu sancto, & uerbo Domini aduersus tentationes armatus,

matus, animam in manus Dei resignauerit, non collegae solum, sed Illustrissimi Principes ab Anhalt tesse esse possunt.

**E**uangelium à Luthero prædicatum, non à Deo sed à Sathan a profectum, Blasphemia est.

Lutherum noluisse lectatores suos appellari Christianos, impudens mendacium est, nulla refutatione dignum. Quod enim Euangelici uocantur, id uulgi magis factum est consuetudine loquendi, quam quòd Lutherus unquam hoc nomine aliquam separationem à uera Ecclesia quæsierit, quæ rectè dicitur & Christiana & Euangelica, siquidem uerum & æternum Euangelium Christi amplectitur, cum Pontificij humanas traditiones adoren, cum uerbo Domini ex diametro pugnantes.

Quam peruersè exagitat temptationem Sathanæ in Luthero factam de sacrificio Missæ, (sic enim cogitationes & ignita tela Sathanæ appellat, quæ sibi infixa erant). Atque inde assumit: Lutheri doctrinam esse à Diabolo profectam. Verum si quis, quæ eo loco scribuntur, diligenter expendat, extremam maliciam Hosj depræhendet. Docet enim Lutherus, Sathanam ab initio proponere uera, quibus postea ad desperationem hominum conetur abutiri: si aut uera erat, quod satanā lude dixerat in corde, Inno centē sanguinē prodidisti. Sed qd idē inferebat: Va de ergo & suspēdere, nō sequeba nec essari modo.

per ueram poenitentiam ad gratiam Christi assur-  
xisset. Ita uerum est, quod Lutherò dixit Sathanā, hoc  
est, per cogitationes suggesit, Cum Missando con-  
tra institutionem Christi feceris offerendo panem  
& uinum, quæ Christus iussit distribuere, ideo  
præter panem & uinum nihil obtulisti aut spectan-  
dū proposuisti, quo spectaculo horribilis Idolatria  
abs te multis annis est perpetrata. Hoc fateri coge-  
batur Lutherus, sed quod uolebat malignus, ut tali-  
bus cogitationibus ipsum cōficeret, id cum per gra-  
tiam Dei animaduerteret, respirauit. Nec Sathanæ  
hoc inuentum esse affirmat, sicut tu Clamitas, impu-  
dens os, Sed Spiritus sancti collectio, qua cum Lu-  
therus agnoscet horribilem Idolatriam, eius agni-  
tione abuti uoluit Sathanā, ad extingendum Luthe-  
rum. In summa, Lutherus hac ipsa disputatiōe ostē-  
dere uoluit, quām probè à spiritu Dñi bono pariter  
& maligno exercitatus fuerit, donec de abroganda  
Missa priuata consilium cooperit, quod nō authore  
diabolo sed Spiritu sancto perfecisse, ea quæ sequū-  
tur & præcedunt in eodem libello satis demonstrat̄  
argumenta, quibus portæ inferorum non præuale-  
re possunt.

Manifesta igitur calūnia est, quod Hosius infert,  
Luther hanc doctrinam à Sathanā accepisse, quam  
per Spiritum Christi expresso Dei uerbo non sine  
lucta edocitus esset, qua Sathan abuti uolebat, sicut  
exempli

exemplū declaratū est. Ac probè sciebat Lutherus,  
tore ut his uerbis offendantur Papistæ, quibus uolu-  
pe est carpere non docere, quapropter uoluit in il-  
lorum gratiā προστίπλαθεν, ut quid scriberet animad-  
uerterent, seç illorum peruersas & malignas inter-  
pretationes non curare.

Blasphemia ergo est cūm insigni mendacio con-  
iuncta, Doctrinam Lutheri Diaboli doctrinam, &  
uerbum eius ipsissimum uerbum Diaboli esse, non  
calamo sed fulmine refutanda. Si uero hoc sufficiens  
est Holsij argumentum, Lutheri doctrinam propte-  
reia diabolicam esse, quia à Diabolo tentatus est. Pa-  
ri ratione non minus cauillabitur doctrinam Chri-  
sti filij Dei, quod ipse quoq; à Diabolo horribiliter  
est tentatus.

Fallacia accidentis est, Lutheri doctrinam secuta  
est separatio. Ergo Diabolica est. Accidit enim idē  
quoq; doctrinæ Christi & Apostolorum, cuius se-  
parationis ipsa doctrina causa non est.

Mendacium est, Lutherum omnia scripsisse, ut  
quos Christus precioso sanguine congregauit, sepa-  
raret. Cōtra em, quos Potificij Idolatre corruperāt,  
& à Christo abalienauerant superstitione, hos Chri-  
sto per Spiritus sancti gratiā adduxit Lutherus suo  
ministerio.

Quæ controuersia statim ab initio exorta sit inter  
Carolstadium & Lutherū, omnibus notum est. Fa-

358 ADVERSUS STANISL. HOSIVM;  
ctum Carlostadij, quod ad rem ipsam attinet de ab-  
rogata Missa & eiectis statuis, quæ ad Idolatriā pro-  
stabant, non displicuit. Modus uero agendi Luthe-  
ro improbabatur, qui Lutheru uisus est minimè A/  
postolicus. Prius enim uerbo Dei conscientiæ probè  
muniendæ & confirmandæ erant, quam consueta sa-  
cra abrogarentur. Parcendum quoq; erat infirmis  
in fide, qui nondum rectè instituti erant. Potissimum  
uero magistratus officium esse docuit Idola tollere,  
in quibus plebs non facilè modum tenere potest.

Hæ ratiōes sunt, quibus adductus Lutherus, mo-  
dum agendi in Carlostadio improbavit. Putidum  
igitur, sed tali Episcopo non indignum est mendaci-  
um, dum affirmat, id non nisi gloriæ cupiditate à Lu-  
thero factum esse, quòd æ qualē ferre non potuerit.

Fallacia est accidentis & à dicto securdum quid  
ad dictū simpliciter, qua argumentat ex uerbis Lu-  
theri Hosius. Spiritum Iconomachorum nō esse bo-  
num, spirare cædes & seditiones. Lutherus de uul-  
go imperito locutus est. Hoc interpretatur Hosius  
in genere de omnibus, q; imagines abolent, qua rati-  
one S. Reges quoq; notarentur ueteris Testamenti,  
qui præcipue hac nota sunt insignes & à Domino  
commendati, quòd excelsa abstulerint.

Lutherum sua doctrina de sacramento Cœnæ oc-  
casione dedisse, quos uocant, Sacramentarijs, ut  
præsentiam corporis & sanguinis Christi in Cœna  
negent,

negent, quām uanum sit, ratio docet, ab ipso Hosio allata. Nulla enim consequentiæ ratio subest, Luihe  
rus negat transubstantiationem panis & uini in cœ-  
na, Ergo docentibus fauet, Christum in cœna non  
esse præsentem.

Nam quod ad transubstantiationem attinet, ex  
D. Paulo constat, panis substantiā neq; mutari, neq;  
in substantiam corporis Christi transire, sed mane-  
re, quo symbolo uerum Christi corpus dispensatur <sup>1. Corin. 11.</sup>  
lumentibus. Panis inquit quem frangimus, non spe-  
cies panis: quoties de pane hoc comedeleritis, non de  
specie panis loquitur. Etsi non negemus cū sermo  
est de toto sacramento, panē quoq; posse speciem di-  
ci, si cum re signata conferatur, que loquendi formu-  
la substantiam panis nō negat, ut perinde sit dicere,  
sub specie panis disp̄lsari uerum Christi corpus, ac  
si quis dicat: cū pane dispensari uerū Christi corpus.

Dum Lutherum carpit, qui nefas ducit, extra  
sumptionem Christum in Cœna adorari, quid ue-  
ra consecratio sit panis Coenæ, se si ignorare demō-  
strat Hosius. Falsinatus enim magica sua incantati-  
one, opinatur, ueram consecrationem in nuda uer-  
borum Christi mulssitatione consistere, idque non  
Christi, sed hominis ministri eius. Nos contrà ex  
verbis Christi & Apostoli docemus, consecratio-  
nem eius, in institutioue Christi consistere, que mu-  
tilata cum fuerit & uiolata, nullam consecrationem

Christus enim prius quam diceret: Hoc est Cor-  
pus meum, hic est sanguis meus, dixit, accipite, co-  
medite, accipite & bibite ex hoc omnes. Haec non Lu-  
theri sed Christi uerba sunt, quibus docetur usum,  
hoc est, sumptionem de substantia huius sacramen-  
ti esse, uult enim nos hoc cibo uisei, quem pronunci-  
at carnem suam esse.

Frustra igitur calumniatur Lutherus verbis Chri-  
sti derogare suam consecrati virtutem, cum contra-  
doceat, Papistas uerba Christi, quae consecrationis  
appellant, mutilare, ut suam magiam & Idolatriam  
confirment.

Quod ait, Lutherum fraudibus Buceri eò addu-  
ctum, ut concederet, quod extra usum non sit in cœ-  
na uerū corpus & uerus sanguis Christi, Id crassum  
& palpabile mendacium est. Priusq; enim inter Bu-  
cerum & Lutherum cōcordia institueretur, ex præ-  
scripto uerbi Dei haec Lutherus Ecclesiæ Icriptis  
tradiderat.

Quid iūuat quæso Hos in argumēto & negotio-  
ram serio & graui operam dare uanitati? An opinia-  
tus es, quenq; fore, qui haec tua crassa mendacia no-  
intelligeret, aut non refutaret? Alijs rationibus utra-  
ris necesse est, si causæ nostræ incommodare uelis,  
quam mendacijs, quibus ceu fulcris cum uestra inni-  
tantur,

tantur, quæ aduersus nostros propugnat̄is dogma-  
ta, ruinam in tanta ueritatis luce minantur.

Nec opus erat tam odiose cōmemorare schisma  
de negotio Cœnæ exortum, quod nostri nunq̄ dis-  
simularunt, quibus doluit semper, fuisse quidam,  
q̄ plus rationi humānæ ac suis cogitationibus tribue-  
rēt, quām simplici & aperto filij Dei uerbo: qui sicut  
disertè affirmat: Carnem suam uerè esse cibū, sanguī-  
nem suum uerè esse potum, ita uirtute uerbi sui uerè  
etiam ac præsenter cum pane & uino Cœnæ uten-  
bus ea distribuit. Hic piorum officium est rationem  
captiuam ducere in obsequiū Christi, nec cogitati-  
onibus humanis indulgere, sed in uerbo Christi ac  
quiescere, qui cum æterna sit ueritas, etiam quę pro-  
mittit præst̄ re posse minimè dubitandum est.

Hoc uero schisma, fructum fuisse doctrinæ, quā  
Lutherus de Cœna tradidit, sicut Hosius non mi-  
nus impudenter quām blasphemè affirmat, fallacia  
accidentis est. Sicut enim Apostolus ait: oportet se-  
das esse, ut qui probati sunt manifesti fierēt. Ita quis  
fuit Lutherus, qui omnium animis imperare potue-  
rit, ne eiusmodi in uulgo spargerentur?

Sicut igitur Ebrietatem uini, sic schismata doctri-  
næ Euāgelicæ fructum dicimus, neutrum per se, sed  
per accidens, quorum prius non uino, sed uini ab-  
ulit, hoc est, immodiā ingurgitationi, posterius  
peruersitat̄ ingeniorum tribuitur.

Brentium in ea opinione fuisse unquam, ut iudicet, sacramentum Baptismi liberum esse, impudens mendacium est. Nam quæ de forma baptizandi in eius Catechesi extat explicatio, quam nihil habeat uel nouitatis uel impietatis, candidus Lector eo loco doceri potest. Vbi docet omnibus modis formam baptizandi usitatam in Ecclesijs retinendam esse. Cuius quæ sit sententia dilucidè & perspicuè explicari, ut omnes intelligent uirtutem Baptismi in uerbo & promissione CHRISTI consistere, quæ nobis regeneratio promittitur, tantumq; beneficium offertur & communicatur baptizatis, quod fieri docet in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Quæ fuerit Lutheri in dicendo & scribendo libertas, omnibus notū est. Quod ergo eum scripsisse Hosius profert: Precurram, (inquit Lutherus) dum glorioſiſſimi uictores de una aliqua mea hæſi (ut Papistis uidetur) triumphant, ego interim nouam moliar: hoc inquam maligne calumniatur Hosius, quasi Lutherus odio personarum subinde aliquid noui comminisci uoluerit.

Erat in hoc totus Lutherus, ut ueritatem erueret ex densissimis tenebris humanarum traditionum, quibus inuoluta erat.

Dum ergo Papistæ suis indulgentijs farciendis occupati sunt, Lutherus in uero usu sacramento-

rum

rum restaurando labōrat. Hoc ueritatis eruendæ  
& propagandæ studium ueterator Hosius uindi-  
ctæ cupiditatem interpretatur. In quo per gratiam  
Dei adeo manifesto & aperto Dei uerbo munitus  
& confirmatus fuit, ut conciliorum autoritate  
siquid contra statuerint, tanti non saceret, ut insti-  
tutionem Christi pervertere queant. Id Sacramen-  
to Cœnæ Domini comprobauit. Vbi de institu-  
tione Christi certus, quod sub utraque specie ut lo-  
quuntur, sumenda sit à Laicis Eucharistia, tanta  
 $\pi\lambda\kappa\phi\phi\pi\alpha$  Spiritus propugnauit, ut liberè pronun-  
ciari fese in despectum eiusmodi conciliorum con-  
traria facere uelle, quæ sibi superuerba & instituti-  
one in Christi tantam potestatem arrogarent: Tum  
demum à laicis Eucharistiam sub utraque specie su-  
mendam, non quia Christus ita instituisset, sed  
quia concilium ita dixerit. Quæ enim maior  
impudentia esse potest, quam hæc est, qua homi-  
num decretum instituto ac mandato Christi præ-  
sertur? Hæc impudentia aduersariorum Lutheri  
eam extorsit uocem, in qua exagitanda multum da-  
borant Papistæ, sed dum eam non nisi calumnian-  
do deprauant, quasi omnibus concilijs debitam  
deroger authoritatem, hoc ipso causam suam dete-  
riorē faciūt. Et in his exemplum Apostoli imitatus  
est Lutherus, q' idēq'd Lutherus de altera aut neu-  
tra specie sacramenti, ipse de circūcisioñe scripsit: Nec p;

Titus, inquiens, qui mecum erat, cum esset Gentilis  
cōpüssus est cīrcūcidi, sed propter subintroductos  
falsoſ Fratres, qui sub introducto explorare liberta-  
tem nostram, quā habemus in Christo Iesu, ut nos  
in seruitutē (Conciliorum) redigerent, quibus neq;  
ad horā celsimus, subiectione, ut veritas Euāgeliū  
permaneat apud uos. Eccliterum: Ecce ego Paulus di-  
co uobis, si circuncidamini, Christus uobis nihil  
proderit.

Nulla pugnantia in uerbis Lutheri est, qua pri-  
mum petiſt, ut concilium laicis permitteret uolum u/  
triusq; partis sacramenti. Deinde uero scripſerit: Si  
quo casu concilium statuereret, minime omnium noſ  
uellemus utraq; specie potiri, imo tum primum in  
despectum concilij uellemus, aut una, aut neutra, &  
nequaq; utraq; potiri, & planè eos anathema habe-  
re, quicunq; autoritate talis concilij potirentur u/  
tracq;. Hic Hosſius, quid, inquit, scribi potuit Arrogā-  
tius: Sed heus bone uir, sustine parūper. Nulla hæc  
uel inconstantia uel arrogantia in Lutherō fuit. Nā  
quod petiſt, ut concilium concedat uolum utriusq;  
speciei laicis, propterea ne liberè illorum uolunta-  
ti permisit, hoc uel concedere uel denegare? Tyran-  
nidem illorum hac petitione accusauit magis, qua  
contra institutionem Christi faciebant, q; ut aliquid  
potestatis in eo eis tribueret. Cum hac sententia nō  
pugnat, se authoritate concilij non uelle utraq;, sed  
una

una aut nulla parte sacramenti uti. Non enim cōcilij sed Christi autoritate utraq; specie utendū est, qui utramq; speciem instituit, quam institutionem nullius hominis decretum mutare potest sine grandi sacrilegio. hęc ultima fuit Christi testatoris uoluntas, nullis rationibus uiolanda. Hac nixus Lutherus utrāq; speciem sumit: qui uero id concilij solius auctoritate faciūt, hos anathemate percutit Lutherus, apud quos maior est hominum quam Dei, traditionum humanarum quam uerbi Dei auctoritas. Sed de contradictionibus, quae de Luthero apud Papistas sparguntur, si quid amplius cognoscere cupis, libellum aduersus Anglię Regem scriptum consulas, ubi suam mentem perspicue explicat.

Non utimur cœna Domini sub utrāq; specie, q; Lutherus ita sanciuierit, sed mandato & institutioni Christi obtemperamus, qui utramq; sacramenti partem tam laicis quam Ecclesiæ ministris instituit.

Eiusdem generis est in Lutherum ab Hosio conficta calumnia, q; totius Ecclesiæ Catholicæ placita contemplerit, cuius ut apud eum sacrosancta fuit auctoritas: ita hoc solum contēpsit, quod cum expresso Dei pugnabat hominum nō Ecclesiæ Christi decretum, quae Christo nunq; contradicit.

Sacrificium Missæ pariter cum Baalitico sacerdotio euertisse Lutherum suo ministerio, libenter confitebitur, ac ipsi quoq; Dominū rogamus, ut in eore

ADVERSVS STANISL<sup>VS</sup> MOSIVM;  
quoc<sup>z</sup> concidat animis, qui adhuc in tenebris & in  
umbra mortis sedētes Cœnam Domini adhuc pro-  
phanare pergun<sup>t</sup>.

Quām ingens peccatum commisit iudicio Hosii  
Caluinus, quōd sacras uestes (sic appellat habitum  
missalem) luminarium usum & campanarum pul-  
sum prorsus ex Ecclesia elecerit, Facinus non nisi  
morte piādum. Ratio Hosiana. Ne quod, inquit, es-  
set inter sacra & prophana discrimen. Video non si-  
ne causa dolere Hosio, luminarium usum per Cal-  
uinum ex Ecclesia reiectum, qui usque adeo cæcus  
est, ut nondum videat, quid sacra differant à pro-  
phanis, nisi his luminaribus accensis, & sacrificulis  
suis pannis undiquaque obsitis. Egregia profecto  
ratio ad conuincendum impium facinus, quod mi-  
rror sacrilegium non appellauerit. Quis insaniam, &  
furorem istorum hominum non miretur: nullum  
ne inter sacra & prophana discrimen sublatissimis  
uestibus, & extinctis luminaribus, & abiectis Cam-  
panis: quæ omnia ab Apostolis non esse usurpata  
constat, qui tamen hoc discrimen fideliter Eccles-  
iae tradiderunt, ut possent inter sacra & prophana  
discernere.

Eucharistiam & si probamus ægrotantibus exhibi-  
beri, quōd propter morbum ab Ecclesia auulsi non  
sunt, quibus propter tentationes conscientiæ in pri-  
mis hac consolatione opus est, tamen ut illam tan-  
quam

quām simpliciter necessariam urgeret, nō habet unde probet Hosius. Non enim sine Christo decepit, qui lecto decumbens, sacramento non est in lecto usus, modo suam pietatem declarārit, prius quām in morbum incidit, & secundum institutionē Christi Eucharistia usus est. sicut uidemus quosdam uel grauitate morbi uel alia necessitate impeditos, quo minus hoc Sacramento denuo utantur. Nec euauit Christus, quem ualentes perceperunt, quia in ipsis manet & ipsi in Christo in æternum. Ita ergo ægrotorum communio commendatur Ecclesiæ, ut amplius ab hominibus nō exigatur, quām institutio Christi à nobis postulat.

Sed quām improbè cauillatur doctrinam Caluini de Baptismo, à quo, impudenter scribit, docerit non multum ad salutem interesse baptizetur infans nec ne, ac eius usum non esse necessarium, quia sit opus. Opera autem didicerit à Luthero non necessaria esse ad salutem. Non possum satis hominis huius impudētiā mirari. Caluino enim nihil minus quod ego sciam, in mentem uenit unq, quām quod hoc loco de ipso nugatur Hosius. Docet enim Calvinus in Institutione Christianæ religionis, quanti faciendus sit à Christianis baptismus Infantum, & Anabaptistarū argumenta refutat grauiter, ut quisquam alius, & quām necessarius sit illis baptismus multis argumentis demonstrat.

Quia uero interdum accidit, ut in partu moriantur infantes, aut priusq; Ecclesiæ offerri potuerint ad baptismum, quedam de infantium Christianorum priuilegio ad consolationem paratum tradit. Cum uel saltem alter parens sit fidelis, liberos non ex carnali natiuitate, sed promissione Dei hoc habere prærogatiuæ præ alijs liberis impijs paréibus natis, quod nati sint in fædere promissionis, ad quos etiā propter promissionem factam baptismus pertineat. Eius usu cum necessitate exclusi sint, nihil illorum saluti incommodare.

Hæc à Caluino piè & eruditè de infantibus & illorum baptismo, contra uestram impiam doctrinā, qua sine uerbo Dei eiusmodi infantibus plorū patientum, qui sine baptismo deceperint, nescio quem angulum designastis, in quo aspectu Dei priuentur in æternum, nec sepulturæ loco dignati estis, ubi baptizatorum recondūtur corpora. Quapropter plus lector in hac parte tuos non curabit clamores, si que à Caluino scripta sunt legerit, & depravationes tuas deprehenderit manifestas.

Odiosam dēmum instituit collationem Lutherorum & Zwinglianorum: & que utrincq; in certamine de Coena acerbius inuicē uel dicta uel scripta sunt, excerptis Hosiū, ut hac ratione doctrinam Evangelij apud suos reddat exosam. Verū ea quoq; parū proficiet. Etsi enim negare nō possumus, graui simam,

simā esse inter nos de Cœna Domini cōtrouersiam,  
 Id tamē fēnoris ad Ecclesiā Christi rediſſe, ut iam  
 omnes ferē intelligant, quām miserē hoc sacramen-  
 tum à uobis prophanaſū fuerit, in cuius ueritate eru-  
 enda tantum laborarunt docti homines. Ut cunque  
 autē tu cauillationibus tuis coneris maiorem inter  
 nos distractionem facere, nondum tamen de hoc ar-  
 ticulo omnem spem concordiae faciendae abiecerūt  
 pijs. Adhuc enim futurum sperāmus & precibus no-  
 stris à Domino contendimus, ut qui de uera præsen-  
 tia Christi in Cœna suās cogitationes sequuntur, ad  
 ueram sententiam Christi accedāt. Et quid hæc dis-  
 sensio nostra de Cœna Dñi, ad uos Papistas: dissen-  
 tiāmus sanè in hac re: in illo certè inter nos maximè  
 conuenit, quod uno animo uestrum Papatum tangā  
 uerum Antichristianisnum oppugnemus, Et fore  
 certò speremus, ut spiritu Christi expugnetur.

Quod ad me attinet, ne quid erres Hos, paucis  
 exponam quæ mea sit de Cœna Domini sententia.  
 Firmiter credo & doceo, in Cœna Domini uerē ac  
 substantialiter corpus & sanguinem Domini adesse  
 & cum pane & uino uirtute institutionis Christi di-  
 stribui omnibus sūmentibus. Dignis ad confirmationem  
 fidei ipsorum & augmentū uitæ coelestis. In-  
 dignis vero & impījs hypocritis ad iudiciū, ut quē  
 admodū illi saluatorem, hi iudicem habeat presen-  
 tem. Huius usum ex uerbis Christi instituentis do-

ceo esse, manducare corpus Christi, & bibere eius sanguinem, nō offerre pro uiuis & defunctis. Neq; extra hunc ulum sacramentum esse affirmo.

Sequuntur nunc Anabaptiste, quorum errori de rebaptisando, Lutherum occasionē dedisse, clamat Hosius. Sed qua fronte id faciat mox demonstrabitur. Basim & fundamētūm Anabaptistarum esse satetur Hosius. Infantes non habere fidem: propterea non esse baptizandos. Lutherus autem contrā affimat Infantes habere fidem: Quomodo ergo Anabaptistis occasionem dedisse perhiberi potest? Contrā, Papistas Anabaptistis causam dedisse, ut hunc errorem mordicus tueātur, quis est, qui negare auſit, id quod luce meridiana clarius ostēdi potest. Nā unā cum Anabaptistis negant Papistæ, Inſlantes habere propriā fidem, quin hoc loco Hosius ipse scribere non ueretur, Reuera esse absurdissimum docere, quod infantes propriam fidem habeant. Hoc posito, Anabaptistæ superaedificant, Ergo baptizandi non sunt, siquidem sine fide sacramenta nihil prōsunt. Frustra ergo Lutherum accusat, cuius ipse & sui ordinis homines rei sunt.

Non minus ridiculus est alij quoq; rationibus. Baltassar Pacimontanus Coryphæus Anabaptistarum gloriatus est, idem secum sentire Lutherum. Ergo Lutherus huius erroris author est. Aliud em̄ est gloriari, aliud reipla demonstrari, cum uana esse queat

queat gloriatio, qualis hæc erat.

Similis huic est, quæ sequitur, calumnia. Bucerius testatur ex Saxonia Lutheri & Anabaptistarum Euangeliū prodīsse. Ergo eius author est, aut ei occasionem dedit. Pudeat et talium ineptiarum. Sed criminabitur, ut opinor, collectionem meam Hosius, quod pro concessio assūtam, Sacramenta si ne fide nihil prodesse. Hoc si neget Hosius, an non merito pro insano homine habebitur? Gratiam enim, quæ Sacramentis nobis communicatur, non nisi fide recipi posse æfīouæ est apud pios indubitatum. Cum ergo non satis sit infanti regenerationis gratiam offerre, sed etiam applicare & recipi, id qua fiet alia manu, quam fidei? Non enim ex parentum fide, sed sua fide uicturi sunt, nec parentibus solum, sed & infantibus quoque facta est promissio. Quod eis non uideas, satis est ut ex verbo elicias, qui infantes sibi gratos & acceptos pronunciat, quod sine fide non aliena sed propria nemini accidit.

Dum ergo hac manu Infantes priuant Papistæ, qua gratiam regenerationis recipient, quam D E V S æquè in Infantibus efficere potest, atque in adultis, & sine qua nemo Deo placere potest, Quis non uidet hac doctrina Anabaptistarum errorem confirmari? Nec uspiam plures eius generis homines inuenire licet, quam

inter uos Papistas, ubi cum non recte doceantur, in tam terros errores delabuntur.

Quod subiungit Lutherum in paruulorum baptismo defendendo potissimum Ecclesiæ niti auctoritate, quam tamen sibi opponi non uelit, utrumque mendacium est. Nam paedobaptismi fundamenta & rationes ex scriptura profert, Sed quam appellat Ecclesiæ auctoritatem, id Lutherus tanquam Ecclesiæ historiam adducit. Nec propterea infantes baptizandos docet, quia Ecclesia semper baptizauit, sed ideo Ecclesiam baptizasse tradit, quia scripturis comprobatum sit, quæ salutem infantibus confirmant.

Verum Hosius, quando non solum scripturæ sacræ testimonij destituitur, sed ea contraria quoque habet, nihilque eis contradicere potest, ad Ecclesiæ auctoritatem cōfugit, quam frustra sibi opponi docet Lutherus, quæ tota ex uerbo Dei pendeat.

Quæ de Anabaptistarum ergo furore & insania ab Hosio commemorantur, ea omnia suis potius nostris adscribat doctoribus, cum ab illorum erroribus toto pectori abhorreamus, quos ad impedirendum Euangelij cursum, permittente Domino, excitauit Sathan, sicut solet Zizaniam seminare inter triticum.

Quod ex Rotomanno eiusque socijs, qui Euangelijk doctrinam initio tradebat puram, facti sint Anabaptistæ, quid noui accidisse uidetur: cum ex Apostolo,

stolo, cui dæmonia parebant, factus sit filij hominis proditor. Certissimum est, si quis semel deserat religionem Christianam, ei ludum esse de una secta in aliam trāsilire. Verum hoc nihil ad nos, qui uos deserentes, Christianam religionem non deseruimus, quam ut profiteremur synceram & puram à uobis discessimus, ex animo sectas & errores detestantes, cum doctrina sacra pugnantes, quos cum Hosius monstraret etiam Augustini tempore fuisse, sicut eius causa nihil incommodauit, ita recens exorti nostrā causam non debent aut possunt reddere suspectam.

Anabaptistas omnes firmiter credidisse ac certò statuisse, sibi peccata propter Christū esse remissa, se esse in gratia, seq̄ possessorum omnino regnum celorum, Id quomodo probet, Hosius uiderit. Quot enim ego uidi & audiui Anabaptistas, inter de cē uix unus repertus est, qui se hoc credere affirmaret: omnes scilicet noua, sed à uestra professione nō aliena, hypocriti falseinati sele suis operibus & uitæ sanctimonia peccatorū remissionem consequi, Deo gratos & acceptos fieri profitebantur.

Sed quo cōsilio hoc ab ipso commemoratum sit, ipse met prodit. Ex quo uidere licet, inquit, q̄ falsum sit Lutheranum illud axioma, cuiuis homini ad peccatorum remissionem assequēdam, esse necessarium, ut firmiter credat, certoq̄ statuat absq̄ ulla hę sitatione proprię infirmitatis & indispositionis sibi

Hic collectionem expendere dignetur Christianus lector. Anabaptistæ omnes crediderunt sibi peccata remissa esse, Ergo Lutheri dogma de Remissione peccatorum est falsum. Nulla consequentia est, quid enim Lutheri dogmatis ueritas ad Anabaptistas de quibus quid credant omnes, incertum est. Nostra fides ex illorum uita & moribus non pendet, sed ex ueritate promissionum diuinarum, quibus dum nititur homo per ueram fidem, de rebus promissis tam certus est, quam certa est promissio, quæ fallere non potest.

Sed quoniā huic ratiocinationi fidere non audet, depravationibus aliquot locorum scripturæ hunc suum errorem confirmare conatur. Nos igitur primum loca scripturæ suo pristino nitori ac tensui restituamus, & quam nihil ad probandum errorem Hosij faciant ostendemus.

Ecclesiastici, inquit, scriptū est. De peccato propitiatio noli esse sine metu, περὶ ἐξιλασμοῦ, μὴ ἀφοβούσιν. Ergo homo non potest certò statuere sibi peccata remissa esse. Responsio plana est. Sirach eo loco concionatur impenitentibus, ne peccata cumulēt, quod uideant Deum μηκόσυμόν. Etsi enim quædam peccata non statim puniat, fore tamen suo tempore uindicem, sicut ea quæ præcedunt & quæ sequuntur, perspicuè docent, Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit

Accidit triste. Altissimus enim est patiens redditor.  
 Græcus codex sic habet. οὐτε τὸς ἀμερτοῦ, οὐδὲ τὶ μοι ἔγειρε  
 το, ὁ γέρων κύριος τοῖς μακροθυμός. Sed quid facit hæc sen-  
 tentia ad propositum? hominem poenitentem, qui  
 non cupid peccata cumulare, aut longanimitate Dei  
 ad peccandum abuti, non posse certò statuere sibi  
 Peccata remissa esse? Nos de poenitentibus loqui-  
 mur, Iesus Sirach de impenitentibus. Est ergo de-  
 prauata sententia Sirach, quæ nihil prorsus facit ad  
 errorem Hosij confirmandum.

Multo minus altera sententia probat: Non te iu-  
 stifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse  
 est. Ergo homo non potest certò statuere, sibi pecca-  
 ta remissa esse propter Christum. Nam Sirach hac  
 sententia omnes homines ad humilitatemhorta-  
 tur, ne quis sese apud Deum propter virtutes suas  
 efferat, aut in corde suo superbiat. Cum enim Deus  
 sit scrutator cordis, plura uidere potest, quam ocu-  
 lus hominis. Vnde etiam David orat, Ab occultis  
 munda me Domine. Cum hac humilitate non pu-  
 gnat πληροφορία, qua homo non seipsum iustificat co-  
 ram Deo, sed credit sese per Christum iustificatum,  
 hoc est, merito passionis eius omnia peccata creden-  
 ti remissa & condonata esse, quin potius eam com-  
 mendat, dum homo de sua iusticia desperans, in so-  
 lius Christi iusticia acquiescit.

Longè absurdiora sunt ad institutum, quæ ex

Ier. 7. Ieremias, Psalmo & Iobe affert testimonia, Prauum  
 est cor hominis & inscrutibile, q̄s cognoscet illud?  
 Psal. 18. Ego Dominus scrutans cor & probans renes. Item,  
 Delicta quis intelligit, ab occultis munda me Domi  
 Job. 9. ne. Et Iob, Verebar omnia opera mea, sciens quōd  
 non parceres delinquenti. Si lotus fuero quasi aquis  
 niuis, & fulserint uelut mundissimae manus meæ,  
 tamen folidibus intinges me, & abominabuntur me  
 uestimenta mea. Hæ sententiaz omnes erūdiūt nos  
 de corruptione naturæ humanae, & docent in illis nō  
 esse quærendam iusticiam, que corā Deo ualeat. Sed  
 nihil contra nos pugnant. Docemus enim nos, per  
 fidem in Christo quærendam iusticiam, non in noſ  
 stris operibus, in quibus dum quærunt Papistæ, nec  
 inueniunt, necesse habent, non solum dubitare, sed  
 etiam desperare.

Sed quōd nobis sumamus, quod solius Dei est,  
 uidelicet scrutari & cognoscere corda, putidum  
 Mendacium est. Docemus sanè conscientiaz examē,  
 eius uero exanimis perfectionem sibi nemo homi-  
 num arrogare potest.

D. Pauli locus ex Epistola ad Corinth. adductus  
 nihil proflus huc pertinet. Sed neque meipsum, in-  
 quirat, iudico: Qui autem iudicat me, Dominus est.  
 Ecce, inquit, Paulus seipsum iudicare non audet, &  
 tu audes pronunciare & certò statuere te iustificari  
 esse, hoc est, tibi peccata remissa esse. Respōdeo. D.  
 Paulus

Paulus peruersis iudicij Corinthis respôdet, qui iniquè de ipso iudicabant, tanq; Apostolis aut ipso, rum ministris homine uiliori. Horū iudicia reprehendit, nec sibi in ea parte præ alijs quidq; uult arrogare uel detrahere, sed de persona sua & iudicio Corinthiorum iudicium permittit Domino, qui uerus sit iudex. Verum de remissione peccatorum propter Christum eo loco nihil, sed operibus suis solum derogat iustificationis meritum. Nihil, inquit, mihi cōsciens sum, sed in hoc non iustificatus sum. Quare ergo iustificatus? Absit, inquit, à me gloriari non nisi in cruce Iesu Christi. Itē, Certus sum, q; neq; mors neque uita &c. separabit me à dilectione, quæ est in Christo Iesu. Item, Arbitramur iustificari hominē si de, abscq; operibus legis.

Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt nobis, inquit Christus, dicite serui inutiles sumus. Hęc sententia Christi non refutat certitudinē salutis, quam habemus in Christo per fidem, sed humanorum operum meritum solum condemnat, ut discant in flos Christi merito acquiescere.

Cum inquit Salomon, Nescit homo, an odio uel amore Dei dignus sit, peruersa hominum iudicia reprehendit, qui ex rebus secundis uel aduersis de hominum pietate uel impietate iudicium serebant. Cū autem paria interdum pijs & impijs accident, iudicium incertum esse docet de hominis animo, quod ex sue

ADVERVS STANISL. HOSIVM;  
 cessu externarum rerum sumitur. Hoc dictum de  
 prauat Hosius, & ad doctrinam de remissione pec-  
 catorum refert, cuius eo in loco nulla prorsus men-  
 tio facta est.

Similiter & quam ex lobe descripsit, sententia ni-  
 hil aliud probare potest, quam quod homo coram  
 Deo suis operibus non possit iustificari, cum inquit,  
 Si iustificare me uoluerō, os meum condemnabit  
 me, si innocentem ostendero, prauum me compro-  
 babit, etiam si simplex fuerō, hoc ipsum ignorabit  
 anima mea. Hæc lobis uerba iusticiam damnant,  
 qua homo suis operibus consitus, sese Deo gra-  
 tum & acceptum arbitratur. Idem nos quoque  
 docemus.

In hoc igitur cum Hosio consentimus, homini  
 non solum dubitandum esse an sit in gratia Dei, si  
 suorum operum merita considerat, sed prorsus de-  
 sperandum, sicut adducta scripturæ loca docent.  
 Non enim iustificatur coram Deo omnis uiuens,  
 Omnes peccauimus, simul omnes inutiles facti  
 sunt. Credimus autem & certò statuimus, quantum  
 uis infirma sit nostra fides, nobis peccata nostra re-  
 missa esse propter Christi obedientiam.

Hæc non nostra solum, sed Prophetarum & A-  
 postolorum est fides atque doctrina, de qua bla-  
 sphemum Hosij quæsto os audias pie lector. Nulla  
 potest esse apud Deum maior abominatio, quam  
 sit

sit hæreticorum tanta præsumptio. Perhorresco ad hanc enormem blasphemiam, quæ omnium blasphemiarum caput merito dici posset. Nulla maior secundum Hosium abominatio apud Deum esse potest, quam si quis certò statuat, sibi peccata sua remissa est propter Christum.

Abominatio igitur apud Deum est Diuus Paulus, qui de ea certus erat. Abominatio est Ioannes, 1. Ioan. 3. qui pronunciat nos esse filios Dei, quod fieri non potest nisi peccatis remissis. Abominatio est in oculis Dei Petrus cum omnibus Apostolis, qui hanc ipsam fidem fideliter docuerunt. Abominatio ergo summa erunt Christiani, qui proximè ad perfectiōnem accedunt, in quibus minor est lucta cum dissidentia. Et Deo gratissimi erunt, qui proximè ad desperationem accesserint, hac enim humilitate dissidentiae se Deo commendabunt, cum parum crediderint se in gratia Dei esse. Sed quid ego prolixa commemoratione pium Lectorem ornabo, cui hæc blasphemia nota est, nec refutatio ne indiget. Exemplum cæcitatis & iusti iudicij sui nobis in hoc Hosio proposuit Dominus, qui cum veritatem amplecti recuset, in has tenebras detrusus est, ut saluberrima doctrina illi abominatio videatur.

Verum ne quis putet temerè illi hanc uocem exemplum testimonio Christi confirmare conatur: Vos

Matth. 23.  
Luc. 16.

estis, inquit Christus, qui uos iustificatis coram hominibus, Deus autem nouit corda uestra, quia quod hominibus altum est, abominatione est apud Deum. Sed facilis ad hanc quoque scripturae depravationem responsio. Quae fuerit Pharisaorum iusticia & iustificatione, non ignotum est, quam scilicet illi collocabatur in operibus legis, quibus legi satisfieri posse docerent. Hanc damnat Christus, qua sola gloria bantur Pharisei, & populum docet, ut cogitent de iusticia longe præstantiori quam Pharisaorum fuerit, quae etiam præclara uidetur in oculis hominum, abominationem est in oculis Dei. Nos uero non de operum iusticia loquimur, sed quam per fidem in Christo habemus perfectam, & quem iudicium Dei ferre potest. Hanc blasphemum & impudens os abominationem summam apud Deum dicere non ueretur.

Dum tacitæ obiectioni respondet: An non credenda sit, quam in symbolo profitemur remissionem peccatorum? Articulum fidei nostræ corrumpit, & miserere deprauat. Iubet quidem firmiter credere & certò statuere, quod sit in Ecclesia remissio peccatorum propter meritum Christi. Sed firmiter credere & certò statuere, quod mihi aut tibi quoque peccata remissa sint, me esse in gratia Dei, meque certò possessorum regnum cœlorum, id affirmat nihil aliud esse, quam docere, nullas esse gehennæ poenas impijs constitutas. Cuius rei hanc assertationem, Etsi enim Christus sic

lit propitatio pro peccatis nostris, tamen non omnes Euangelio obtemperant. Sed quid impietur tergiueratio ad piorum fidem? Non ignoramus multos esse, qui oblatam gratiam respouunt & non recipiunt, nihilominus tamen haec regula constat: quod homo, si uelit saluus fieri, certò statuere debeat & firmiter credere, sibi propter Christū esse remissa peccata, sicut scriptum est: Qui credit in filium habet uitā æternam: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Credere autē quid aliud est, quam firmiter statuere, se propter filium in gratia Patris esse?

Aliquid igitur in nobis esse cōceditis, inquit Hosius, quod nos firmiter credere certoque statuere faciat, nimirum ut à peccatis auersi, ad Deum aut simus conuersi. Hic perspicuè respōdemus ex Paulo: Nos non accepisse spiritum seruituris iterè in timore, sed spiritum adoptiōis filiorum Dei, in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Ad Ephesios spiritum sanctum appellat pignus hæreditatis nostræ. Ex his uerbis habes, quid sit in nobis quod nos faciat firmiter credere, uidelicet spiritus sanctus, qui est pignus hæreditatis nostræ, qui est spiritus adoptiōnis filiorum Dei, qui testimonium perhibet spiritui nostro quod sumus filii Dei, eaque fiducia illum tanqRoman. 8. 16. Protrem nostrū inuocare audemus. Eius loco nobis obtrudit Hosius spiritum seruituris in timore, ut ui

Bb

delicet semper timemamus, nunq̄ autem certò statua-  
mus nobis propter Christum remissa esse peccata;  
ut cum fiducia possimus accedere ad Thronum gra-  
tiae. Hanc fiduciam & ωληροφορίαν nobis eripere co-  
natur Hosius, sed frustra, qui tot scripturæ testimoni-  
ūs muniti sumus.

Quod uero ait: Quid si conuersus sibi videatur  
qui non est? Trita hæc est fallacia, accidētis scilicet,  
Nos uero non de opiniōe homin̄ loquimur, sed fides  
quæ nō est opinio, sed certa fiducia in uerbo Dñi &  
promissione eius fundata. Hic nō opinamur, sed sci-  
mus q̄ filii Dei sumus, cū alij sua opinione decipiāt.

*Prover. 20.  
Iacob. 3.*

Quis, inquit Hosius, dicere potest: Mundum  
est cor meum: In multis offendimus omnes, iudicio  
ergo Dei rem permittere debemus. Hic sibi ipsi re-  
spondebit Hosius, Nos non dignitati nostræ sed misericordiæ Dei fidere, quæ reuelata cū sic in Christo,  
& per fidem nobis uerbo & sacramentis applicata,  
nullus ad dubitandum locus relictus est. Sed contra  
Hosius: Rectè uos quidē, inquit, si nuda Christi es-  
set promissio, si dignaretur ille misericordiā impar-  
tiri etiam non conuersis. Nunc autē cum promissio  
sit: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata, cum non  
non alij præstet misericordiam, quām qui pœnitē-  
tiā egerint, quiq̄ conuersi fuerint à peccatis suis,  
uestrum hoc dogma consistere non potest.

Videtur sui oblitus Hosius. Supra enim cauilla-  
tioni

tioni suæ respondit ipse, nobis sermonē esse de conuersis, non de impijs, in sua impietate perseuerantibus. Nūc diuersum de nobis affirmat, quasi doceamus, hominē nō cōuersum & in impietate sua plectrantem certò statuere posse aut debere sibi propter Christū remissa esse pctā, cum nihil minus nobis intentē uenerit unq. Dum ergo elabī non potest, ad diabolicū cōfugit mendaciū à sua natura nō alienū.

Deinde, haud obscurè declarat sese nondū intelligere, quid sit promissio Euāgelij de gratuita remissione pctōrum, propter Christum. Promissio, inquit est, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Hęc non est Euāgeliū sed legis concio, quam Christus tradidit homini, qui faciēdo non credendo regnum cœlorū consequi uolebat. Si. n. quis querat quibus operib. possit homo ad regnū cœlorū peruenire, respōdet, q̄s operibus, que à Deo mandata sunt. Sed si de nuō querač nū homo perfectè mandata Dei seruare possit: Hic tota scriptura reclamat. D. Paulus in qt: Sapientia carnis inimica est Deo, Legi, n. Dei subiecta nō est, nec. n. potest: Omnis homo mendax: Conclusit Deus omnes sub peccatū: Si iniquitatis obseruaueris Domine Domine quis sustinebit. Cum igit impossibile sit nobis, ut perfectè subiçiamur legi Dei, qua uia ad remissionē peccatorū perueniri potest: Quod impossibile erat legi, inquit Paulus, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum

Roman. 8.

mittens in similitudinem carnis peccati, & de pecca-  
to da missum peccatum in carne, ut iustificatio legis  
impleretur in nobis, qui non secundum carnem am-  
bulamus, sed secundum spiritum.

Hæc Euangelica est promissio, qua gratuio no-  
bis propter fidum remittuntur peccata, quibus im-  
possibile erat legi satisfacere. Ea perfidem ad eptam in-  
cipimus secundum spiritum non secundum carnem  
vivere, agitari scilicet à Spiritu Christi. Sie ut scriptum  
est: Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.

Quod igitur à iustificatis exigitur, ut secundum le-  
gem Dei uuant, ut dignas poenitentiae fructus faci-  
ant, & sua professione dignè ambulet, certitudini hys-  
dei nihil adimit, qua fideles certò statuū & firmiter  
credūt, sibi propter Christum peccata remissa esse,  
quin potius eam confirmant tanq; spiritus inhabitā-  
tis. certissima argumenta, quibus præsentiam suam  
declarat.

Hoc legis & Euangelijs promissionum discrimen  
cum ignoret Hosius, non solum omnia quæ de fide  
& eius fructibus scripta sunt confundit, sed malicio-  
se quoq; calumniatur, ut in eam nos suspiciōem ad-  
ducat, quasi nihil prorsus de poenitentia, de conuer-  
sione ad Deum, de poenitentiae fructibus doceamus.

Sed collectionem eius videamus. Fructus peni-  
tentiae digni faciendi sunt, si uelimus in Gratia Dei  
esse. Homo autem nec potest nec debet statuere cer-

tō; an hos fecerit. Ergo non potest certō statuere se se  
in gratia Dei esse. Ad minorem respondeatur, quod  
sit manifestē falsa. Suprā cīm ex Paulo dictū est, Spi-  
ritum sanctū, qui fructū p̄cūnitētēq; author est, te-  
stimoniū p̄hibere spūi nostro, q̄ plūsum filij Dei,  
eius testimonium cum certum sit de uita æterna &  
hereditate filiorum Dei, multo magis quoq; certū  
erit de reminori, hoc est, de fructibus p̄cūnitētē,  
quorum dignitas omnis ex merito Christi pendet,  
in quo tñomo per fidem acquiescit redemptore.

Quid Christo tribuar Sycophanta Hosius ex his  
quæ sequuntur patet. Si uero, iuquit, fecerimus, (qd  
ipse iudicet, non nos) tunc Pater coelestis propter fi-  
lium passum, restitutum, & deprecantem pro no-  
bis, & habitatēm in nobis, ac nō tam uelut in eō nos,  
quam qd nostræ deest donat nobis ab illo iusticię,  
iusticia sua compensantem, certō propicius erit huic  
massæ, non iam indignæ & plenæ cordibus. Absit à  
piorum cordibus hęc tam impia uox, ut de cruce &  
morte Christi tam indignè sentiamus, quasi non po-  
uerit nos facere dignos in partem fortis sanctorum  
in lumine, &c.

His uerbis declarat Hosius, quod iustiam no-  
stram corā Deo, discernit à iusticia Christi, & iustici  
am Christi quasi supplementū facit iusticię nostrę.  
Sēlus enim est, hominem à Deo donari iusticia qua  
secundum iudicium Dei dignos fructus facit. huic

iusticie si quid deest, hoc supplet & compensat Christus sua iusticia, qua non tam uestiamur, quam defectus noster compensetur.

Sed quis uerè & rectè de Christi merito sentiens unq̄ sic locutus est: quem Hosius suo spoliat honore, & quod operibus & passioni Christi tribuitur in scriptura, id Hosius operibus hominis pœnitentis tribuit, & Christum in extrema saltem parte hære-re docet, compensatorem nostri defectus solum, non perfectum iustificatorem. Alij Papistæ Christum faciunt dimidiatum redemptorem, cum docent: Christum satisfecisse pro peccato originali. Nos uero pro peccatis satisfacere actualibus. Sed hic noster Hosius minus tribuit Christo, quem iusticiæ nostræ appendicem docet. Sed sic impingere necesse est, qui manifestam & agnitam ueritatem oppugnandam suscepérunt.

Sed audiamus adhuc unam rationem Hosianam, qua fiduciā oppugnat, quam habemus de remissione peccatorum in Christo certam & indubitatam.

Satis perspectum, inquit, habere nūq̄ possumus, nihil restare in nobis de carnis reliquijs. Ergo de remissione peccatorum certò statuere non possumus.

Si hæc consequentia valet, non nobis solum, sed omnibus sanctis desperandum est. D. Paulus iustificatus, & qui sibi nihil conscientis est, fateur nihil boni esse

esse in carne sua , & radicis huius corruptos adhuc sentire fructus: quod uolo, inquit, bonum, nō facio, & quod nolo malum, facio. Sed hisce carnis reliquis nihil obstantibus , paucis interiectis , scribit: Certus sum, quod neque mors, neque uita &c. neque uila creatura separare nos possit à dilectione Dei, quæ est in Iesu Christo Domino nostro. quam uana ergo sit Hosij collectio, omnes uidere possunt.

Cum Paulo ergo concludimus: Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio . Fides Christum respicit non nostrorum operum dignitatem, alijs promissio semper maneret incerta, sicut in hisce Hosianis uidere est argumentis.

Cum igitur meram desperationem doceat, quomodo hanc notam elucre conetur, uideamus quoque: Quid igitur, inquit, desperare nos iubes? Absit, imò sicut constanter nego teneri quenquam, firmiter ut credat certiops statuat peccata sibi remissa esse, sic non minus constanter affirmo, teneri fidellem quemlibet, facientem quod in se est, ut firma & certa spe expectet, in hac quidem uita per Sacramentum Baptismi & Pœnitentiæ, peccatorum remissionem, in saeculo autem futuro, uitam æternam.

His uerbis docet spem debere esse firmam & certam , quæ fidem sequitur , fidei autem eandem certitudinem tribuere recusat . Ex quo in-

telligi potest, bonum Episcopum & fidei & spei defi-  
nitiones & discrimen ignorare, cū non uidet se spel-  
quor; derogare certitudinem si fides non est firma  
& certa. Spes enim virtus est diuinitus donata, qua  
sine hæsitatione expectamus patienter bona nobis  
propter Christum promissa, quorum primitias per  
spiritum inhabitantem iam apprehendimus. Hæc  
fidē sequitur. Quæ fides certa fiducia est in Christū,  
ep propter ipsum habeamus remissionem peccato-  
rum & simus hæredes uitæ æternæ. De his bonis si  
per fidem nihil certi statuere possumus, qua ratione  
sperare licebit certò & firmiter. Aut igit̄ spes quoq;  
dubia erit, aut certa & indubitate quoq; erit fides,  
quæ spei dux est, sine qua spes non spes, sed op-  
tio est.

Miser homo Hosius & imperitus Dialecticus, qđ  
fidei est, spei tribuit, eum scribit: Spes autem hæc no-  
stra nō in nos, sed in Deum defixa esse debet, quem  
cum spectamus, certissimum nobis est, eum esse fide-  
lē & in promissis & in comminationibus. Sicut enim  
nos de fide loquimur, quod non sit in nobis sed in  
Deo defixa, quem cum spectamus, certissimum no-  
bis est, eum esse fidelē in promissis, uidelicet in pro-  
missa gratuita remissione peccatorū propter Christum.  
hac certa fiducia freti, quæ in Deo defixa est,  
etsi cruci in hoc mundo subiecti sumus, tamen cum  
sciamus nos esse in gratia, speramus quoq; liberati-  
onem

onem ex omnibus malis. Hæc si solū inverteret; Hosius, aliqua ratione tolerandum est; sed cum spei certitudinem tribuat, & fidei adimat, sine qua spes consisteret non potest, uidere licet, hominem cum ratione sensum quoque communem amisisse.

Sed quod opus est in re manifesta multū laborare, sat sit eius lectorē saltē commonefactū, ut quātus in hoīe uel stupor sit, uel malicia ad aduertat. Et si prætire nō possum rōnē, qua, ut appellat, uerè παράδοξη suū cōfirmare nitit: hoīem firmiter & certō sperare debere, quod firmiter & certō credere nō possit. Nihil, inquit, à nobis rectē credi potest, cui fallum subesse potest. Speramus autem etiam ea rectē, quæ secundus nōnunquam euenire possunt. Quoniam igitur fieri potest, ut credat aliquis firmiter, certocque statuat, se esse in gratia, & uitam æternā consecuturum, & hæc eum opinio sua fallat, sperare iubemur magis quam credere: fidei enim ratio in ueritate tanquam à Dō reuelata sita est. Spei autem sufficientissima ratio sita est in possibilitate eius acquirendi, quod secundum Dei mandatum & promissum speres. hæc Hosius.

Quam autem sibi non constet, ac seipsum suo gladio iugulet, si usque alibi, certè hoc loco, eidēter demonstrari potest. Fidei fatet nihil falsi subesse posse, nec tamen firmiter credendū putat. Spei fallum subesse posse fatetur, nihilominus tamen certō & indubitanter sperandum docet. Adde stupori blasphem

miam, cum dicat, aliquem secundum mandatum & promissum Dei sperare, quod tamen aliter euenire posset. Incerta ergo Hosio quoque erit promissio diuina, quod Blasphemum est, aut incerta erit spes, aut si spes certa est, quod subest falsum esse non potest. Vana enim non certa est spes qua homo expectat, quod tamen non acquirat.

Insulsum etiam est, quod in discernenda spe & fide, spei possibilitem tribuit, fidei ueritatem, Cum Christus pronunciet credenti oia possibilia, & spei ea certitudo tribuatur, quod non confundat. Contraria Hosius certitudinem spei collocat in nuda possibiliate, sed non in certa & indubitate ueritate: Ut omnibus credentibus sperandam doceat uitam eternam, quia possibile sit ut eam consequantur, sed non certum, quod nihil aliud est quam dubitare. Homo enim aut credit, aut dubitat, aut desperat. Inter peccata numerantur dubitatio & desperatio. fides ergo ut certa sit necesse est, qua omnis dubitatio uincatur, quae in carne haeret, & desperatio uincatur.

Vt lucu[m] faciat simplici lectori, Caluini quoque deprauat uerba, quasi eius errorem confirmant, cum scribit: sic certos D[omi]n[u]s suos esse iubet, ut tamen securos esse nolit. Quibus argumentis certitudinem fidei & salutis nostrae contra dubitationem scholasticorum asservat Caluinus eo loco, non ignorat Hosius. Eo maior eius impudentia est, quod contra conscientiam eius uerba

uerba deprauare audet, ut uideant patrocinari suo  
errori, à quo Caluinus toto pectore abhorret. Secu-  
ritatē inter uitia numerari non negabit Hosius, hæc,  
cum fide coniuncta esse nō debet, cùm fidelis homi-  
nis officiū sit, qua potest sollicitudine suæ uocationi  
satisfacere. Sicut igitur sancta hæc sedulitas fiducia  
in nobis suo modo cōfirmat, ita cum ea securitas pu-  
gnat, qua in officio & uocatione sua remissiores fu-  
nct, & secus quam par est, agunt.

Sed ne prorsus omni probatione destituatur Lo-  
uaniensium ea de re Articulum & Tridentini concilii  
libuli Decretum adducit. Louaniensium articulus  
sichaber: Fides, qua quis firmiter credit, & certò sta-  
tuit, propter Christū sibi remissa esse pœnā, scqz pos-  
sessure uitam æternam, nullam habet in scripturis te-  
stimoniū, imò eisdem aduersatur. Idē decernit Tri-  
dentinum conciliabulum. Sed quoniam huius arti-  
culi & decreti impietas suprà refutata est, lectori pio  
iudicium committimus.

Ex hoc aut articulo uidere licet certamē inter nos  
& Papistas nō esse de alini, ut dicit, umbra, aut de la-  
na caprina, Sed de præcipuo fidei articulo, de certi-  
tudine æterne nostrę salutis, De qua nobis dubitan-  
dum docent. Nos contrà firmiter credendum & cer-  
tò statuēdum, q̄ remissionem pœnorū habeamus  
propter Christū per fidē, atqz eadē certitudine reue-  
lationē honore eterno sperandā, qua remissio pec-  
catorū creditur.

Multis declantere, alacritate ad subeunda supplicia, certum testimoniorum veritatis esse non posse, cō  
ribus reporib⁹ tanaceti homines obstinatè suos er  
rores defendenter, & ad exquisitissimos cruciatus  
promptissimi fuerint. Verum his clamoribus opus  
non erat, qui non ignoramus non pœnā sed causam  
facere Martyrem. Quin prius Hosio probandum e  
rat, nostros ueritatem doctrinæ, quam profitemur,  
hoc nudo arguento afferere & metiri, quod ostendere  
non poterit. Etsi enim magno numero passim  
in Europa p̄ij & fideles etiam sanguine suo doctrinā  
& fidem suā obsignarunt, non tamen doctring, pro  
pter ipsorum constātiā, fidem habemus. Cuius in  
scriptura sacra & expresso Dei uerbo firmissima te  
stimonia habemus. qua fide autem moriatur quisq;  
dies Domini declarabit. Hoc tamen uerè affirmare  
possimus, crudeliter à uobis necatos, tanq; Anaba  
ptistas, qui ab iplorū errorib⁹ abhorrentes, uestra  
solum impura sacra damnarunt. De quorum salute  
minimè dubitamus, cùm supra fundamentum ædific  
auerint, speramus Dominum illis suas infirmitates  
quocq; condonasse, qui morte oppetere maluerunt,  
quam in uestram execratam impietatem consentire  
& suo calculo eam approbare.

Schuenckfeldium quartum introduxisse Euāge  
liū scribit Hosius, qui scripturæ testimonij, ipsam  
scripturam conatus sit ē medio tollere. Hoc sicur  
Schuenckfeldius

Schuenckfeldius non cōcedit. Ita mirum est, quod  
in ipso reprehēdat Hosius. Docet enim ipse quoq;  
scripturam esse literam mortuā. Et si recte, quod res  
est, expendamus, fortasse maiore reverētia Prophe-  
ticos & Apostolicos libros amplectitur Schueckfel-  
dius, q̄ à nobis Papistis fiat. Quod em̄ exteriori ho-  
mini seruat, qui per spiritum sanctum regeneratus  
est, & utile ac necessarium eius exercitium concedit.  
Vobis uero scripture dicta in istar anilis fabule sunt,  
quibus non ueriti estis hominum decreta præferre,  
ut mendacio cedat ueritas, sicut suo loco ostensum  
est. Vestrūm igitur non nostrūm Schuenckfeldij Eu-  
angelium est, cum cuius errorib⁹ nobis nihil cō-  
mune. Nos scripture pro necessario & salutari or-  
gano habemus, ex qua per spiritū Christi homines  
de uoluntate Dei doceantur & regenerentur. Nec bla-  
phemias tuas moramur, quibus Cacangelia appell-  
lare cōsueisti. Maledicere dilexisti, maledictio, ne Psal. 108.  
dubites, te suo tempore adprehender. Leuitatē ani-  
mi tui hinc perspicit lector, quod cum ex aliore rela-  
tione, eximium sanctitatis testimonium perhibeas.  
Schuenckfeldio, & eius discipulis, eiusq; scripta ne  
nec legisse, necq; personam nouisse affirmas, eius ta-  
men alleclas damnas, ipso r̄ uero doctrinam, quam  
sequuntur, ignores, iniusti hoc est iudicis nō Chri-  
stiani doctoris, de re ignota iudicare & ignotam do-  
ctrinam damnare.

Postq; ex dissensione sacramentariâ, ut uocant, fibi ueritatem doctrinæ nostræ demonstrasse uisus est, Aggreditur etiam pugnas & dissensiones, quæ inter Lutheranos agitatæ sunt.

Earum initium facit à uictoria Imperatoris Caroli V. contra Principes & ciuitates, qui hanc doctrinam profitebantur, cōcessa. Hac uictoria tanq; ceriusimo argumento triumphat & exultat Hosius, ad probandum ueritatem Doctrinæ, quam Papistæ sequuntur. Sed de hoc suprà satis responsum est. Ac uideris mihi rere ualde imperitus esse, atq; etiā sensu cōmuni carere, q; ex euētu belli iudicium de religionis ueritate faciendū putas. An nescis bellatores interdum, in optima causa concidere? sicut De Pompeio à Cæfare deuicto, Rem miserā, inquit Cicero, Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima cōcidit. Et poeta inquit, Careat successibus opto, Quisquis ab euentu facta notāda putet. Sed mittamus ista mūda, na, ueniamus ad sacra. Quoties legitimus populū Dei electū fusum, q; aduersus hostes suos iustissimā causam habebat? Propter unū Achan infeliciter cōtra Haic pugnāt aliquæ milia hominum, q; fusi sunt & terga ueterū hostibus, q; Achan sumperat aliquid de Anathemate. Idē accidisse nobis nō diuinare solum, sed fortasse uerè pronūciare possumus. Verē anathema ta erāt, quibus Idoloz cultū ornastis, quæ cum zelo Dei ex eius mādato demoliēda erant, nō unus aut alter

ter, sed plurimi uiderūt pallia coccinea ualde bona,  
& aliquæ siclos argēti, quæ cōcupiscentes abstulerunt.  
Quo factō declararunt, sele maiore pecuniae & quæ-  
stus, q̄ pietatis rationē habuisse. Adde his innumerā  
multitudinē, quæ delicijs & uoluptatibus capita, præ  
textu uerē doctrinę libidinē suam oēm explere cona-  
ti sunt. Mirūigit tibi uideat, q̄ causam bonā habebat  
agēdo perdiderint. Iudicio Hosij & meo, In Achan  
Dño a iaduertendum erat, non in populū innocen-  
tē, qui facinoris Achan cōstius nō erat. Sed quale iu-  
diciū fuerit, propter unius delictū historia docet. In-  
terim causa bona erat quā cōtra Hai populus Dei ha-  
bebat, quā ex mandato Dei oppugnabat. Hac uicto-  
ria ad exiguum tēpus exultabant ciues Hai: postea n-  
on solum à populo Dei fusi, sed quoq; deleti sunt.  
Idē Israelitis accidisse legimus, qui in uerē iusta cau-  
sa infelicitē pugnātes bis cōciderāt, & in primo cō-  
flictu uiginti duo milia, in secūdo decē & octo milia-  
uirorē amiserunt, Donec tandem Bēlamitis oppressis.  
uictoriā reportaret. Hetis igit̄ tu Hosij, nondum sol-  
ū in dierē occidit. Nūc ad dissensiones accedamus.  
Post Cæsarī uictoriam inter Lutheranos secutus.

Post publicatū Interim (sic uocant declarationē  
De Religione à Cefarea Maiestate Ordinibus Impe-  
rii propositam usq; ad definitionem paulò post cele-  
brati concilij seruādā) sectā Lutheranā in tres sectas  
dissēctā fuisse tradit̄ Hosius. Interimistas duplices,  
& Adiaphoristas.

Interimistas cur audet inter Lutheranos numerare, cum certum sit, quotquot in eam formam doctrine & sacramentorum consenserunt, eamqe approbauerunt, quae in dicto libello Cælareo descripta est, quod Iesum Christum filium Dei, & puram Euangelij doctrinam abnegauerint, eaqe abiecta in castra hostium nostrorum concesserint.

Eorū uel imbecillitas uel defectio nobis neqe se citas, neqe aliquod doctrinæ incommodum peperit, cū eo tempore multorū fidē examinauerit Dominus. Tibi ergo & tuis Interimistas referues, tuorūqe nomine censeantur Apostatæ, qui omnem Pontificiam impietatem probant, & cum doctrina nostra, donec conuersi fuerint, nihil commune habent.

Contra Adiaphoristas vanus est Hosius. Etsi enim ipsi quoqe fatentur, sese eo tempore paulò languidius egisse, nunquam tamen in animo eis fuisse certum est, sese à Luthero ad Pontificem Romanum, hoc est, à uero Christianismo ad antichristianismū, quem Hosius nomine Christi tegit, inclinationem fecisse, ut reiecta Lutherana, Papistica doctrinam amplecterentur.

Quod non ab aduersa parte impositū fuit Ecclesijs onus, id tolerandum potius ducebant, quam desertare Ecclesias, & lupis committere oves Christi. Deinde testatur Ecclesiæ Saxonicae historiqe, qualescunqe de liberatiōes habitæ sint, nullā tñ doctrine factā uel in Ecclesijs uel Scholis mutationē.

HOR

Hoc timori et trepidatiōi alij se se opposuerūt,  
et hortati sunt ut negotiū Christi cōstanter agerēt,  
ac nē minimū quidē aduersę parti cōcederent, que  
totius doctrinæ Euangelicæ abolitionem mediterēt.

Cum uero Sathan aliquam litigandi occasionē  
sele nactum arbitraretur, nihil intermisit, ut utri-  
usq; partis animi nonnihil aduersus sele inuicem  
exasperarēt. Quapropter piē faciunt, qui in hoc  
laborant, ut animi recōciliēt, inter quos de que  
stione facti controuertitur. Beneficio autem Dei  
utrobicq; piē & rectē docetur, eademq; in Saxoniceis  
Ecclesijs maiori consensu, quam Papistæ uellent so-  
nat doctrina quæ ante Lutheri mortem tradebat.  
Fuit & inter Paulum & Barnabam de Ioanne Mar-  
co dissensio, quam uehemens, Lucas medicus me-  
dico exprimit uocabulo, eamq; παρόψυσμον appellat,  
qua ita commotus fuit uterq;, ut à se inuicem disce-  
derent, qui antea erant coniunctissimi. Vt iusq; ta-  
men ministerio efficax fuit Dominus: nec propte-  
rea Christianismus diuisus est in duas sectas, quod  
fortasse Hosius aliquis colligeret. Eundem etiam  
suam uirtutem eorum ministerio exercere, qui nūc  
penè ppter similem causam disceptārunt, minimē  
dubitamus. Interim, cum uolupe sit uobis, nos ue-  
stris clamoribus de nostris dissensionibus pascere  
& oblectare potestis, donec mensuram patrum ue-  
strorum impleueritis. Nos interim Deo propicio

Dd

nihil eorū intermittemus, quę ad recuperandā pacē  
et tranquillitatē uere Ecclesię periuīt, ut sublatiſ  
quantū fieri potest dissensionib⁹, unanimes qua  
si ex uno ore Dño Deo nostro patri Dñi nostri le  
su Christi suas laudes suūc⁹ honorem tribuamus.

De Antinomis quid attinet hoc loco dicere, quā  
do cū authoribus opinio quoq⁹ extincta, ut p̄ter nu  
dū nomē nihil restare uideat. De libero Arbitrio  
superuacaneū arbitror hoc loco multa cōmemora  
re. Nam qđ ad Philippum attinet, siue idē sentiat  
qđ Lutherus de seruo suo arbitrio scribit, siue glpi  
cuē magis suā sententiā explicet, certe nō uidet mi  
hi ap̄ pbare scholasticorū impietatē de libero arb  
itrio, sed idē docere qđ Lutherus & nos oēs affirma  
mus, Deū nō esse autorē peccati, et nullū hominē  
posse sese, faciēdo quod in se est, gratū Deo facere:  
uel sese ad gratiam applicare.

In cōtrouersia inter Andreā Osiandrū et Brute  
nicos Theologos de iustificatione hoīs corā Deo  
exorta, quicquid odiosum excerpere potuit, de suo  
studio & diligētia nihil remisit. Quoniā uero non  
uno in loco hoc facit, quomodo sese res habeat, bre  
uiter quoq⁹ cōmemorabimus, et simul etiam syco  
phantias eius hoc loco aspersas refutabimus.

Nō solū aduersa pars criminat, hoīes doctrina de  
gratuita remissiōe p̄cīōe dissolutores factos, sed  
experiētia ipsa declarat, uulgas hac saluberrima iu  
stificatiōis, q̄ in Ecclesijs nostris sonat, doctrina ad  
licen/

licetiam carnis abuti. Sic n. etiam sine doctorib. fallo persuasi sunt multi, modo credant sibi per Christum remissa peccata sua & omnes infirmitates, lice re postmodū liberius uiuere.

Nec id insolēs aut nouum uideri debet Hosio. Idem n. accidit D. apostolo Paulo, qui cū doceret hominē coram Deo iustificari fide absq; operibus legis, reperiebāt, qui dicebāt: faciamus igit mala ut ueniant bona, siquidē iniquitas nostra iusticiā Dei cōmendat. Non ergo fructus doctrinę de gratuita iustificatiōe hominis per fidē est, multorū dissoluta uita, sed accidit doctrinę, que aliās in uerē credenti bus operatur uitam professione Christiana dig-  
nam.

Huic malo cūm occurrere conaretur Osiander, quantū ex scriptis eius et relatione bonorū uirorū intelligere potui, Cuiusmodi iusticia nobis per fidem in Christo communicaretur, paulò diligētius inuestigare conatus est. Quam si homines recte intelligerēt, futurum sperabat, ut non nihil de iniustia & peruersa conuersatiōe sua Euangelio indigna remitterent. Quapropter nō contentus explicatio ne collegarum, qui docebant iusticiam hominis nihil aliud esse quam remissionem peccatorum per fidem propter Christum: quid præterea nobis per fidem à Christo communicaretur, exposuit. Cum igit jr sua paſſione & morte Christus,

non solum promeruerit, ne peccata nostra nobis  
imputarentur, Sed ut hisce liberati, iusticia induere  
mur, qua coram Deo in æternum uicturi essemus,  
Quid hæc ipsa iusticia sit, quomodo cōmunicetur,  
quid in nobis efficiat, prolixè docuit. Summa igit  
doctrinæ eius hæc fuit: postq; homo per fidem pro  
pter mortem & obedientiam Christi omnium suo  
rum peccatorum remissionem adeptus est, is in  
hac uita donatur quoq; æterna Dei iusticia, quæ  
Deus ipse est, qui corda nostra per fidem inhabi  
tat. Cuius iusticæ participatiæ incipiamus in hac  
uita iustificeri, hoc est, peccata expurgare per spiri  
tum Dei inhabitantem, quæ per fidem ppter Chri  
stum remissa & condonata erant, quæ & si nobis  
non imputabantur, in carne tamen nostra adhuc  
herent. Sicut ergo uita æterna adeoq; regnum Del  
inchoatur in nobis in hoc mundo per inhabitantem  
spiritum Christi, qui est uita, cuius participatione  
sola uiuimus, sicut apostolus inquit, uiuo, non iam  
ego, sed qui in me est Christus. Ita etiam iusticie  
Dei participatio, quæ reliquias peccatorum incipit  
expurgare. Verum hic nulla est perfectio quæ iudi  
cium Dei ferre possit. Nō enim simpliciter iusticia  
Dei nostra iusticia dicitur, sic. n. dij essemus, sicut à  
quibusdam fallo imputatum est Osiandro, sed eius  
participatio: unde participata dicitur, quæ in hac ui  
ta sua incrementa habet, sualq; infirmitates, quæ

in Deo nulle sunt, Et ut Scholæ loquuntur, magis et minus suscipit, sicut Augustinus ad Consentium scribit. Nos eo magis hac iustos esse, quo magis ei adhæremus, & eo minus iustos, quo minus ei adhæremus. Non enim essentia, sed eius participatione iustitia definitur, de qua Osiander disputat. Hanc posteriorem Christi meriti partem nos hactenus regenerationem diximus, quæ fiat per spiritum Christi inhabitantem, cuius participatiōe nos quoque spirituales reddimur. Idq; eo magis, quo plus illi adhæremus, hoc est, obtemperamus, & eo minus, quo minus ei adhæremus. Hāc phrasim seu formā loquēdi alia innouauit Osiander, & iustificationem nostram dixit.

De iustificatione igitur, si adhuc modum doceantur homines, opinatus est Osiander homines longè meliores fore, magisq; honestè uituros, q; si doceant, q; illorum iusticia nihil aliud sit, quam remissio peccatorum. Et ad hanc posteriorem partem ferè omnia scripture testimonia retulit, quæ de acceptatione personæ propter obedientiam & merita Christi, adeoq; de peccatorum remissione loquebantur.

Cum autem loquendi forma aliquid noui & inusitati adferre videbatur, collegæ eius ab initio, quid sibi uellet, mirati sunt. Et ut sit, sub hac phrasim impiam doctrinam latere opinabantur, quæ

merito obediētis & sanguini Dñi nostri Iesu detraheret.

Quapropter usitatam doctrinam & phrasim retinentes passim scripture loca ex veteri & novo testamento colligunt, quibus evidenter demonstrat, hominem coram Deo iustificari, hoc est, Deo gratiū & acceptū fieri sola Obedientia, passione & morte Domini nostri Iesu Christi, Cuius meritū per fidem nobis applicaretur. Atq[ue] ita ab initio acriter continebat, cum hi suam, Osiander quoq[ue] suam urgenter ac tuerentur phrasim.

Interea illi. Dux Borussiae Ecclesiar[um] exterar[um] dicit Osiadri doctrina colligit iudicia. Vuitebergenses à partibus stat aduersarior[um] Osiadri, et doctrinā ac phrasim tuentur de hoc articulo in Ecclesijs nostris usitatā, ac docēt: hominē iustificari, hoc est, remissio nē peccator[um] accipere, ppter obedientiā Christi per fidē, et nō ppter essentialē iusticiā Dei inhabitantē aut nouas qualitates infusas. ac idē ferē iudicarunt omnes Saxonice Ecclesie, meo iudicio, piē et recte.

Expetit etiā Vuirtenbergensiū Theologor[um] iudicium, qui utriuscq[ue] partis cōfessione p[ro]specta et p[ro]bè ex aminata uidēt, causam utrinq[ue] nō sine affectibus inter Osiandrem et suos collegas agi, qua ppter in iudicando sibi non properandum censuerunt.

Aduersarior[um] Osiadri cōfessione lecta, uidēt ex p[ro]lari et retineri purā et sincerā doctrinā in Ecclesijs nostris usitatā de iustificatione hois corā Deo,

quæ

Quæ in gratuitate remissione peccatorum consistit, propter obedientiam Christi per fidem nobis applicata, ac simul etiam urgere regenerationem, quæ iustificationis dictæ individuus comes est.

Deinde diligenter expendunt singula Osiadri quæ, de obedientia Christi, passione, et morte eius scripta, ac luce meridiana clarius deprehendunt, quæ eis soli, soli in qua obedientia Christi meritum remissio peccatorum tribuat ac doceat, Peccata non nisi propter solius Christi obedientiam et sanctissimum sanguinem effusum per fidem nobis remitti, et quod Deo gratias accepti simus non propter qualitates insulas, sed solu[m] propter precium redemptoris nostre, quod est perfecta Christi obedientia, quæ tamē nihil possit nobis, nisi credamus, hoc est, firma fide & uera fiducia adprehendamus.

Hac posita, docet: quod per fidem propter Christi obedientiam, iam paratus sit, hoc est, Deo ita acceptus, ut Christus cum Patre et Spiritu sancto ad eum ueniatur, et mansionem apud eum faciat. Deus noster uult habitare in homine impi, cui nondum peccata remissa sunt, & qui nondum est in gratia. Tales pronunciat Paulus esse sine <sup>Ephes. 5:</sup> Deo, non sustentante, sed per gratiam inhabitatem. Cui uero propter Christum peccata remissa sunt, in eo sublatum est interstitium, quod gratiosam dei inhabitationem impedit. In gratia igitur sit ac remissionem peccatorum habeat et Deo placeat, necesse est, priusquam à Deo tantum templum inhabitetur homo. Hac inhabitatione, quæ sit in hac uita conuersione hominis, Deus se ipsum cum uniuersis bonis suis nobis communicat, Cuius

participatione uidemus, quia lux est: boni sumus, quia ipse bonus: iusti sumus inchoatiōe, quia ipse iustitia, que reliquias peccatorum in nobis expūrga re incipit: Viuimus, quia ipse uita est, quā nos quoque in hac uita per fidē, in altero seculo sine fide per uisionē participamus. In summa quidquid Deus sibi ipsi est *utris*, hoc nobis est postq; pppter Christi obediētiā per fidem accepimus remiſionē peccatorum participatione, quando corda nostra inhabitās illuminat, uiuificat, iustificat, glorificat, saluat.

Hęc summa est doctrinę Osiandri de iustificatiōne, quam docebat in hominibus nō esse ociosam, sed proferre suos fructus, bona opera, que Aposto lus fructus spiritus appellat, ut homo deinceps nō secundū carnem, sed secundum spiritum ambulet. His operibus sequentibus nullo modo iusticiā definiēbat de qua loquebat, sed communicatione siue participatione eterne Dei iusticie, hoc est, Dei ipsius, qui eiusmodi in credētibus operaret per spiritū suū. Tria. n. in conuersione hominis, que ad mortē usq; durat, cōcurrunt. Primo, gratuita, pppter Christum peccatorū cōdonatio. Deinde ipsius Dei in habitatio siue participatio. Postremo participationis huius fructus, qui sunt bona opera, que ex fide promanat, hoc est, que spiritus Dei in nobis operatur.

Modum etiam, quo hęc bona applicarent hominibus, qualē docuerit, cōsiderarūt Theologi Vuitenbergi.

rebergenſes, uidelicet, q̄ Deo uisum ſit tanta dona  
nobis cōmunicare et applicare ministerio uerbi et  
ſacramentorū. Nec alia manu adphendi q̄ fide, ſicut  
ſcriptū eft: Qui uero nō crediderit cōdemnabitur,  
hoc eft, caret remiſſiōe peccatorū, manet in ira Dei,  
Destituitur eius ſpiritu, ac omni ſpe uitæ æternæ  
consequendæ.

Hęc oīa, cū in Oſiādrī cōfessione quoq; reperie-  
banī, necq; hęc necq; aduersariorū eius cōfessio &  
doctrina Categoricē à Vuirtenbergen. Theologis  
dānari poterat. Qnīa uero acerbū inter ipsos certa  
mē eſſe, cōfessiones declarabāt, ubi contentionis &  
cōtrouerſiōe cardo uerteret, diligēter expēderunt,  
ne iſlorum ueliudicio uel calculo quisq; iniustē gra-  
uaretur.

Sdepositis igit̄ phrasibus et uocabulis Iuſticię &  
Iuſtificatiōis, pariter utriusq; partis cōfessiones me-  
ritū Christi ſummi extulerūt, et in his tribus capiti-  
bus cōlenserūt. Primo, Hominē natura peccato ob-  
noxiu et dānatū, habere p fidē remiſſiōe pecca-  
torū pp̄ter Christi obediētiā, eſſe Deo gratum et ac-  
ceptu. Deinde pp̄ter Christi meritū, Patrē et filiū  
unā cū ſpiritu ſancto inhabitare cor hoīs creditis,  
eicq; oīa ſtra, q̄ ſit et poſſideat, bona cōmunicare, lu-  
cē, iuſticiā, uitā, et ſalutem. Postremo, q̄ Christus  
per ſpūm ſanctū incipiat reliquias peccatorū expur-  
gare, quore reatus pp̄ter obediētiā Christi remiſ-  
ſus eſt, unde bona opera pueniāt, que in ſe cōſide-

Ee

rata, & si perfecta nō sint, placere tamē Deo, quia persona placet, et ppter Christum imperfectio nō imputat, nō quidē eterne uitę meritoria, cum sicut ab eiusmodi hoībus, qui ex morte in uitā trāslati sunt, qui uitam uiuunt filij Dei, & mortē uidere nequeūt amplius. In his, inquam, tribus capitibus, Cū uidearent, qd ad sententiā attinet, Theologos, Brutenicos & Osiandrū cōsentire, phrases quo cō expenderunt & loquēdi formas, que cū ab Osiādro innouat̄e essent, magna ex parte animis p̄fertim uirinç̄ ex acerbatis (ut humani nihil alienum est à nobis) cōtrouersia aucta est. Ad eā accedebat p̄miscuus uetus testimoniorū scripture sacrę, que de iustificatio ne hoīs extant. Ea pro se quęlibet pars ad suam sententiā defendendam p̄duxit. Vtrumq; ut à rudio ribus intelligatur populariter explicabimus.

Brutenici Theologi hanc propositionem defen debant: Hominem peccatorem coram Deo iustificari, propter obedientiam Christi per fidem.

Osiander hanc propositionē propugnabat: Hominem peccatorem coram Deo iustificari essentiali iusticia Dei per fidem inhabitante.

Hæ propositiones & si non contrariæ aut contra dictoriæ, certè diuersæ apparebant, sicut etiam reuera diuersæ sunt.

Sed num pugnarent, utriusq; partis explicatio docebat: cuius summam etiam adscribere libet.

Brute

Brutenici suam propositionem hoc modo expli-  
tabant. Credimus ac profitemur, hominem pecca-  
torem iustificari coram Deo, hoc est, (diligenter  
attendat Christianus lector explicationem, in qua  
totius controversiae dijudicatio sita est) habere re-  
missionem peccatorum, Deo gratum & acceptum  
fieri propter obedientiam Christi per fidem.

Osiander suam propositionem hoc modo ex-  
ponebat: Credo ac profiteor, hominem peccato-  
rem iustificari, hoc est, (etiam hanc explicationem  
diligenter obseruet lector) Reipsa iustum fieri Es-  
sentiali iusticia Dei per fidem inhabitantem. Sic. n.  
iusticiam definiebat, quæ nos ad iuste agendum  
impelleret. Vtracq; sententia pia est & uera.

Fabri. 3. 10  
necis.

Tertio, accedebant propositiones exclusiæ  
& negatiæ. Brutenici Theologi suam ad hunc  
modum addebat exclusiā: Credimus ac pro-  
fitemur, hominem coram Deo iustificari, hoc est,  
remissionem peccatorum consequi, Deo gratum  
& acceptum fieri propter obedientiam Christi  
per fidem, & non propter essentialē iusticiam  
Dei per fidem inhabitantem, Sieut Osiander do-  
ceret.

Osiander suam quoque addebat negatiā,  
Credo & profiteor: hominem iustificari, hoc est,  
re ipsa iustum fieri Essentiali iusticia Dei per fi-  
dem inhabitare, quæ nos impellit ad iuste agendū,  
& nō obedientia Christi aut remissiōe peccatorum.

Animis igit̄ utrincq; exacerbatis, sua quisq; defendebat scripture testimonijs munitus et cōfirmatus. Et dū utracq; pars sibi sueq; cause diligēter caue re studeret, docere conati sunt, Brutetici Theologi Osiandrū iusticiā adscribēdo inhabitatiōi Dei, sanguini Dñi nostri Iesu Christi detrahere. Vicissim et Osiāder, cū videret ab aduersarijs sanguini Christi iusticię nostrę nomen tribui, arbitratus est, eos eterne iusticię et diuinę maiestati suū honorem & gloriam alteri tribuendo, detrahere.

Ad dirimēdā controuersiā cū scripture testimonia pducēda essent, eadē f. rē pro se utracq; pars arr̄ puerat, quę de meritis Christi loquebantur, Cuius duplex beneficiū est, uidelicet remissio peccatorū, & donatio eterne Dei iusticię, cuius participatiōe incipimus iusta agere quam nos donationē spiritus sancti (qui ut uerus Deus est, ita æterna iustitia Dei est) diximus, & adhuc sub uocabulo regenerationis & donationis Spiritus sancti docemus. Cū ergo obediētia Christi utruncq; meruerit nobis, & remissionem peccatorum, & donationem spiritus sancti, Osiander posteriorem partem meriti Christi arripuit, & Augustini exēplo de eo & per illud loca quae in scriptura de iustificatiōe si dei extant interpretatus est. Aduersarij eius priorē partē accipiebat meriti obediētię Christi, uidelicet remissionē peccatorū, & per illam loca de iustificatione, quę passim in scriptura extant, explicarunt.

Bona fide me cōtrouersię summā et utriusq; par-

Nis sententiam exposuisse, qui scripta ipsoꝝ diligenter  
et cū iudicio legerūt, testari possunt.

Cum igit̄ ad hūc modū, ut dixi, res sese haberet,  
Vuirtenbergenses Theologi hoc exemplū in Ec-  
clesiam introducere noluerut, ut partibus nōdum  
corām auditis, et ut decet conuictis et admoni-  
tis, quenquam h̄gere eos nomine notarent. Quan-  
ta .n. securita esset animorum distractio, si hoc  
modo in Ecclesia procederet, facile uidere poterant,  
& testant multorū exempla & querelle, qui sese neq;  
auditos neq; admonitos, multo minus cōuictos,  
multorū errorū reos agi querunt, quorū sibi consciū  
non sunt, ac suam innocētiā publicè editis scrip-  
tis tutati sunt.

Qua propter re diu multumq; deliberata princi-  
pio de recōciliandis illorū animis cōſilia coeperūt,  
ſi quo modo positis affectibus concordia inter  
Theologos pia ſarciri poſſet. Et scripto transmisſo,  
qd extat, quomodo utriusq; partis ſententiam perce-  
perit, declarat. Hoc cū utracq; pars arriperet, & p ſe  
facere gloriaret, bona ſpes pacis & cōcordie ſarcie  
de affulgebat. Scripto.n. Vuirtebergensium Theo-  
logorū nulla inerat cōtradictio, ſed ſententiā par-  
tium diſſidentiū pia et moderata explicatio. Verū  
tantū bonum & perlonis litigantibus & Ecclesię in-  
uidit Sathan. Expeditur denuo alterū cōſilium per  
Borussiaꝝ Ducem à Vuirtebergēſibus Theologis.  
Hi ſui Ducis iuſſa & postulata ſaciētes, luā ſenten-

tiam de hac controuersia denuo explicant, nihil interim eorum intermittentes, ut animi ad amorem patris flecterentur, & à studio litigandi auocarent. Quæ ratio Theologis quoq; Vuitebergensibus nō improbata est.

Cōsilij & dījudicationis Vuitebergensiū Theologorū hæc summa fuit: Brutenicos Theologos piè et rectè docere; hominē corā Deo iustificari, hoc est, habere remissionē peccatorū, Deo gratum & acceptū esse, ppter obedientiā Christi per fidē. Modo etiam suū locū tribuant Essentiali iusticię Deli, post donatā remissionē peccatorū cordibus fidelium inhabitanti, quæ nos ad rectè et iustè agendū impellant, de qua se se etiam suo loco tanq; remissionis peccatorū comite piè, rectè & fideliter docere scripto testati sunt.

Quia uero Osiander nullibi neget, nos peccatorū remissionē habere apud Deū ppter obedientiā Christi per fidē nobis applicatā, sed de ea parte cōsentientibus aduersarijs piè & rectè docere, qua ppter testati sunt, se se hanc quoq; eius doctrinā damnare nō posse: qua doceat, hominē, qui remissionē peccatorū per fidem ppter obedientiam Christi habet, æterna iusticia Deli indui, quæ Deus ipse est, cui ius participatione incipiat q̄tidie melior fieri. Idē enim ab ipsis quoq; sed alia phrasī, hoc est, sub uocabulo donationis spiritus Sancti doceri.

Vocabulum autem iustificationis, cum sit equi uocum,

uocum, nec in eadē significatione ab utrāq; parte usurpatū, quam illi in hac materia ppriam & Pauli nām eius significationē esse iudicarent, eodem quo que scripto declararunt. Videlicet, Eisi uerū est hominem iustificari quoq; hoc est, meliore fieri in habitate iusticia Dei que Deus ipse, hoc est, ut nos cū Paulo loquimur, per spiritū Dei inhabitantē. Paulū tamē ad Rom. & Gal. ubi de iustificatiōe hois corā Deo loquitur, uocabulo iustificatiōis in ea significationē uti, qua homo pñunciatur iustus, absoluīt à suis peccatis, & per impurationē obedientię Christi reputat iustus, hoc est, Deo gratus & acceptus.

Cū ergo loca scripture restituta sint, quę Osiander in alienū et impertinentē, sed nō impiū sensum detorsisset, ita tamē, ut rē ipsam, hoc est, remissionē peccōrꝝ ppter Christi obedientiā per fidē (quę inq̄ res est imputatię iusticię) nunq; negauerit, sed de ea piē etiā ipsoꝝ testimonio docuerit, uocabuli ex quiuocatiōe explicata etiā controversiam sublatam sperarūt.

Hęc explicatio et dñjudicatio etiā Vuisebergen sibus Theologis nō displicuit, à quibus Vuiseberge q̄q; edita est, ac tandem utriuscq; partis cōsilio, qđ ad ea attinet quę extra materiā ppositā affectibus uel peccati uel pugnatū utrinq; sit, exēplo Calcedonēsis synodi amissione lancita est et cōfirmata inter ministros pax et cōcordia, quā duraturā speramus.

Deinde quāvis Christus p̄eandē fidē, qua remissionē peccōrꝝ accipimus, in cordibus fidelium habi-

tat, et per spiritū suū in illis bona opera facit, n̄s tamē  
nō iustificant, hoc est, remissionē p̄ctōre cōsequuntur,  
que priusq̄ faciat remissionē peccatorē habeāt,  
neccesse est. Sed sunt fructus uitę, que per sp̄m Christi  
inhabitantē īā in credētibus inchoata est. Iis ope  
ribus Christi docet scriptura, peccata nostra expia  
ri & delera esse, que Christus obediētia, passioē et  
mortē sua p̄fecit. Opera autē que in nobis facit, et si in  
nobis facit, nō tamē sine nobis fiunt: uoluntatē. n. no  
strā, quā suę cōformem facit, hoc est, sibi subiçit ut  
ip̄s̄ obtēperet, hisce operib⁹ suis adiungit, ut sua  
et nostra iam liberata uoluntate faciat.

Hęc uestra effugia, q̄p sint uana, hac controuersia  
declaratū est. Postq̄ negare nō possunt, oēm p̄picia  
tionē in Christo sitā, nūc ab operibus crucis & obe  
diētig eius, ad opera cōfugiunt, que in nobis facit,  
que à iustificatis fiūt, q̄ placere nō possunt, ne dicā  
aliquid mereri, nisi plona faciēs prius remissionē p̄ctō  
rū per fidē in operibus humiliati, passi, & crucifixi  
Christi haberet. Ex cōtrouersię huius explicatiōe ue  
ra et p̄spicua, lectorē intelligere existimo, Hosū in  
ea iudicāda esse asinū ad lyrā, et rectē in eū dici: ne  
futor ultra crepidā. Temere .n. et cōfidenter de re  
ignota p̄nūciat: ac per mēdaciū cōsingit Brentiū nō  
solum ap̄ pbasse oīa que ab Ohādro in hoc nego  
cio scripta sunt, sed aduersariore quoqz eius sentē  
tiā re pbasse, cū quibus quomodo Brētio in hoc do  
ctrinę p̄cipuo articulo conueniat, me perspicue  
ostendisse ac declarasse spero.

Ex his quæ dicta sunt responderi potest ad aliud quoque crassum & Hosianum mendacium , quo impudenter affirmat: Quod Augustanam confessionem non nisi Saxonicae Ecclesiæ receperint, quam omnes ferè superioris Germaniæ Principes & ciuitates, paucis exceptis, profitentur.

Augusta Imperialis ciuitas, quam Sycophata traducit, pios & per omnia Augustanæ confessioni ad dictos habet Ecclesiæ ministros , & conciones frequētissimas. Quod si in tam ampla urbe etiam fanatici immixti sunt, quid mirum? Ministeriū certè purum est, & multorum auditorum zelus ardēs, Cūm in Papisticis templis uetulas & claudicantes canes inuenire liceat.

Quo cōsilio à Saxoniciis & Vuitēbergicis Ecclesijs confessiones præter Augustanam cōscriptæ sint Tridentinæ Synodo oblate, suprà expositum est, unde uanitas Hosijs redargui potest, cum dissensionis dictas tres confessiones in minimo articulo argue re nequeat.

Sed nunc ad refutandam perorationem Hosijs ad finem libri positā accedamus , in qua breviter repetit capita quinquæ sui uoluminis, addita ad Serenissimum Poloniæ Regem adhortatione, ut in auita religione constanter perseueret, nec patiatur se se flecti ad doctrinam amplectendam , quæ Prolegomenis Brentij comprehensa est.

416 ADVERSES STANISL. HOSTIVM;

Et quām sibi nō dissimilis sit, statim uidere licet.  
Nam sicut ab initio saluberrimam Euangelij doctrinam non alia quām Sathanismi appellatione dignatus est, ita in Epilogo eandem blasphemiam erat, cuiuspius lector meminisse uelit, ut sciat, quo loco uniuersam doctrinam habeat, quae in Ecclesijs nostris sonat. Ei suum adiunxit locum & comitem, calumniam feliciter, qua Brentium cum collegis suis criminatur, cuius de causa fidei iudicandi potestatem secisse, de qua re, quām sobriè & circumspicie scripsierit Brentius, suo loco dictum est.

Calumniam excipit mendacium non unum, quibus impudenter & contra conscientiam nostris imputat: Quod Traditiones Apostolicas in contemptu adduxerint, Quod Patribus & Episcoporum concilijs omnem autoritatem detraxerint, Denique unicuique conuenticulo se per summum sacrilegium a Ecclesia Dei separandi, suoque exerciti Ecclesiae nomine uendicandi, potestatem fecerint: Quotannis propere fidei dogmata nostros mutare. In quibus omnibus quanta sit uanitas, & in Hostio temeritas atque impudentia, supra satis ostensum est. Nam quo loco traditiones, que uerè Apostolicæ sunt & cum Apostolorum doctrina non pugnant, habendæ sint, in Prolegomenis suis piè disseruit Brentius. Vbi simul imposturas uestras produxit, quibus nomine Apostolicæ traditionum quasuis humanas traditiones, cū doctrinæ

doctrina Euāgelij pugnantes, in Ecclesiā inuexistis.

Conciliorum quāta sit authoritas, quæ iuxta scripturā aduersus hæreticos pronunciarunt & scripturam interpretata sunt, & q̄ non sint eorū cōuellenda decreta, in h̄sdē Brētianis Prolegomenis pius lector uidere potest. Ex q̄ intelligi par est, quanta sit huius hominis impudētia & mētiēdi libido, qua affirmat, nos stros Oēm autoritatē cōcilijs episcoporū detrahere.

Quod sectarij Ecclesiæ titulum sibi uendicant, qui potuit uel Lutherus uel Brētius prohibere, cū id ne Apostoli quidē & eorū discipuli cauere potuerint.

In atheismū hoīes inclinare, ut fateamur, culpa nō est doctring, ut uocat, Lutheranæ, qua hoīes ab atheismo & superstitionibus uestris ad uerū Dei cultū reuocant. Sed partim uestris delicijs tribuendum est, quibus hoīes ita inescant, ut & suæ suorumq̄ salutis æternę obliuii cōtra testimoniū conscientiæ impuris sacris se se polluāt, atq̄ ita tandem nullum Deū, q̄ uenit adorant. His ad collegia prouocamus Canonist̄ corum & Monachorum, & ad sacrificiorum colluuiem, adeoq̄ totius mundi iudicium.

Esse etiā apud nostros, qui contēptu uerbi Dei in Epicureismū ruāt, nō inficias ibimus. Verū huic impietati doctrinam nostram prætexere non audent, cuius author est mera ipsorum improbitas & petulāntia, de qua Diuus Petrus concionatus est, quibus ad iudicium & in testimonium concionari satis

414 ADVERSUS STANISL. HOSIVM,  
est, cùm sanam doctrinam recipere nolint.

In uestris vero Ecclesijs dum ab Epicureismo re-  
uocare studetis homines , quid aliud agitis , quām  
quod Christus Scribis & Pharisēs dicit: Væ uobis  
Matth. 23, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circūitis mare, &  
aridam, ut faciatis unum proselytum , & cum fuerit  
factus, facitis eum filium gehēnæ duplo, q[uo]d uos estis.  
Ex Epicureo enim dum facitis Papistam , quid delū  
Romanum purpuratam meretricem pro Christi ui-  
cario agnoscat, eius impia decreta adoret, & omni-  
bus impuris sacris eius fefe polluat, quid aliud fa-  
citis, quām filium Gehēnæ, qui non per solius Chri-  
sti merita tanq[ue] uerum & unicum Ostiū, sed sancto-  
rum merita & sua opera in uitam æternam ingredi  
doceatur.

Quapropter desinas nobis atheismū occine-  
re, qui unā cū Epicureismo apud tuos potissimum  
regnat, patrocinij habet, cum apud nos uerbo Do-  
mini arguuntur, & quantum fieri potest disciplina-  
coercentur homines dissoluti.

Mendacium igitur & blasphemia longè atrocissi-  
ma est Hosij, Brentium Sathanæ satellitem in suis  
Prolegomenis cōstituere, qui hisce uījs & ratiōibus,  
hoc est, explicatione officij Christianorum Princí-  
pum in cognoscenda uera religione , & exutiendis  
ueris Apostolicis traditiōibus, Authoritate scriptu-  
ræ sacræ asserenda, & uera Dei Ecclesia definienda,

in

in hunc scopum tendere, ut atheismus passim in Ecclesia Dei regnet. Quin potius uerè affirmare liceat, Hosium quod in ipso est ac Sathanam per illum eō tendere. Quid enim aliud sequi potest, quam Epicureismus & atheismus, ubi homines & maximè Principes uiri à cognitione doctrinæ religionis arcētur? Quid aliud ex Principiis facit quam truncos & stipes, qui, quo uolunt sacrificuli, sine iudicio aut cognitione sese pertrahi patientur?

Dum autem Hosius demōstrare conatur, quibus gradibus nūc Sathan orbem seducere, & à Christo auertere studeat, plaustra mēdaciōre aduersus Euā, gelicæ doctrinæ assertores congerit. Videlicet, nostros Sathanā instigante, nihil non per arrogātiām & inanem gloriam agere de quo quis generē doctrinæ ita sibi arrogare iudicium, ut non moueantur, q̄ Ecclesię de quo quis dogmate iudicium intercesserit. Suum iudicium, totius orbis Christiani iudicio anteponere: Nihil apud eos Patrum & conciliiori uale re authoritatem. In scripturis nihil esse obscuritatis, Nihil præter scripturas recipere: Sibi quicq; eas interpretandi authoritatē usurpare. His imbutus hominis animus à uera Ecclesia Dei deficiat, secq; omnibus doctrinarum generibus & erroribus præparatum, exponat agitandum. Hæc omnia cum suprà refutata sint, satis sit hoc loco eorum lectorem saltem commonefacere uoluisse.

Eius generis quoq; est, quod affirmat Sathanam nobis persuasisse, nullum esse Christianorum sacrificium, nullum sacerdotium, qui piè & cōstanter credimus ac profitemur uerum & unicum sacrificium Domini nostri Iesu Christi, quo seipsum Patri pro totius mundi peccatis in cruce semel obtulit, eumq; nobis hoc ipso sacrificio propicium reddidit, ut omnis, qui credit in eo, non pereat, sed propter hoc sacrificium habeat uitam æternam.

Agnoscimus etiam sacrificia, quæ Deo debentur, ut pro eius tanto nobis præstito beneficio, nos gratos declaremus, quæ sunt & dicunt Eucharistica, & si ex fide siant, Deo grata & accepta, sed non uitæ æternæ meritoria, in cuius participationem solius Christi sacrificio & merito peruenimus.

Quod cum non ignoret Hōsius, qua fronte uociferari audet, Sathanam nobis persuasisse: Nullum esse Christianorum sacrificium & sacerdotium?

Opinionem & impietatem Papistarum refutarunt nostri, qua prophanata est Sanctissima Domini cœna & in sacrificium permutatum, quod à Christo institutum erat sacramentum. Cui ex opere operato propitiationis meritum adscripsérunt. Sicut Canō expressè docet. Sic enim scenicam actionē suam concludit sacrificulus: Placeat tibi sancta Trinitas hoc obsequium seruitutis meæ, & præsta, ut sacrificium quod oculis tuæ Maiestatis indignus obtuli, sit tibi placens

placens & acceptabile, mihiq; & omnibus pro quibus illud obtuli, sit te miserante Propiciabile in uitam æternam.

Hic locus manifestè docet abominationem Misericordie Papisticæ, in quo Sacrificulus testatur, se se Deo Patri filium obtulisse, ut hoc sacrificium, quod obtulit, sit omnibus illis pro quibus obtulit propiciabile in uitā æternā. Quod qd aliud est, qd Christo suū adimere honorē & sacrificuli actioni tribuere. Nec etiam Hesiodus, si dicat: illud ipsum nō sacrificuli actioī, sed ipsi Christo tribui, qd sit propitiatio pro peccatis totius mundi. Christus. n. quatenus sacrificium propitiatio mundi est. Sacrificium autem in cruce est solum. Cuius sacrificij merita in Coena Domini dispensantur, ac ipse Christus non Patri, sed communicantibus eius corpore & sanguine, tanquam cibus & potus, offertur.

Dum igitur hanc uestram impietatem detestamur, necq; Christi, nec Christianorū sacrificia tollimus, sed Christo suum honorem tribuentes, quæ sunt uera & Deo grata Christianorum sacrificia, docemus.

Cum asserit Hesiodus: Bohemos & Morauos in re, quæ nō maximi momenti uideri poterat, discessione ab Ecclesia fecisse, quanti faciat institutionem Christi, uidere licet, qui integrum non mutilatum sacramentum Ecclesiæ suæ tradidit.

Quòd priuatalibidine, non authoritate calicem usurpârint, si uerum est, quæ Christi & institutionis eius authoritas sit, omnes iudicent. Cui hominum præferre authoritatem, qui eius institutionem propter ridiculas causas mutilârunt, quæta quæso est in Deum contumelia & impietas?

Satanam uero eam Morauis inuidisse fœlicitatē, quod paulò pôst etiam inter iplos dissensiones ortæ sunt, dolendum quidem est & commiseratione dignum, sed ad id, quod Hosius probare instituit, nihil prorsus facit, uidelicet usum calicis Sathanæ instigante sibi usurpasse.

Infoelix denuò sæculum nostrum deplorat infœlix & prophanus homo, cuius fœlicitatē nunq̄ satis grato animo agnoscere possumus, quo nobis de novo soli iusticiæ exortus est, & dies illuxit, ut tenebris traditionum humanarum discussis, quæ uia sit & quod ostium ad æternam uitam, cognoscamus. Hæc cum oderint aduersarij, quia ipsorum utilitatî non seruiūt, infoelicitatis accusant, quibus sanè hoc nomine infoelicia sunt, quòd maius sit futurum ipso rum iudicium, qui ad excusationem sui nihil prætextere possunt, sicut scriptum: Si nō uenissem & dissem eis, peccatum non haberent, Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

*Ioan. 15.* In Polonia quosdā fuisse, qui præpostorè doctrinam Euangeliū amplexi sint, & in ea quidam magis licentiam

licentiam carnis, quām ueram pietatem quæsierint, et si nemo uerè pius probare potest, tamē inter illos quoq; priusq; recte docerentur, nō paucos fuisse existimandum est, qui, ut cunctq; alijs Papisticis superstitionibus capti fuerunt, hanc conscientiarum carnificationā ex animo & uero pietatis affectu detestati sunt.

Idola tollere, Magistratus officium est. Inter quæ principē locum cum obtineat frustulum panis, qd tanq; Deus adoratur, cū magistratus amouet, piē facit. Suprà enim declaratū est, panem extra usum cœnæ corpus Christi non esse. horribilem ergo ἀρπαγὴν committunt, qui contra Christi expressum mandatum, quod edere iubet, frustulum panis canistro includunt, & tanquam Deum uenerantur, qui interdum à muribus non satis tutus est.

Quòd autem vociferatur, quosdam hoc frustulū panis pedibus concusasse, cum ab ipsis saepe combustum esse compertum habeamus, utrum maius flagitium sit alij iudicent, Deum scilicet pedibus conculcare, aut igni consumere.

Calumniam iudico, quosdam in Polonia ita Patris adorationem urgere, ut hoc honore Christum priuēt. Eaq; ut opinor, ab illis ipsis refutabitur, qui hoc loco ab Hosio notantur.

Horum uero omnium, cum authorem faciat Brētiū propter Prolegomena in lucem edita, quanta quæsto improbitas est:

Supra enim & paulò antè indicatum & comprou-  
batum est, nihil horum docuisse aut somnia esse Bré-  
tium, quæ ei ab Hosio improbè & cum insigni men-  
dacio tribuuntur. Eorum tantum abest, ut catus E-  
piscopum pudeat, quin lögè atrociori cumulet: Nā  
hoc loco non ueretur adscribere: Si Prolegomena  
Brentij recipiantur, quæ Vergerius se coram Sere-  
nissimo Rege Poloniæ defensurum obtulit, futu-  
rum breui tempore, ut Christiani esse desinamus, &  
pro Christianis non iam Lutherani tantum, uel  
Zwingiani, uerum etiam & uocabimur & erimus  
Arriani, Neq; deinceps amplius Christum Deum  
esse profitebimur.

Hæcne sunt, Hosí, firmissima & potentissima  
argumenta, quorum repetitione (sic scilicet orato-  
rum præceptionibus edictus) nostris omnē fidem  
adimere, ac tuos in errore retinere, ausus es confide-  
re: Autocissima scilicet mēdacia, quæ cum à nostris  
negantur solum, unde probes non habes, nisi uene-  
natas calumnias & uana sophismata, quibus rectè di-  
cta contra mentē authorum depraues, & lectori fu-  
cum facias: Quomodo de decretis conciliorum di-  
sputare liceat, suo loco dictum est, ubi quoq; hæc  
fallacia refutata est, quam hic repetit Hosius acciden-  
tis, quia permittatur de conciliorum decretis dubi-  
tare & disputare, hinc tot sectas & dissensiones or-  
nas. Verum in his exagitandis & refutandis quid  
opus

opus est commorari , & lectorem detineri diutius:  
 Cum in uobis impleatur , quod Paulus ad Timo-  
 theum scripsit : Insipientia eorum manifesta fiet o-  
 mniibus .

2. Timoth. 3.

Sed ne quid intermittat Hosius , quod ad E-  
 pilogum pertinet , præmissa Mendaciorum &  
 calumniarum repetitione & summa , addit in fi-  
 ne ad Serenissimum Regem Poloniæ Adhorta-  
 tionem , satis prolixam , sed suis gemmis exor-  
 natam , quibus uniuersum opus eius feceret do-  
 cuimus .

Quid enim minus uerum est , quam quod statim  
 in exordio adhortationis scribit : Cum itaque , inquit ,  
 non obscurè uideat Maiestas Tua , quorsum tendat  
 Satanæ conatus , nimirum ut Christi gloriam obscu-  
 ret , & illius immensi beneficij memoriam , quo nos  
 pro nobis in cruce moriens afficere dignatus est , ob  
 ruat obliuione sempiterna , quam etiam ob causam  
 & carismatis usum , & crucem signati morem tot lœ-  
 dorij & lcommatiis insectatur : hæc inquam , cum  
 uel ipsa luce clarius perspiciat Maiestas Tua , cum  
 ab alijs impijs dogmatibus , tum ab ihs , quæ tra-  
 duntur in hoc Brentij scripto , quod refellimus , si  
 bi diligenter cauendum esse putabis . Hæc enim  
 sunt , quæ Sathanismo fenestram aperiunt .

Quid Mentiri est , Hos , si hoc non est ? Cur  
 erimine nos grauas , cuius tu , cum consortio

tuo Reus es. Nos enim dum ad illustrandem gloriam Christi & beneficium eius extollendū docemus: Nos propter mortem Christi per fidem habere remissionem peccatorum & uitam æternam, à nobis hæretici & Sathanici audimus. Nec maiore abominationem in oculis Dei esse blasphemum os non uestitus es scribere, quām si quis firmiter credat & certò statuat, sibi propter Christum per fidem remissa esse peccata sua.

Pag. 23.

Vter quæsto gloriam Christi obscurat, & beneficij eius memoriam perpetua obliuione obruit: Qui docent: peccata non sola Christi morte, sed ieunij, orationibus, operibus misericordiae, celebratione Missarum, Vigilij, Peregrinationibus, Meritis sanctorum, & pecunia redemptis indulgentij, Quod tu facis cum colluuiis sacrificiorum & Monachorū. An uero illi, qui ex scriptura Prophetica & Apostolica tradūt, Peccata nullo opere, nulla passione, nulla morte, nullo merito, quām unius & solius Domini nostri Iesu Christi expiata esse. Cuius meriti per fidem cū particeps facti fuerimus, operibus bonis gratitudinem nostram pro tanto beneficio declarādam, Quæ doctrina in nostris Ecclesijs sonat. Iudicet hic totus mūdus, iudicet inter nos & uos uniuersa Ecclesia, Iudicet ipse filius Dei. Sed uideamus causam, nobis tanti imputati criminis. Quia Chrismatis uestitum & cruce signādi more tot lœdorijs insectemur.

mur. Verz quia supra quid de Chrismate sentiendū sit, expositum est, nō est necessariū hoc loco repete-  
re. Morem cruce signandi, qui inter adiaphora recē-  
setur, quid ad Hosianum mendacium stabiiliendum  
faciat, omnes uident. Superstitionē reprehenderūt  
nostrī, Vslum rei non solum permiserunt indifterē-  
tem, sed in Saxoniciis Ecclesīs cum infantes per ba-  
ptismum Ecclesiæ inseruntur, adhuc traditio ista re-  
tentā est, quæ alias non damnant, in quibus cum a-  
līs non necessarijs abrogata est.

Crassum igitur hoc & putidum ac palpabile men-  
daciū est, quod coram Serenissimo Poloniæ Re-  
ge euomere non es ueritus.

Id qua fronte audeat, mirabitur fortasse quispiāc:  
Sed qui ~~et si uia~~ nouerunt, quod tantum non tanqz fi-  
dei articulus adoratur, Regum & Principum offici-  
um non esse, de doctrina cognoscere. In primis ue-  
ro, ut sibi à lectione ne dicam cognitione librorum  
caueant, quos hæreſeos nomine iniſos reddiderūt  
orbi, Hoc, inquā, si quis secum expēdat Papisticorū  
sacrificulorum decretum, mirari desinet, quām con-  
fidenter Principibus uiris illudere & de nobis men-  
tiri audeant. Sic Hosius quoqz nunqz futurum spe-  
rat, ut Serenissimus Poloniæ Rex in ueritatem do-  
ctrinæ Hosianæ inquirat. Hoc enim est fines officij  
egredi, & exemplo Chore, Abyron & Dathā per se-  
ditionem non Moysi & Aaron, sed ipsi Deo sele op-

424 ADVERSUS STANISL. HOSIVM;  
ponere. Brētij scriptum sine deprauationibus Hos-  
anis nefas est legere, expendere & ad scripture sacre  
Regulam exigere.

Hoc posito, quæ mendacia, quæ calumniæ aduer-  
sus innocentes non possunt Regum & Principum  
animis inculcari. Horum igitur exemplo discant a-  
lij, qui hoc carcere liberati sunt Principes, de sua fœ-  
licitate Deo gratias agere. Qui non à iudicio repel-  
luntur, sed ut iudicio sanam doctrinam amplectan-  
tur & tueantur, uerbo Domini edocti & confirmati  
sunt.

Hanc fœlicitatem Serenissimo Polonię Regi in-  
uidet Hosius. Quapropter hortari non desinit, ne fe-  
rat, ut iudicandi potestatem de religionis doctrina  
alij quam Sacrificuli sibi arrogent. Imò ne dispu-  
ti quidem de ihs, quæ oecumenicis concilij decreta  
sunt: Quod sicut Principibus intolerabile esse de-  
bet, auditores & subditos scilicet sine iudicio in Re-  
ligiōis nēgocio, per sacrificulos, quo uolūt, duci. Ita  
in ipsa concilia est contumeliosum. Si enim nefas est  
disputare de conciliorum decretis, lucem oderunt,  
quam si amant & ferre possunt, omnibus rationem  
reddere possunt disputātibus, & cur decreta sint ex-  
quirentibus..

Nisi ergo melius de Serenissimo Rege sperarē,  
quam spem meam Hosij metus & trepidatio confir-  
mat, quibus haud obscura signa edidit & argumen-  
ta,

ta, q̄ Serenis. eius Maiestas à doctrina nostra nō abhorreat, quis non solum Maiestatis eius, sed totius Regni Polonici sortem non misereatur & deploret.

Vt inam uero Serenissima ipsius Maiestas Cunctos populos sibi subiectos in ea Religione uersari iubeat, quam Petrus Apostolus tradidit Romanis, quam aliquot & non pauci successores eius Pontifices Romani secuti sunt, priusquam Idolum Papatus in Ecclesiam Dei inuestum est, quod mysterium iniquitatis non longè post Apostolorum tempora <sup>2. Thess. 2.</sup> operari coepit. Sic enim sele non patietur seduci per eos, qui dicunt: Ecce hic est Christus, Ecce illic, In solitudine, In penetralibus. Id quod factum est sub Papatu, quando homines docebantur querere Christum, id est, satisfactionem pro peccatis in Monasticis uotis, in Peregrinationibus, in Vigilijs, in Orationibus, in Missis, in Purgatorio, in mercatu Indulgentiarum, In Iubilæis per portam auream, & id genus alijs impietatibus: eo enim afflictæ conscientiæ ablegabantur, Sed iuxta doctrinam Petri docebentur: Non esse aliud nomē sub cœlo, in quo operat saluos fieri, q̄ Iesu: Nos, inquā, non corruptibili bus Auro & Argento (quibus indulgentiarē literæ redimebantur, & Missarum consortiū emebatur) redemptos esse, de uana nostra cōuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati Christi. Cui oēs Prophetæ <sup>Acto. 4.</sup> <sup>1. Pet. 1.</sup> <sup>Acto. 10.</sup>

testimonium perhibent, remissionem peccatorum  
<sup>1. Ioann. 1.</sup> accipere per nomen eius, Omnes qui credunt in eo.  
 Cuius sanguis mūdat nos ab Omnib. p̄ctis nostris.

Hæc doctrina Apostolica, si locum habeat in Re-  
 gno, ibi necesse est, ut pereat Mercatus Indulgentia-  
 rum, Nūdinatio Missarum, Peregrinationes ad sta-  
 tuas mortuorum, & similia multa, quibus rūdis po-  
 pulus sese remissionem peccatorum consequi posse  
 frustra confidit.

Ibi ueram Ecclesiam esse sciat, ubi hæc doctrina  
 Prophetica & Apostolica sonat, & secundum insti-  
 tutionem Christi sacramenta ritè distribuūtur. Nec  
 patiatur oculos suos perstringi splendore traditio-  
 num humanarū, aut antiquitatis testimonio, quod  
 uerbo Domini quia uetustissimū & longè antiquissi-  
 sum est, nullo modo præscribere potest. Nec ma-  
 iorum exēplo sese ab eius cognitione reuocare per-  
 mittat, quod argumentum quām sit infirmum & à  
 pseudoprophetis ad decipiendos Reges in ueteri te-  
 stamento usurpatum, in historia sacra uidere licet.

Ac quoties Hosius antiquitatis suæ testimonia  
 & Maiorum exempla profert, qui Pontificiam Re-  
 ligionem sunt amplexi, toties mihi ob oculos possi-  
 tos imaginor Prophetę Ieremię Antagonistas, cui à  
 paterna & auita impietate populum uerbo Domini  
 reuocanti respondebant: Sermonem, quem locutus  
 es ad nos in nomine Domini, non audiēmus ex te,  
 sed

sed facientes faciemus omne verbum quod egreditur  
ex ore nostro, ut sacrificemus Reginæ cœli, & libe-  
mus ei libamina. Sicut fecimus nos & Patres nostri  
& reges nostri & Principes nostri in urbibus Iuda  
& in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus,  
& bene nobis erat, malumque non uidimus. Ex eo au-  
tem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cœ-  
li, & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gla-  
dio & fame consumpti sumus. An hæc non sunt uestre  
voices, honorandum genus sacerdotum: aut alia est  
Ecclesiæ facies, quam quæ Ieremij tempore erat. Ex  
emplo Patrum & Regum aduersus Prophetam pu-  
gnatum est, & extera fœlicitas ueritatis doctrinæ ar-  
gumentum erat. Contra doctrinæ Ieremij comes  
dicitur gladius & famæ. Has querelas & argumen-  
ta, si ex uestris tollantur libris, quid praeter uacuas  
chartas supererit.

Si igitur Regem tuum in profensione eius doctri-  
næ retinere uolueris, quæ cum Propheticis & Apo-  
stolicis scriptis pugnat, alijs argumentis utaris, neces-  
se est. Hæc enim non solum infirma sunt, sed aduersus  
impietatem uestram ex professo pugnant.

Quin potius Rex tuus Serenissimus, exemplo pi-  
orum Regum, loco traditionum uestrarum, descri-  
bet sibi librum legis, hoc est, Propheticæ & Aposto-  
licæ doctrinæ, accipiens exemplar etiam à uobis (quod  
nō recusamus, imo exoptamus & unicè expetimus)

Hh

sacrificulis, & habebit secū, & legat omnibus diebus uitæ suæ. Sic discet Dominum timere, & ex eius pre scripto, quod fallere nequit, Deum colere. Sic Iosias nō quid Maiores fecerint, nisi cū dolore ac deploratione considerat, sed quemadmodū & Daniel & sua & patre suorū peccata confiteit, & secundum librum legis in domo Dñi repertū uerū Dei cultū instaurat.

Verum Hosiana colluuius tantum abest ut Patrū & maiorum ignorantia agnoscant, deplorēt, ac confiteantur, quin potius eam quibus possunt laudibus extollunt, & ipsorum exemplo etiam posteros & nepotes ad eam sectandam hortantur.

Cum igitur sanari nolint, sua culpa ut pereat, permettere cogimur, q̄ti omnium salutem exoptamus & expetimus. Illorum pro nobis fictas lachrymas non curamus, quibus sua peccata cumulant & iudicium Dei aduersus se se aggrauant.

Sed q̄ scribit: Regi nulla magis tē separationis cōsilia fugiēda esse, quæ uerissimè Augustinus perniciosa uocat & sacrilega. Idem Regi nos quoq; quā possumus fide & diligētia suademus. Perniciosa. n. & sacrilega separatio omnibus modis fugienda est. Verū sicut nondū probauit suorū consensum esse piū, & doctrinam, quam profitetur, piam ita separationem nostram ab ipsis factam nullius adhuc impietatis & sacrilegij conuicit.

Idem audituerunt quoq; doctrinæ Christi sectatores,

res, ad quos opprimēdos potissimum consensus cōmendatione & separationis pernicie proposita, usi sunt in populo Iudaico summi Pontifices.

Verè Hosius in Dialectica minus institutus, prius uocabulorę significata explicare discat, q̄z sine iudicio illis in rationibus colligendis utat. Sic ipse nō hallucinabitur, nec alios secum in errorem induceret.

Omen, de ædibus Polonicis turbine dissectis, ubi de Religiōis negocio tractatum est, quam lætum sit nuncium, ex hoc, ut opinor, intelliges Hosii, quod non ignoras saluberrimis consilijs, quæ ad salutem animæ æternam potissimum spectant, Sathanam longè infestissimum esse. Cum ergo hypocritæ omnia plus quam uerbum Dei aduertunt, sese hac ratione eorum animos facilimè reuocaturū sperauit, qui in uera religione nondum bene confirmati erant.

Reliqui uero, tantum abest, ut turbine sese ab instituto auerii paterentur, quin hoc ipso excitatisibi audacter pergendum existimārint, quod nisi fecerint, futurum, ut non solum domus ex lapidibus, ligno & cæmentis extrectæ diruantur, sed ipsimet, qui Spiritus sancti inhabitantis domus & Templa esse debebant, euertantur ac pereant.

Maius est fidei Robur, & doctrinæ nostræ firmitas ac certitudo, quam ut turbine concutiatur, Cum in Christo & eius indubitato uerbo salutem fundam habeat. Contrà, uos necesse est ad sonitum folij

Levit. 16.

(ut scriptura loquitur) terreri, quorum supersticio  
non nisi humanis traditiōibus, & hominum quorū  
dam aduersus ueritatem consensu ntititur, cutus cer-  
titudinem uictorijs Principum incertis ac dubijs ac  
rerum omniū affluētia metimini. Beatum sanè dixe-  
runt populum, cui hæc sunt. sed Beatus populus, cu-  
ius Dominus Deus est. Etsi enim sancti Is. Iob ædes  
uehementi uento concussæ & corruentes liberos e-  
ius oppresserint, pietas ac fides Iob oppressa nō est,  
quam non rerum externarum successu, sed animo  
& immutabili Dei uoluntate uerbo expressa me-  
tiebatur.

Chore, Abyron & Dathan hiatu terre perijisse nō  
ignoramus, uerum cum nondum probaueritis uos  
Mosen & Aharon esse, quid hæc tua aduersus nos  
Num. 16. aut Regem tuum ualet collectio? Mera enim malicia  
& improbitate Moysi & Aharō recte docentibus de-  
trahebant homines scelerati: nos nullam à uobis se-  
parationem faciendam docemus, nisi uerbo Domi-  
ni uestri errores & uestra impietas in lucem produ-  
cta fuerint. Id, inquam, Verbum Domini; uos pro  
Iudice agnoscere recusatis, mortuam, ambiguum &  
obscuram literam appellantes, cuius minor sit lux &  
perspicuitas quam conciliorum & Patrum, hos su-  
pra scripturam pro iudice haberi expertitis. Et si-  
mul omnes laicos ab eius cognitione & inquisitio-  
ne, que iudicio sit, arcetis, in primis uiros Principes,  
à qui

ā quibus, si uerbo Domini recte instituti sint, perspic  
citis uestro instituto plurimum incommodari.

Quod uero denuo urget, non solum eam do-  
mum, in qua de Religione tractatum est, disiectam  
esse, uerum & Magnificas consiliarioꝝ Regni ædes  
petierit turbo, simul & eam domū, in qua Sereniss.  
Rex cum illis de rebus ad salutem Regni pertinenti-  
bus deliberationem habere cōsueuit, quin & Regia  
quoque non fuerit intacta: Hæc non fortuito ita ex-  
uenisse, cum Hosio sentio. Verum cur eius interpre-  
tationem non recipiam, non priuato sit consilio, sed  
uerbo Domini obstante, quo sicut omnia dicta & fa-  
cta regi ac gubernari pareat, Ita omnium signorum  
interpretatio uera sisit, ut cum uerbo Domini non  
pugnet necesse est.

Cum ergo ex his, quæ aduersus hoc iniustum tu-  
rum uolumen annotata sunt, certum sit, doctrinam  
uestram, quam profitemini, minimè esse Apostoli-  
cam, in qua Apostolos recusatis iudices, & culum  
Dei apud uos aut nullum aut impurum & corru-  
pum esse, longè aliter turbinem excitatum inter-  
pretandum esse arbitror. Dabunt autem mihi in hac  
parte ueniam omnes pñ, si aduersus Hosium mihi  
hoc sumam, q̄ aliás mihi facile tēperare possem. Ac  
ut minus in eo peccem, Dominum perleremiam lo-  
quentem audiam: qui habet somnium, inquit, nar-  
ret somnium, qui habet sermonem meum, loqua-

tur sermonē meū uerē, docēs. s. lōgē discernēdū iter  
uerbū Dei & somnia, aut humanas interpretatiōes.

Arbitror igitur, cum uerbum Domini doceat L  
dola esse è medio tollenda, idq; non priuatorum ho  
minum libidine, sed Regum & Magistratus autho  
ritate fieri debete, sicut Scriptura exemplis piorum  
Regum docet. Idem turbine in Poloniā missio do  
cere uoluit Dominus, quo non priuatorum ædes  
tactæ sunt, sed Regia cū Magnificis consiliarior; re  
gni ædibus conculsis. hęc & meo & piorum iudicio  
uerior uidetur turbinalis interpretatio, q; quæ à te al  
lata est uerbo Dñi repugnans, & ad rem minus con  
ueniens. Verū penes pium lectorem iudiciū esto,  
sive hanc, siue priorē amplectat interpretationē, tuā  
certè repudiandā & explodendā esse res ipsa docet.

Quod exemplo Germaniæ & Angliæ Serenissi  
mum Regem ab instituto repurgandi Ecclesiam re  
uocat, quām fruolum sit, res ipsa declarat. Nega  
re non possumus utrunc; Regnum Tyrannidem  
& crudelitatem Pontificiam expertum, & adhuc  
sua uulnera sentire. Sed si hoc periculum allegare sa  
tis est, merito miramur, quomodo ad Christianis  
mum tempore Roma. Imperatorum facta sit aliqua  
accessio, qui piam doctrinam extinctam cupiebant.  
Vtcunq; autem hostes Christi sequant, tamen subin  
de uidemus Ecclesiam Christi respire, dum inte  
rim pereunt, qui aduersus stimulum recalcitrant, &

Chris

Christum in membris suis persequuntur.

Vt igitur demus, mutatione rituum ac doctrinæ facta, aliquid periculi metuendū, (bellum enim aduersus filium Dei irreconciliabile gerit Sathan, quæ petere cum nequeat, membra affigit, in primis vero Reges & Principes, qui non solum membra, sed nutrīcē Ecclesiæ) tamē quæ consolatio p̄s Regibus proposita sit, non ignorant, modo negotiū Christi sincero animo agāt & ex corde Dominū querāt. Postq̄ enim Dominus præcepit Regi, ut sibi describat librum legis, et in eo legat oībus diebus uite sue, Deut.17. ut discat timere Dominum &c. addit promissionē: Vt longo tempore regnet ipse & filii eius super Israēl. Dulcissimam consolationē continet hæc promissio. Quām gratum est Regibus & Principibus diuturnū regnū, tam exoptat idē per posteros suos filios & nepotes administrari. In solio autē retinent, non cū lib̄z legis abicerint, & ad se nihil pertinere existimēt. Sacerdotū interesse, ut legē sciāt, sed quādo eandē legerint, ex ea iudicēt ac dñjudicēt oīs generis doctrinas. His p̄mituit Dñs & posteritati ipsore diuturnū regnū, eamq̄ promissionē quomodo impleuerit, exēpla Regum ueteris Testamenti docent.

Germaniæ ergo & Angliæ exempla desinat in posterum Hosius suo more commemorare, quorum maior felicitas esse non posset, modo Euangelio obrepent. Aut quę est quoq̄ illa infelicitas,

Num quia bellum sustinuere: quasi uero ante hæc tempora à bellorū tumultibus liberæ fuerint, Cum eorum causam in Euangelij doctrinam rejicias?

Pericula animæ, quæ Regi & Proceribus regni minatur Hosius, non est quod curent. Promore enim uaniloquorum Rhetorum, hic quoq; in locum communem excurrat, quæ poena eos excipiat, qui se à Christo & corpore eius præciderint. Sed quis hoc negauit unquam Hosius? Verum sicut in hoc tecum sentimus, ita uicissim in altero longissime à tua recedimus opinione, qua falso persuasus es, eos sele per sacrilegiū schismatis à Christo separare, q; à Pontifice Romano & eius Idolomanis deficientes sele uerbo Euangelij subiungiunt, & iuxta præscriptum eius piè & honeste uiuunt. Id quod nos profitemur, Etsi nostras quoq; infirmitates agnoscamus.

Quoties igit ad tales Dialecticas Maiores recurris, toties cogitat lector, te, quid contra ueritatem afferas, ignorare, ac ne prorsus tacere uidearis, lectorem ab instituto auoces, ne intelligat, probanda deficere: atque his concessionibus animos nostros confirmas, ut in pia doctrina perseveremus, quo nomine etiam tibi gratias agimus.

Sed heus tu Hosius, si nihil est, Augustino teste, in felicitate peccantiū, qui ausus es in felicitate duorum Regnum Germaniæ & Angliæ abiuti, qua Serenissimo Regi persuadere conatus es, p[ro]ea

ea admonitus, sibi à mutatione doctrinæ ac rituum  
in Ecclesia caueat? Verùm, hæc sophistarum incon-  
stantia est, quæ levitatem suam prodere solent.

Præcidit tandem ad Regem institutum sermo-  
nem: Sed nolo, inquit, pluribus, ne de tua constan-  
tia dubitare uidear. Verùm si de ea nō dubitat, quid  
sibi uolunt suprà editæ uoces: Potes autem, si te uel-  
le signifies. Metuit scilicet Syrophanta malæ cau-  
sæ dissidens, ne Rex Lutheranus, ut uocari, fiat. Sed  
quod diuino fauore, ut speramus, parturit, tandem  
in uitis omnibus Pleudoepiscopis & impijs sacrifi-  
culis fœliciter pariet, quod ex animo & Regi & uni-  
uerso Polonię Regno & optamus & precamur. Nul-  
lius tamen propterea inconstantiae Serenissimus  
Rex insimulari poterit, quem in ignorantia noli-  
mus esse pertinacem. Sicut enim constantia uirtus  
est, nec nisi in re bona esse potest. Ita pertinacia spe-  
cie illi similima, uitium est, qua in errore perseuerat  
homo omnes admonitiones contemnens. Hanc ut  
longissimè à pio Rege abesse speramus, ita illa ut si-  
bi & alijs uiuat optamus.

Ea, ut speramus, Imò nihil dubitamus, in Regia i-  
psius Maiestate pietas est, ut ex animo cupiat Deo  
gratum ac debitum suum cultum & honorem exhibere.  
Dum ergo doctrinam mutat & ritus abrogat,  
quisbus fallo persuasi homines existimant Deo su-  
um exhibere honorem, inconstans dici nequit, Imò

in proposito ueræ pietatis ea est constantia, ut in ea rectè institutus etiam maiorum exempla non moretur, si quid contra statuisse compertum habet. Contrà, ea est uestri ordinis hominum non dico constâtia, sed mera pertinacia, qua errores contra conscientiam crudeliter defenditis, quorum exuerbo Domini in conscientia uestra conuicti estis.

Quod igitur à p̄fissimo Rege petis, ut hūc tuum laborem boni cōsulat, qui non alio cōsilio à te subceptus sit, quām quod eius honori et saluti ex animo prospectum cupiebas, Votum accipit, errorem improbat. Sic em̄ neq; honori regis, neq; saluti animæ eius cōsulisti, dum ueritati prouiribus resistēdum doces, professores doctrinæ Euangelicæ profligendos mones, & instigas. Id qđ eo minus facere debueras, quo pluribus ac maioribus beneficijs ei obstricetus eras. Sed qua ratiōe quæso Sereniss. Rex tuum laborem ut boni cōsulat, petere ausus es? cum etiā bonam causam tuendam suscepisses, tamē tot impudentissimis mēdacijs & virulentissimis calumnijs, lectorem absterreeres, nūc aut, quia pelsimam defendere conaris, quis æquo aio etiam à uera pietate alienus hūc tuū libet, modo aliās honestatis amās sit, & iudicio nō pr̄lus careat, absq; nausea legere possit.

Divitias & opes dum te aspernari dicis, quid erat, quod Papisticum Episcopatum susciperes? Ni sit forte alia Episcopore ratio est in Polonia, qđ in his partibus,

partibus, ubi Principib. non solū pares sunt, sed etiā superiores. Cum igit̄ potentiam, opes & uoluptates tueris, episcopale munus perfecisti, nisi addere uelis Christū ḡle qui in mēbris, quē breui senties iudicē.

Miror, dolere Hosio, Sereniss. Polonię Regi à nostris libros dedicatos, quibus si uerum est, quod scribit, nostrorum uanitatem corā Regi demonstrare posset. Verū alia causa subest. Metuit scilicet ne Rex eaſae cognitionē ſuſcipiat, & de doctrina noſtra ſeſſe doceri patiatūr, quæ lucē non odit, ſed expetit. Id n. nos ſedulo agimus, ut ex ueltris ſcriptis de uerſtros à nobis incorruptos (quancq; quod ad rem attinet quam tractant, longē corruptissimi & uanillissimi ſint) eis offerimus, proponimus, iþi legant, iþi examinent, iþi iudicent, ne quis forte arbitretur, perſuasionibus humanæ ſapientiæ deceptos eſſe.

Hosianū igit̄ mēdaciū eſt, q; noſtrōs iñſimulat, quaſi dolo & fraude Sereniss. regē circūuenire ſtudeāt. Nobis hiſ artib. opus nō eſt, q; ueritatē proſitemur; ſiue. n. q; ad noſ accedat ac nobiscū faciat, ſiue reluſteſt, ueritatē nihil accedit, nihilq; decedit. Verē hūc pietatis affectū, ut ſperamus, in nobis nō dānabūt Reges & Pr̄cipes, q; ſaluti cōſulimus, & q; in hac eminētia potiſſimū cōſtituti ſunt, ut populu ab ipietate liberēt, q; d niſi fecerit, ueteris testamēti exēpla declarat, quō gradu ſuo deiecti ſint, q; in Ecclesia tollēdis.

Idolis suum non fecerint officium Reges. Optamus autem, si aliter fieri non possit, ut uel saltem cognoscerent doctrinam nostram, si per omnia assentiri nolle, sic enim multis suspicionibus ac criminibus liberaremur, quibus apud Principes viros innocentes grauamus.

Quod uero ad Petrum Paulum Vergerium Episcopum Iustinopolitanum, olim Romani Pontificis, nunc Iesu Christi Legatum attinet, paucis respondeo.

Audaciam in homine accusas? Sed quæ causa erat, quo minus potestate sibi à Rege facta, cum eo incertamen non descenderes? Aut qua in re audax tibi uidetur? quia scilicet sperauerit Regi Catholico Orthodoxo persuadere, ut Ecclesiæ Poloniæ se caput constitueret? Sed qui hoc mirum uidetur tibi Hosius Notum tibi arbitror Henrici VIII. Regis Angliae nomen, qui librum aduersus Lutherum conscripsisse perhibetur, sub eius enim nomine in lucem editus est, tanto cum applausu Romani Pontificis & Cardinalium, ut nomen Christianissimi Regis sit meritus. Huic Christianissimo & Orthodoxo Regi persuasum ut sese Totius Ecclesiæ Anglicanæ caput constitueret. Quæ igitur audacia est in Vergerio, qui sperauit se le scriptis Apostolicis & Propheticeis confirmatum idem tuo Regi persuadere posset si Apostolos audiat, si Prophætas audiat. Imposse bi-

le enim esse ipse non negabis. Sed audiamus quælo  
qua ratione id fieri non posse Hosius probet.

Sic, inquit Hosius: qui profitemur hactenus nos  
credere sanctam Ecclesiam Catholicam, profitem-  
mur iam deinceps, nos non credere Catholicam sed  
Polonam Ecclesiam, & sacrilega diuisione nos ab or-  
be reliquo Christiano separaremus. Hæc Hosius,  
qui in Vergerio Iesu Christi Apostolo reprehendit  
audaciam: uerum quis contrâ Hosij audaciam  
& temeritatem non miretur, qui tam triuolo argu-  
mento instructus, non solum in conspectum Regis,  
sed totius Ecclesiæ Christi prodire ausus est.

Si enim ratio consequentia bona est, Cur cogi-  
munt Credere Ecclesiam Romanâ? Quod enim Ro-  
manus Pontifex iure diuino se totius orbis Eccle-  
sijs Præsidem dicit, id nondum probatum est: & in-  
tercessit Aphricani concilij decretum, ut Romanus  
Pontifex suo Episcopatui, aliis quoque Episcopis  
suis præsit.

Verum hoc ita paucis pie Lector accipe. Ecclesia  
Christi in terris, sicut unum corpus est, ita uno capi-  
te constare docet Apostolus, quod est Christus Ies-  
sus Dominus noster. Qui suæ Ecclesiæ semper ad-  
est, hanc gubernat & regit suo spiritu, eamq; nun-  
quam deserit: Cum autem in altum ascendisset, de-  
dit dona hominibus, alios quidem Prophetas, alios  
Euangelistas, alios Apostolos, alios doctores, alios

pastores. Singulis de suo spiritu distribuit, pro eo ut uult & Ecclesiæ profuturū ac necessarium uidet. Hisce docēdi ministerium cōmisit, ut prēdicent poenitentiam & remissionem peccatorū annuncient in toto orbe Apostolis mādauit. Qui oēs potestate par res fuerūt, eisī donis dissimiles erāt, sicut in iudicio Ecclesiæ Corinthiæ uidere licet, q̄ aliū alteri preſe rebant, cum unum & eundem Christum dicerēt omnes. Hæc ita esse, Apostolicæ literæ docent, Matt. 28. & Ioan. 20. Nam quod contra afferūt ex Matheo & Ioanne, iam s̄æpe refutatum est, q̄p nihil faciat ad unius hominis probādum primatum, quem nullus Apostolorum sibi usurpauit.

Quia uero uisibilis iste eccl̄us totius orbis non solum uerbo regitur, sed gladio quoq; magistratus diuinitus constituto, tot Capita Ecclesiarum dicimus, quos sunt prouinciarū Capita: siue Reges siue Principes, siue Comites, Barones aut Nobiles appellen- tur. Magistratum enim intelligi uolo, quem pro suo capite agnoscūt ac uenerant, quotq; ei subiecti sunt.

Dicitur aut̄ Magistratus caput Ecclesiæ nō quatenus Ecclesia, sed quatenus populus est, q̄ ex ordinatiōe diuina capite, hoc est, Magistratu indiget. Quatenus uero Christiani appellant, omni dominio nō solū Magistratus sed etiā Episcoporum exempti sunt. Nam ne Apostolus quidē sibi dominiū in Ecclesia 2. Corinth. 1. arrogare audebat, sicut ad Corint. scribit, Nō quod dominemur

Dominemur fidei uestre. Et D. Petrus, Nō ut domi-  
nantes cleris, sed forma facti gregis. Serui. n. sunt A-  
postoli, cuius uerbū mutare nō audēt, quibus domi-  
niū ita derogat Apostolus, ut Galatis scribēs pro a-  
nathe matē habere teneant, quicūq; aliter docuerint,  
q; ipsi instituti erant. Multo minus dominij agno-  
scāt in m agistratu, cum de fide agit, Oportet. n. Deo  
magis obedire q; hoībus, hoc est, magistratui domi-  
nanti, & id facere prohibēti, qd à nobis exigit Dñs.

Cum ergo Vergerius recepit sele coram Serenissima Regia Maiestate Poloniæ defensurz, quod Rex  
caput sit Ecclesiæ Poloniæ, q; id nihil Christo detra-  
hat, & quam facilè hoc demonstrare possit, omnes ui-  
dent. Sic enim Ecclesia ipsa reuerenter docentes au-  
diunt Apostolicos viros & Apostolorum doctrinā  
afferentes, nō aliter ac si pro dñis agnoscerent, qui in  
illorum fidei nec possunt nec debent dominari.

Similiter & Magistratui suo tanq; capiti sele subij-  
ciunt, nō dominantibus, qd ad doctrinā religionis  
& fidē attinet, sed Christo tanq; serui subiecti famu-  
lantibus ac sua officia ei tanq; Reges præstantibus.

Sic neq; magistratus neq; Episcopi metas officij  
sui transgredientur, ut utriscq; sele Christiani subij-  
ciant, ut quatenus Ecclesie non nisi Christum pro ca-  
pite agnoscant. Magistratum uero longe alia ratio-  
ne, Apostolos pro pastoribus oues agnoscentes.

Hæc si quis considerat, q; non temerarius fuerit:

Vergerius, quamq; uana sit Hosij de Polona Ecclesia cauillatio, candidus ac pius lector facilè iudicare poterit.

Dum igitur ei contradicit Hosius, malè pariter de Rege & regno meretur, ut opinionem suam de Ldolo Romano semel animo conceptum tueatur, cui tanquam Christi uicario, capiti omnes totius orbis Ecclesiæ parere teneantur.

Ideoq; non ficta humilitate, sed uerè profitetur, beneficia à Serenissimo Rege pro sua bonitate magis, quam Hosij meritis in se collata esse. Quæ enim eius in Regem merita esse possunt, cuius animam perdere cupit? Obtestatur quidem aliquoties sese Regem non fallere, qui totos octo annos in meditatione scripturæ sacræ consumpsisse, ac operam dedisse, ne esset controuersiarum nostræ ætatis rudis, uerum eò profecisse, ut in auita sua Religione persevereret. Idē si faciat Rex, non seductum iri, persuadere conatur.

Cum autem suprà demonstratum sit, Hosium aut controuersias Religionis non intelligere, aut misérè deprauare & maliciose calumniari, in quem labyrinthum errorum Serenissimum Regem ab explicatione ueritatis seducat, puto satis ostensum esse. Quapropter non est, quod curet uerborum lenocinium, quo aures Regis demulcere tentat, quasi nihil utilitatis inde capiat, si Regē in errore retineat.

Reipla

Reipsa iam s̄epe declaratum est, quæ dignitas, quæ opes sperandæ sint illis, qui in obedientia Romani Pontificis Reges ac Principes retinent. Ac nihil dubito, nisi Pauli (non Apostoli, sed Antichristi Romanī, eius nominis quarti) P̄tificis mors intercessisset, iam pridem Cardinalitio Galero ornatus fuisses.

Cum autem & dignitatem hanc, & quam multi putant, felicitatem tibi non inuideam, confessionem tuam accipio, qua profiteris te errare posse, prudenter autem & scientem agnitam ueritatem oppugnare non posse.

Age igitur, mi Hosi, ad mentem redeas, & quæ aduersus libros tuos à me annotata sunt, cum tuis conferas, nec cæco affectu iudices, sed cum inuocatione nominis Dei singula diligenter expendas & examines. Sic futurum spero, ut intelligas te errasse, & simul Regem cum Regno, conatum esse in errore detinere, quo nisi per gratiam Dei ac ueram pœnitentiam uos explicitis, animarum periculum imminebit sempiternum. Et hoc loco meminisse uelis non quid Roman. Pontifici, sed Christo Iesu Domino nostro in baptismo iuraueris. Diuersum cùm facias, qui fieri potest, ut te errare non posse iactes: quia sequaris Ducem unam sanctam Catholicam Apostolicam Ecclesiam.

Obtestaris quidem aliquoties, te non aliter senti-

Kk

re, allud loqui, uerum si quæ suprà defendenda suscepisti, cum his uerbis conferamus, manitatis conuictus es. Agnoscimus enim unam sanctam Catholica[m] & Apostolicam Ecclesiam, quæ fundata est super Petram Christum Iesum Dominum nostrum, quæ una est, eis multis membris constat, sanctifica ta spiritu Christi, & per Spiritum sanctum ex totius orbis partibus collecta, ut loco non definitur, sed uera Dei agnitione, fide & sanctitate. Et quæ non humana somnia, sed Apostolicam doctrinam amplectitur, unde Apostolica dicitur. Hæc credimus ac proficiemur, sed tua somnia non agnoscimus, quæ ex diametro cum Apostolica doctrina pugnant. Caput enim Apostolice doctrinæ est, Certo statuere & firmiter credere, quod habeas remissionem peccatorum per fidem propter Christum. Sicut Christus inquit: Cōfide fili, remissa sunt tibi peccata tua. Et Habacuc: Iustus ex fide uiuet. Et Ioannis uigilimo: Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quod Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Tu contrà ex fide quæ est firma fiducia, & ut Apostolus loquitur, ὑπόστασις ἐλπίδοινων, πραγμάτων ἐλεγχόν θεωρημάτων, Substantia rerum sperandarum, & argumentum rerum non apparentium, facis incertam, dubiam & uacillantem opinionem. Fateris in Ecclesia esse remissionem peccatorum, Idem Sathan credit. Verum

tum certò statuere, & firmiter credere, quod mihi propter Christum sint remissa peccata, Hac præsumptione dicis nullam posse maiorem apud Deum esse abominationem. Hæc tua non mea uerba sunt, ne quid erres Hos. Abominabilis, inquam, te docente, in oculis Dei est, quisquis certò creditur & firmiter statuerit, sele propter Christum habere remissionem omnia peccatorum per fidem. Iubes id sperare, credere autem, hoc est, certò statuere, tibi abomination est. qualis spes esse poterit, quæ non habet præeuentem fidem, non historicam illam aut Diabolicam, sed quæ hypostasis & ἐλεγχός ambo uocabula certitudinem significant, Firma uis deliciet & certa, qua omnia beneficia Christi nobis applicantur.

Cum ergo caput & fundamentum doctrinæ Apostolicæ euertas, & afflictis conscientijs omnem cōsolationem adimas, & nō solum ad dubitationem, sed quæ plerunq; illam comitatur, desperationē adigas, qua fronte à Sereniss. Rege intempestiuis & improbis tuis precibus, efflagitatiōibus, cōminationibus postulare audes, ut te potius audiat, tibi potius credat, q; nescio quibus alijs, qui ei uel ignoti sunt, uel in pessimam partē plus q; satis noti. Intelligis ut opinor Brentiū & Vergerium. Hi Apostolicā doctrinā & fidē docēt, tu contrā nihil q; uanam opinionē, quo noīe cum nō ignoti sint orbi, fortasse etiā Regi inno-

ADVERVS: STANISL. HOSIVM;  
iescent breui, cum uanitas tua patefacta fuerit uniu-  
erso Christiano orbi.

Aliter igitur doctus sis & doceas, necesse est, si a  
pudicum Regem obtainere uelis ut te audiat, tibi cre-  
dat. Nos quidem audiri, sed uerbis fidem haberi no-  
lumus, nisi certis, perspicuis, non dubijs, ambiguis:  
aut deprauatis scripturis luce meridiana clarius ue-  
ritatem doctrinæ nostræ comprobauerimus, quæ  
etiam antiquitatis testimonio non caret, ad quam  
nudam tu sæpen numero recurris.

Quod sua morte paratus sit Ecclesiæ redimere pa-  
cem & tranquillitatem, quid opus erat factare, quam  
ipse impura & peruersa doctrina perturbare non de-  
sinit, dum sanctæ doctrinae prouiribus resistit, nolens  
ingredi regnum cœlorum, & eos qui uellent prohibet.  
Quin potius impietatem suam abjectat, & ui-  
uat non solum ministerio suo in terris, sed cū Chri-  
sto quoq; in gloria, cū hoc mortale corpus exuerit.

Miror quomodo lachrymas omiserit hypocrita,  
ut affectum suum declaret plenius, sed Germanus  
cum sit, fortasse prouerbi germanici germanus me-  
tunit. Cauendum esse à Pſalſis lachrymantibus,  
quia mera sit hypocrisis, non pietatis affectus uerus  
& ardens.

Modum restituendæ tranquillitatis Ecclesiæ non  
improbarem, niſi ab Hosio descriptus esset, qui re-  
cum uocabulis ad suam impietatem plarunq; abu-  
titur.

stur. Is autem est modus: Utordo in Ecclesia retineatur: si, ad quod quisq; ministerium uocatus est, illud implere conetur: Si prima quidem scripturis authoritas tribuatur, sed proximum ab ea locum Ecclesiasticæ traditiones obtineant: nec in scripturam interpretatione suum quisq; priuatum, sed Ecclesiæ Catholicæ sensum & consensum sequatur: Si sacrilega separationis consilia haud aliter aicq; præsentissimum uenenum fugiantur: Si denique omne studiū ab hjs, qui debent, & possunt, impensum fuerit in unitate spiritus in vinculo pacis retinēda, quos sic omnes unum corpus & unus spiritus effecti, unanimis uno ore honorificemus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi.

Hæc Hosij uerba, si quemadmodum sonant accipias, quid quæsto est quod iure culpare queas? Ordinem in Ecclesia retineri uult Paulus. Omnia, inquit, ordine & decenter fiat. Vocationes & officia non esse commiscenda Diuus Petrus monet, dum ne quis patiatur tanquam ~~ελλογιστης οποιος~~, hoc est, qui contra suam uocationem alterius munus & officium sibi usurpet, hortatur. Primam autoritatem scripturæ in dirimendis Religionis controuersijs. deberi, omnes pñ sentiunt. Proximum locum traditiones ueræ Ecclesiasticæ, hoc est, ueræ Ecclesiæ, quæ columnæ & firmamentum est ueritatis, obtineant. In scripturarum interpretatione, non sequendum:

priuatum, sed Catholicæ Ecclesiæ sensum & consen-  
sum, qui cum contra scripturā esse nequeat, ut scri-  
ptura per scripturam, hoc est, obscuriora eius loca  
per clariora explicentur, quod primitiua Ecclesia fa-  
cere consuevit. Si omnium animi soli diuinæ uerita-  
ti addicti animis ab omni separatione ad unitatem  
& pacem propendeant, quis dubitaret hac ratione  
Ecclesiæ pacem & tranquillitatem restitui posse?

Verū ex his quinquz voluminis eius libris edo-  
cti longè aliter sentire Hosium compertum habe-  
mus. Nam ut paucis per stringam. Per ordinem ni-  
hil aliud intelligit, quām quod in Ecclesia debeat super  
terram esse Caput, non quod nos Magistratum, sed  
ipse Rom. Potificem seu Papam appellat, qui in scri-  
nio pectoris sui omnium controversiarum decisio-  
nem, & scripturæ sacræ explicationem habeat, cuius  
dicta pro oraculis & diuinis responsis habēda sint,  
Cuius consilium sit collegium Cardinalium & Epi-  
scoporum, quibus subsint colluuiies Monachorum  
& sacrificulorum. Subditorum officium esse hos au-  
dire quodcunquz docuerint, de illorum decretis non  
dubitare, multo minus disputare, aut anxiè inquire-  
re, Sed quod illi dixerint uerum putent. Hic ordo  
est, quem Hosius in Germania restitutum, & in Po-  
lonia conseruatum optaret.

Vt quisque suum ministerium, ad quod vocatus  
est, implere studeat. Intelligit Hosius non esse offi-

cij magistratus curare , ut populus recte doceatur. De doctrina Ecclesiæ cognoscere aut iudicare metas esse dicit. Hanc curam Pastorum esse & sacrificiorum, non Magistratus. Politica administrent sua, & quid in Ecclesia faciendum sit sacrificulis permittant. Nullos abusus corrigat , nullam Idolatriam tollat, Nisi ordine fiat, hoc est , Papæ , Cardinalium & Episcoporum accedat, ad Calendas græcas, unanimis consensus & authoritas.

Scripturæ primam autoritatem tribuit , ita tam en, ut non ipsa, sed Ecclesia sit controvèrsiarum index: scripturam enim materiam litis appellant, literam obscuram, mutam , ambiguam & occidentem.

Traditiones quas suprà Apostolicas, hic Ecclesiasticas uocat, ut hac appellatione complectatur omnium Monachorum & sacrificiorum somnia, quæ in Ecclesiam inuixerunt, Barum tanta sit authoritas, ut fundamentum fidei non erubuerit appellare Hosius, sicut suo loco dictum & refutatum est. Aliquoties testati sumus, nos nō uelle litigare de traditionibus quæ scripturæ sacræ non repugnant, quia uero Ecclesiasticarum, ut Hosius uocat, traditionum ingēs numerus est, quæ cū doctrina Apostolica cōsistere nequeant, uafriciem autoris hoc loco notare uolui.

Scripturam non priuato sed Ecclesiæ sensu & consensu interpretādā, nō intelligit quēadmodū Augustinus, ut obscura loca p̄ clariora exponant, sed P̄o-

tificum & Episcoporum consensum , cui seruire co-  
guntur scripturæ sacræ deprauata testimonia , ut  
sensus non ex scriptura eruendus, sed placitis homi-  
num in eam inferendus sit, qua in parte quid suda-  
rint scholasticiscripta ipsorum testantur.

Separationis consilia dum fugienda docet, non  
hoc uult, ut in ueritate consentiamus, sed ne cogite-  
mus ab illis discedere , qui nunc in Ecclesia domi-  
nantur, utcunque reclamet doctrinæ cœlestis ueri-  
tas. Quod Pontifex dicit credas, contrarium si in scri-  
ptura inuenias, te non intelligere credas, siquidem  
Pontifex Roma Christi uicarius nec falli potest nec  
fallere, tu uero priuato sensu errare potes.

Cum ergo de ueritate inquirenda & cognoscen-  
da non fuerint solliciti homines, Sed omnes in hoc  
caput Roma. Pontificem respiciant, eius dictorum  
sint audientes, quis dubitat fore in orbe consensum  
maximum: non autem in ueritate, sed contra uerita-  
tem: non in fide, sed contra fidem, opinione scilicet  
hominum, qua non quid Deus, sed homo dicat at-  
tenditur. Non in scriptura, sed hominum commen-  
tis fundatum . Non spiritu sancto sed maligno au-  
thore. Cui consensiū præferenda est omnibus mo-  
dis ea separatio, qua non à ueritate æterni Dei sepa-  
rantur credentes, sed à consortio hominum impio-  
rum recedunt ne fiant plagarum participes , qua  
propter impietatem illorum ceruicibus imminent.

Si

Si cum Christo audiant schismatici & hæretici, qui  
demonium habeant, & satanicam doctrinam pro-  
fiteantur, Has non in nos contumelias, sed in filium  
Dei blasphemias esse sciamus, quas ut nunc cæcita-  
te & induratione, ita suo tempore horribili iudicio  
vindicabit. Nos uero ordinem seruemus à Christo  
traditum, quo omnes uerbo Dei subiçimur, cuius  
ministri sunt Ecclesiæ pastores. Magistratus pro ui-  
rili etiam quo ad suum officium, uerum Dei cultum  
curet. Subditi uerbo Domini obtemperent, & sua  
professione dignè ambulēt. Nullus quidquam per  
contentionem aut ambitionem agat, sed ad ædifica-  
tionem Ecclesiæ ut omnia fiant, conetur. Vt cunque  
sæuiat Sathan in membris suis aduersus nos, piūta-  
men consensum, nomine Dei uera fide inuocato, &  
pro gratia Spiritus sancti implorato, retinere po-  
terimus.

### LECTORI CANDIDO.

Habes Christiane Lector nunc Hosium, nō qui-  
dem Magnum illum ac uerè sanctum Cordubensem,  
cui à sanctitate nomen est, multorum scriptis cele-  
brata, sed Vuarmiensem Episcopum natione germa-  
num. Quisquis autem hunc nostrum cum illo con-  
ferre ausus est, uocabuli ambiguitate lapsum esse ut  
deo. Cordubensis enim <sup>io. 10. 35.</sup> hoc est, sanctus erat, &  
in Ecclesia, doctrina, pietate, fide & sanctimonia cla-

rus. Noster uero, non ~~or~~ sed Hos, quod apud Germanos caligas sonat. Siue igitur authorem huc Hosam, siue librum eius species, nihil sanctitatis, nihil pietatis, nihil fidei habent, sed Caligae sunt, in quas, sit uenia dicto, Sathan forti medicamento purgante accepto, horrendis blasphemis, execrandas mendacij, diabolicas calumnijs, improbis scripturæ depravationibus, & crassissimis sophismatis sele exonerauit.

Eant nunc alii, & eius sanctitatem, pietatem, eruditio nem, aliasque hominis uirtutes, commendare per gentes. De me ingenuè fator, mihi plus, quam dico potest, molestum fuisse, hunc fætorem ferre ac sustinere, donec ab hoc stereore, Brentij Prolegomena repurgauerim. Iudicium nunc sit penes Lectorem, ut uel in stereore illo Hosiano suffocetur, uel Thoracem indutus, quem Diuus Paulus ad Ephesios 6. describit, haec Hosiana Tibialia abstinet. Si enim horum fætor cum sanctitate armatura conseratur, quam Apostolus in dicto loco omnibus Christianis sumendam proponit, nullis ligulis video aptari posse, sicut idem Apostolus a Corinthiis 6. docet. Quæ enim participatio iusticiæ cum iniuriate, aut que societas luci cum tenebris, quæ conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli? qui consensus templo Dei cum Idolis? Verè autem pñ cùm sint templum Dei uiui, sicut dicit

cit Deus : Quoniam inhabitabo in illis, & inambus  
 labo inter eos , & ero illorum Deus , & ipsi erunt  
 mihi populus . Propter quod ( iuxta eundem A-  
 postolum ) quotquot salui esse desideratis , exite  
 de medio eorum , & separamini , dicit Dominus , &  
 Immundum ne tetigeritis , & ego recipiam uos , &  
 ero uobis in Patrem , & uos mihi in filios & filias , di-  
 cit Dominus omnipotens . Et Iterum : Exite de il-  
 la populus meus , & ne participes sitis delictorum <sup>Apoc.18.</sup>  
 eius , & de plagis eius non accipiatis . Quoniam  
 peruererunt peccata eius usque ad cœlum , & re-  
 cordatus est D O M I N V S iniquitatum eius .  
 Reddite illi , sicut & illa reddidit uobis , & duplicate  
 duplicitia secundum opera eius . In poculo , quo  
 miscuit uobis , miscete illi duplum . Quantum glo-  
 rificauit se & in delicijs fuit , tantum date illi tormentum & luctum , qui in corde suo dicit : Sedeo Regina  
 & uidea non sum , & luctum nō uidebo . Ideo in una  
 die uenient plagæ eius , mors , & luctus , & famæ , &  
 igne comburentur , quia fortis est Dominus Deus ,  
 qui iudicabit illam . Et flebunt & plangent super il-  
 lam reges terræ , qui cum illa fornicati sunt , & in de-  
 licijs uixerunt , cū uiderint sumum incendiū eius , lon-  
 gè stantes propter timore tormentorum eius , dicētes :  
 V e uē ciuitas illa magna Babylon , ciuitas illa fortis ,  
 quoniam una hora uenit iudiciū tuum . Et negocia-  
 tores terræ flebunt , & lugebunt super illam , quo-

niam merces eorum nemo emet amplius, merces autem Argenti, & lapidis preciosi, & Margaritæ & byssus, & purpuræ, & ferici & cocci & omne lignum Thymum & omnia uasa eboris, & omnia uasa de ligno precioso, & æramento & ferro, & marmore, & cinnamomum & odoramentorum, & unguenti, & thuris & uini, & olei & similiæ & tritici, & iumentorum & ouium & equorum & Rhedarum & Mancipiorum & animarum hominum. Et poma desiderij animæ iuxta discesserunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa non inueniuntur mercatores hominum. Qui diuites facti sunt ab ea longè stabunt, propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes & dicentes: Væ, Væ, Ciuitas illa magna, quæ amicta erat Byssu & purpura &occo, & deaurata est auro, & lapide precioso, & margaritis, quoniam una hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant, & nautes, & qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt, uidentes locum incendiū eius, dicentes: Quæ similiis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ Væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naves in mari de precijs eius, quoniam una hora desolata est. Exulta, super eam cœlum, & sancti Apostoli & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium

Pater no-  
ster Kren-  
mer.

ſudicium uestrum de illa. Et ſuſtulit unus Angelus  
fortis lapidem, quaſi molarem magnum, & misit in  
mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas il-  
la magna, & ultra iam non inuenietur. Et uox Citha-  
roedorum & musicorum, & tibia canētium, & tuba  
non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis  
artis non inuenietur in te amplius, & uox mole non  
audietur in te amplius. Et lux lucernæ non lucebit  
in te amplius, & uox sponsi & sponsæ non audietur  
adhuc in te, quia mercatores tui erant Principes ter-  
ræ. Quia in ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes  
terræ. Et in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum  
inuentus eſt, & omnium, qui interfecti sunt in terra.

Hoc iudicium Domini horrendum, cùm ueſtris  
ceruicibus immineat & incumbat, integrum locum  
adſcribere placuit, ut omnibus ſemper ſit ob oculi-


los poſitus, quo graphicè ueſtri Dei cultus &  
ſplendor, & ſubsequens Dei iudicium.

deſcriptum eſt. Bene Vale Hōſi,  
& reſipice dum tem-  
pus habes.


F I N I S.

L I 3:

210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
999  
1000



OCN 902599677



negative & p-

